



T. Sharp D.D. Preb.
of Durham. Arch
Deacon of North


PETER
SEABY
B

# NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM A TRAJANO DECIO AD PALÆOLOGOS AUGUSTOS.

# NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM A TRAJANO DECIO AD PALÆOLOGOS AUGUSTOS.

# NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM

## A TRAJANO DECIO AD PALÆOLOGOS AUGUSTOS.

*ACCESSIT*

## BIBLIOTHECA NUMMARIA,

Sive Auctorum qui de Re Nummariâ ſcripſerunt.

*Operâ & ſtudio* D. ANSELMI BANDURI, *Monachi Benedictini, Regiæ Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfecti, & in Regiâ Academiâ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academici Honorarii.*

TOMUS SECUNDUS.




LUTETIÆ PARISIORUM,
Sumptibus MONTALANT, Bibliopolæ, ad Ripam P P. Auguſtinianorum, prope Pontem Sancti Michaëlis.

M. DCC. XVIII.
*CUM PRIVILEGIO SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS*



# PRÆFATIO.

QUÆ fuerint nostræ rationes in hac Numismatum serie adornandâ; quem in ordinem Vitæ Principum, tabulæ æneæ, numismata, singulæ denique operis partes dispositæ sint, accuratissimè indicavimus in superioris voluminis Præfatione. Quam quia consulere quivis facillimè poterit, nunc ea tantum monebimus quæ volumini huic propria ac peculiaria sunt.

Præter tabulas numismatum quas cœlari curavimus, eas etiam hîc repræsentare libuit, quibus Familias Byzantinas olim distinxerat doctissimus Ducangius. Quas quidem è Bibliothecâ Regiâ commodari nobis jussere LUDOVICUS MAGNUS Francorum & Navarræ Rex, ac post ejus mortem PHILIPPUS Aurelianensium Dux, Galliarum moderator. Sed quòd in iis aliquot chalcographi, nec pauca Ducangii ipsius σφάλματα deprehenderamus, de quibus celari lectorem non erat ejus diligentiæ quam à nobis expectant vetustatis studiosi; præterea, quia non singulorum Principum, sed omnium qui ex eâdem familiâ orti imperarunt, numismata iisdem in tabulis collocata sunt; idcirco Ducangianas tabulas præposuimus Vitæ ejus, qui princeps ex unâquaque familiâ regnavit; simul, si quid inter cœlaturam ac descriptionem numismatum differre, aut si quæ numismata alii Principi, quàm ad quem pertinerent, tributa esse perspeximus, id indicavimus in peculiari capite, quod quidem tabulis præpositum est. Ordinem tamen institutum parumper intervertimus in tabulis Familiæ Constantinianæ; nam cum ejus auctor ac parens sit Constantius Chlorus, non ejus tamen, verùm Constantini M. Vitæ præfixæ sunt tabulæ; quòd nimirum ea Familia in Constantino M. ac ejus liberis maximè floruit.

Tres omnino sunt indices hoc in volumine: primus ordine alphabetico exhibet nomina Principum quorum vitas scripsimus; in altero Inscriptiones quibus capita Imperatorum in nummis ambiuntur, in tertio variæ aversarum partium Inscriptiones repræsentantur. Hi duo numismatum seriei subjuncti sunt, primus statim post Præfationem habetur.

Ut Diocletiani & Val. Maximiani numismata in ipso voluminis

initio describeremus visum est, tametsi utrumque nonnullis Principibus, qui deinde exhibentur, superstitem fuisse sciremus; quia ab illis novus rerum ordo natus est, de quo nonnulla cum variis locis, tum in Generali Præfatione monuimus: præterea nova in illorum nummis fabrica apparet. Ad utriusque Imperium illustrandum diligentiam non mediocrem contulimus, cujus nondum pœnitet; sed in duobus eorum nummis legendis oculorum acies nos fefellerat; nam in nummo Æ. 3. Diocletiani legeramus, P M TR P VII COS IIII. in altero Val. Maximiani, P M TR P VIII COS III. cum in utroque legendum esset, P M TR P VIII COS IIII. In errorem etiam induxerat prava lectio; nam Diocletiani nummum ad annum 290. Maximiani, ad annum 293. retuleram; unde ea mihi sententia tribui poterat, quam nullis adhuc rationibus nixam video, in hac divisione Imperii utrumque Augustum Pontificatûs Maximi titulo cohonestatum esse. Nunc verò demum intelligo, unam hanc esse nummos hosce duos explicandi rationem; utrumque cusum fuisse, non ipso anno quo Diocletianus gessit Consulatum quartum, sed eorum qui inter quartum & quintum Consulatus ejus intercesserunt alterutro, hoc est intrà mensem Septembrem anni 291. ac mensem Septembrem anni 292. & utriusque aversam partem ad Diocletianum unum pertinere, Maximianoque ita commodatam esse, ut Her. Etrusco alterum Decii Consulatum & alterum Trib. Potestatis annum, ut Philippo Jun. quintum annum Philippi Sen. & Consulatum tertium, ut Gallieno denique quartum Consulatum cum quinto Imperii anno conjunctum. Nam quod Mediobarbus utrumque nummum in Diocletiano anno 291. in Maximiano anno 293. exhibuit, id quidem necessario fecit, quod, cum Gallienum Pontificem Maximum vivo adhuc patre fuisse arbitratus esset, consequens erat, ut in hac divisione Imperii utrumque Augustum Pontificatûs Maximi titulo cohonestatum esse existimaret, ut in suâ quisque ditione eo munere fungeretur. Verùm uno eodem anno utrumque nummum, & in unâ eâdem officinâ conflatum esse constat; hoc enim, ut verissimè scripsit Harduinus, planè suadet indiscreta ac perfecta utriusque similitudo; quamobrem ineunda nobis ratio erat, quâ ad eundem annum ambo referrentur; quam esse eam ipsam quam protulimus, inde liquet, quòd alioqui Fastis ac veteribus Scriptoribus fides deroganda est; quod tandiu non placebit, donec spes erit eos cum nummis reconciliari posse.

Quod Achilleo sex Imperii annos tribuimus, id cum plerisque recentiorum fecimus; sed nummorum Goltzianorum, quibus solis hoc sexennis Imperii commentum nititur, fidem laborare jam monuimus; & eo quidem magis, quòd ad decimum-tertium annum numismata Diocletiano cudi in Ægypto nunquam desita sint: quamobrem nunc octo duntaxat menses Achilleo tribuere placet.

Achilleum & Eugenium excipere debuit Domitius Domitianus;

certo enim tametſi incertum locum obtinuit inter Principes Tyrannoſve illius ætatis, ut diximus in ſuperiori Præfatione.

Helenam Conſtantii uxorem, matrem Conſtantini M. à contumeliis quas nonnulli veteres illi impoſuerant, vindicarunt plerique recentiorum; ſed in ejus nummis à cæterarum Helenarum nummis dignoſcendis, omnes hactenus, ut in proverbio eſt, oleum & operam perdidere. Primus omnium Joannes Jacobus Chiffletius, in his ſtudiis non infeliciter verſatus, tres fuiſſe Helenas prodidit; quarum primæ, quæ Conſtantini M. mater εὔχεται εἶναι, tribuendos eſſe nummos, in quibus FL HELENA legitur: alteram fuiſſe Criſpi conjugem FL MAX. tertiam, prioris neptem, Juliano nuptam à cæteris diſtingui FL IVL. prænominibus. Hunc excepit Wilthemius, vir eruditus & ſolers, qui certam quidem & ſtabilem Fl. Max. Helenæ permanere ſivit poſſeſſionem ejus loci quem à Chiffletio acceperat; ſed à Juliani conjuge abjudicavit nummos quos idem illi nimium liberaliter tribuerat, omneſque ejus aviæ reſtituit. Quod ſe profeſſus eſt idcirco facere, quia in uno nummo Juliæ Helenæ picta eſt crux, certiſſimum videlicet ſignum Chriſtianam fidem cultam eſſe à feminâ Principe, cujus effigie nummus ſignatus eſt. Leviſſimum eſſe hoc argumentum facilè percipiet, qui noverit Helenam neptem Chriſtianis ſacris, perinde atque aviam, initiatam eſſe, nec eâ vivâ, ſed annum fermè poſt ejus mortem reſtitutam eſſe à Juliano veterem ſuperſtitionem. Illud tamen Cl. Ducangium fefellit; nam crucem in illo Juliæ Helenæ nummo pictam eſſe nondum quidem ſibi conſtare prodidit; at ſi picta ſit, Juliani uxori nummum haud poſſe adſcribi, *quæ ut conjux, Deorum cultui addicta, Iſidis etiam effigie in nummis ſuis expreſſa conſpicitur.* Quibus verbis haud obſcurè docet, in eo verſari ſe errore, quem profligavimus, nummos Iſidis Fariæ effigie, ac Votorum nuncupatione inſignes tribuendos eſſe Juliani conjugi, quæ priùs naturæ ſatisfecerat, quàm ii nummi cuderentur. Poſtremo Antonius Galland contendit, ad Juliani conjugem unicum nummum in quo FL. MAX. dicitur, cæteros omnes ad Conſtantini matrem pertinere. De Mediobarbo non loquor, quia, ne judicium ſuum interpoſuiſſe videretur, nummos omnes Helenarum eo ordine deſcripſit, quo vel in editis libris, vel in Muſeis repererat. Cujus exemplum cum in hac ſerie ſequuti ſimus, ſimul monuimus de Helenis nos in Præfatione acturos eſſe. Nimirum ſingulis nummos ſuos reſtituendi ſpem nondum, ut ille, abjeceramus; ſed eam curam & cogitationem, cum aliæ inſtarent, hunc in locum rejicere cogebamur.

Nobis igitur ea nunc conjectura placet; quæ *Fl. Max.* dicitur, eam Juliano collocari oportere; Criſpo, quæ N. F. *Nobiliſſima Femina* appellatur; Conſtantio Chloro quæ *Flavia* eſt, vel *Flavia Julia.* Poſtremum hoc intelligimus è literis in imo *Fl.* & *Fl. Jul.* Helenæ nummorum margine expreſſis; eædem enim in Conſtantini

nummis conſpicuæ ſunt, in Juliani verò, longè aliæ viſuntur. Nec movere debet, quòd artificium nonnunquam diverſum, variaque ſunt interdum capitis tegumenta; hæc enim non ætatum ſunt, ſed officinarum diſcrimina; eædemque indiſcriminatim in omnibus *Fl.* ac *Flav. Juliæ* nummis differentiæ occurrunt. Quæ deinde FL. MAX. dicitur, eam ſuperioris neptem, ac Juliani conjugem fuiſſe ex ipſis prænominibus colligimus; à patre quippe *Flavia*, à matre Fauſtâ quæ Maximiano Herculio nata erat, *Maxima* fuiſſe videtur. Poſtremo, quæ N F. dicitur, eam Criſpo Cæſari in manum conveniſſe arbitramur, quia eâdem fermè ætate vixiſſe videtur, quâ altera Princeps quæ FAVSTA N F. dicitur in nummo ſingulari. Quam Fauſtam, cum à Fauſtâ trium Auguſtorum matre diverſam fuiſſe conſtet vel ex ipsâ nummi fabricâ, Jul. Conſtantio Cæſari, Criſpi fratri, cujus primæ uxoris nomen intercidit, non improbabili conjecturâ collocavimus. Utraque nimirum *Nobiliſſima Femina* dicta eſt eodem exemplo, quo eorum mariti *Nobiliſſimi Cæſares*; quod etſi novum eſt in nummis, haud adeo tamen inſolens videbitur iis qui noverint *Illuſtrium* uxores in Jure *Illuſtres* dici.

Conſtantini Jun. Auguſti nummos nemo adhuc ſecrevit, & à patris nummis diſtinxit; ſed Conſtantii Galli numiſmata doctorum virorum operâ ac ſtudio nunc à nummis Jul. Conſtantii facillimè dignoſcuntur. In Valentinianorum trium nummis diſtinguendis nos quoque operam non malè poſuimus, tametſi quædam fortè adhuc deſiderentur; nec pœnitet curam inſumpſiſſe ad ſecernenda numiſmata Æl. Eudociæ & Æl. Eudoxiæ; hæc enim antea mirum in modum confuſa erant, nunc verò Æl. Eudociam Arcadii uxorem fuiſſe, liquido conſtat. Pares conatus ad diſtribuenda inter Theodoſios duos numiſmata incaſſum reciderunt, niſi quod quædam exhibent Imperii annos & Conſulatus qui in Theodoſium Jun. unum conveniunt; & quidem novâ ratione: antea namque anni Tribunitiæ Poteſtatis in nummis numerabantur, TR P I. II. &c. in his verò, Imperatoriæ dignitatis, quæ tum primùm multiplicata eſt, IMP XXXII. IMP XXXXII.

Penè omiſeramus, novum Tyrannum, qui Conſtantis & Conſtantii ætate res novas molitus eſt, Saturninum à nobis exhibitum eſſe in nummo quodam ſingulari, quem vir nobilis Eugenius Petrus de Surbeck, Helvetius Chiliarcha poſſidet. Ejus nummi ſinceritas in dubium vocatur à quibuſdam, quorum judicium plurimi facio: nimirum ſi illis credas, averſa pars integra eſt; ſed caput Gratiani eſt, cujus lineamenta tamen immutata ſint; deletum etiam diadema, ac ejus loco expreſſa corona radiata; poſtremo capitis epigraphe inſititia & inducta eſt. Vitia ſanè nec pauca & magna, de quibus ſi conſtet, haud dubium quin ille nummus ad ærarios fabros ablegandus ſit; ſed ut ea videre ſibi viderentur viri alioqui harum artium prudentiſſimi, fecit præjudicata opinio, accuratiſſimam eſſe Conſtantini filiorum hiſto-

riam,

riam, in eâque recensitos omnes qui pacem Imperii bellis civilibus subinde perturbarunt. Nos, cum nummum probum esse intelligeremus, cætera veteris ævi monumenta diligentiùs perlustravimus, legemque in Codice Theodosiano reperimus, in quâ mentio fit Tyranni quem scriptores prætermisere, & à Saturnino diversum non arbitramur.

Constantis filii Constantini Tyranni nummos hactenus nemo protulit, nos unum denique inter Jul. Constantis nummos latitantem reperimus; & quidem paulo seriùs; nam locum ei suum vindicavimus demum in Addendis & Emendandis.

Ibidem Eufemiæ Anthemii uxori, ac Leontio Patricio qui Zenone imperante novas res molitus est, restituimus eos nummos, quos cum omnibus Antiquariis tribueramus Eufemiæ Justini Thracis conjugi, & Leontio Isauro, qui Justinianum II. naribus mutilum in Chersonem relegavit.

Utriusque Justini nummos eâdem, quâ Cl. Ducangius, ratione distinximus; in Heraclii verò familiâ, longè aliam instituimus nummos inter Principes distribuendi viam. Quæ cum ejusmodi sit, ut nummis cum scriptoribus convenire demonstret, quin eruditis placeat non dubitamus: conatus enim Ducangii eo reciderant, ut eos inter se mirum in modum adversari, & quid nummis fieret frustrà quæri concluderet.

Leonis Isauri ac Leonis Sapientis numismata, etsi illustrandæ historiæ parum conducunt, distincta cernere juvabit: quod facile factu fuisse nunc denique intelligimus. Cum enim formula πολυχρονίυ in Justiniano Rhinotmeto & in Constantino Copronymo appareat, haud dubium quin ad Leonem Isaurum pertineant nummi in quibus ea formula consignata est; eidemque tribuendos esse nummos in quibus Constantini τȣ̃ Νεȣ̃ effigies utcunque picta est, docet eorum similitudo cum nummis ejusdem Constantini jam primarii Augusti, in quibus ejus filius Leo Chazarus & ipse dicitur LEON O NEOC. Illi etiam antiquiori Leoni, aut certè ejus nepoti Leoni Chazaro adjudicari oportere nummos in quibus victoria Augg. prædicatur, nemo est qui nesciat: quamobrem quatuor nummi supersunt, qui ad Leonem Sapientem pertineant: & in primo quidem, ejus nomen in mediâ areâ scriptum est, adjunctaque formula *Vincentis Christi:* in altero cum eâdem formulâ, additum est ejus filii Constantini Porphyrogeniti nomen: tertius in unâ parte Leonem exhibet cum epigraphe, quæ leviter immutata iterum in aversæ partis areâ scripta est; quartus propè similis est, nisi quòd Alexandri Leonis fratris cum ejus nomine conjunctum nomen exhibet; in omnibus verò semper est Βασιλεὺς Ρωμαίων.


Basilii Macedonis & Basilii Bulgaroctoni numismata eodem successu discernere desperamus; præterea in Bulgaroctono quis fuerit


Romanus ille qui Βασιλεὺς Ρωμαίων, perinde atque Basilius & Constantinus, dicitur, omnino ignoramus. Nisi fortè Argyri mentionem hîc fieri dicamus, qui ad spem Imperii vivo adhuc Basilio vocatus fuerit, Zoënque uxorem duxerit aliquot annos ante quàm proditum est à Byzantinarum rerum scriptoribus: quod quidem haud adeo improbabile est; quippe Zoën quinquagenariam fuisse constat, cùm ejus pater è vivis excessit; quâ ætate prolis spes in eâ constitui vix potuit.

Variæ fuerunt in Byzantino Imperio Zoæ Augustæ, inter quas cum notissima esset illa, de quâ mox loquebamur, Romani Argyri, Michaëlis Paphlagonis & Constantini Monomachi conjux, tribuere ei solebant numismata in quibus Constantinus & Zoë picti sunt. Nos Constantinum in iis pictum adolescentem ac penè puerum esse deprehendimus; quocirca vero propius visum est Constantinum Porphyrogenitum in iis visi cum Zoë matre, quæ filii tutelam tandiu gessit administravitque post Alexandri mortem, donec à Romano Lecapeno remota est.

Alia sunt, de quibus sententiam nostram in ipso opere explicavimus, numismata singularia, veluti Amandi, Theodeberti Augusti, Theophanonis; quæ brevitatis causâ nunc omittimus; ut neque diutiùs lectoris cursum, in tam longi operis aditu, ad opus ipsum contemplandum incitati, retardemus; & ipsi nos aliquando ad metas progressi, vel aliis otium nostrum studiis, Deo adjuvante, impendamus, vel certè paulum à labore tanto recreati conquiescamus.




TABULA GEOGRAPHICA
Coloniâ Romanâ vel Municipi
quæ Imperatorum Romanorũ à Traj.
ad illustrandam Numismatum
curâ et Studio Guillelmi D
PAÑONIÆ
Augusta Trajana
Viminacium Colonia
DACIA
ILLYRICUM
Odessus
Ulpia Serdice
Philippopolis
Perinthus
Byzantium
THESSALONICA Metropolis Colonia
Amphipolis
Dium Col
THESSALIA
Magnesia
Nicopolis Sacra
Ilesum
Lacedæmon
Lampsac
Cyzicus
Abydus
Troas Alexãdrensis Colonia
Cius
Prusa
Apollonia
Cadoi
Mytilene
Elæa
Pergamus
Cyme vel Cuma
Ægæ
Mostena
Thyatira
Gordos
Magnesia a Sipylo
Smyrna
Erythræ
MÆONIA
Philadelphia
Metropolis
Hypæpa
Colophon
EPHESUS
Tralles
Nysa
Antiochia
Magnesia
Mastaura
Priene
Dydyma
Stratonicea
Hadrianopolis
SAMOS
Miletus
Carthago antiqua Colonia
Coellu municipium
Hippo Gemella Colonia
Hermopolis in Ægypto
Has urbes quatuor quominus suis locis repræsentaremus angustia loci obstitit


PROVINCIARUM ET URBIUM
re vel aliâ quâvis prærogativâ insignium
o ad Claudiũ vultus in nummis suis expresserũt:
em quam D Anselmus Banduri edidit
le e Regiâ Scientiarũ Academia
CXV.
Heraclea in Ponto
Prusias
Hypius fl.
Juliopolis
ANCYRA metropolis
Amisus
CÆSAREA metropolis
Julia
Attusa
Metropolis
Antiochia Colonia
Claudiopolis
Irenopolis
TARSUS metropolis Ciliciæ
Adana
Augusta
ANAZARBUS metropolis
Mopsos Hadriana
Ægæ navarchis
Samosata metropolis Commagenes
Cremna Col.
C I L I C I A
Didymæ
Seleucia
Casæ
Celenderis
Perge
Sacra
Attalia
Aspendus
Selge
Anemurium
Lyrbe
Side
Zephyrium
Pompeiopolis
Sebaste Sacra navarchis
Corycium asylus navarchis
ANTIOCHIA metropolis Colonia
Seleucia
Edessa Colonia
Rhesaina Colonia
LAODICEA Colonia metropolis
Heliopolis Col.
Laodicea Libani
Byblus Sacra
Berytus
DAMASCUS Colonia metropolis
TYRUS metropolis Colonia
Ptolemais Colonia
SYRIA
Cæsarea Germanice Colonia
Neapolis Col.
PALÆSTINA
Ælia Capitolina Colonia
SCALA
Milliaria Romana quorum 75. gradui respondent
50
100
150
200
Stadia Græca quorum 600 gradui respõdent
500
1000
1500
45
44
43
42
41
40
39
38
37
36
35
34
33
32
31
55
56
57
58
59
60
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58

# ADDENDA ET EMENDANDA

## ad secundum Volumen.

P*Ag.* 14. *col.* 1. *post lin.* 11. *adde*,

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Val. Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ. *MMA.*

*Pag.* 33. *not.* 1. *lin.* 2. *lege* cum hac epigraphe.

*Pag.* 34. *col.* 2. *lin.* 12. *lege* P M TR P VIII COS IIII PP.

*Pag.* 53. *col.* 1. *lin.* 40. *lege* oleæ ramum. *Ibid. in imo columnæ adde*,

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Val. Maximiani laureatum, ad humeros.

MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad humeros. *MMA.*

*Pag.* 62. *col.* 2. *lin.* 52. *lege* ROMANI. (2) Typus.

*Pag.* 75. *col.* 2. *lin.* 3. *lege* P M TR P VIII COS IIII PP. *ibid. notâ* 4. *lin.* 2. *lege* P M TR P VIII.

*Pag.* 76. *notâ* 5. *lin.* 2. *lege* exhibuit Mediobarbus, ubi.

*Pag.* 77. *col.* 2. *lin.* 5. *lege* Brandenburg.

*Pag.* 87. *in Juliani vitâ* JULIANUS QUOQUE. *lege* JULIANUS quoque.

*Pag.* 88. *lin.* 12. *lege*, & ex Augustâ.

*Pag.* 94. *ante omnia numismata Maxima*, *adde*

CONSTANTIVS NOBIL C. Caput Constantii laureatum, ad humeros cum paludamento.

MAXIMIANVS NOB C. Gal. Maximianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ spiculum gestat humero dextro. *MMA.*

*Pag.* 109. *col.* 2. *lin.* 12. *lege* sinistrâ. *RE.*

*Pag.* 123. *lin. ult. lege* ex argento.

*Pag.* 131. *lin. ult. lege*, Collegæ, necnon.

*Pag.* 158. *notâ* 5. *adde*, nisi nummus ad Magnentium referendus sit, quod quidem mihi videtur.

*Pag.* 178. *lin.* 22. *lege* periit anno.

*Pag.* 183. *col.* 2. *lin.* 18. *lege* Victoriæ duæ stolatæ.

*Pag.* 194. *col.* 2. *lin.* 15. *lege* sinistrâ situlam.

*Pag.* 244. *notâ* 3. *lin.* 5. *lege* Atque inde repetenda fortè est.

*Pag.* 255. *notâ* 1. *lin.* 2. *lege* quod mendum typographi.

*Pag.* 263. *notâ* 2. *adde*, quæ nobis non probantur.

*Pag.* 302. in tabulâ numismatum Urbis CP. notabis, qui nummi Æ. I. dicuntur, eos esse ex ære maximo. In tabulis etiam Numismatum Constantini Jun. Constantis, Constantii, Galli & Juliani maxima numismata sunt quæ dicuntur esse Æ. I. eaque in descriptionibus cum maximis collocavimus, ordinem nostrum hîc scilicet sequuti, cum in Tabulis ordinem Regii Thesauri sequuti antea essemus.

*Pag.* 324. *notâ* 1. *lin.* 2. *lege* SALVS ET SPES.

*Pag.* 325. *in Vitâ Calocerі lin.* 4. *lege* anno 334.

*Pag.* 344. *notâ* 2. *lege* nec extat apud.

*Pag.* 354. *notâ* 2. imperitarent. *Adde* nisi fortè referendus sit ad Constantem filium Constantini Tyranni, in quo idem typus occurrit, quod maximè suadent literæ in imo nummi margine expressæ.

*Pag.* 356. *notâ* 6. *lin.* 1. *lege* in Constantini Jun.

*Pag.* 357. *notâ* 2. *lin.* 1. *lege* in Britanniam.

*Pag.* 366. *col.* 1. *lin.* 3. paludamento: *adde* à dextris in areâ A.

*Pag.* 372. *notâ* 3. *lin.* 3. *lege* apud eos, quo Ilotæ.

*Pag.* 376. dele notam 3.

*Pag.* 410. *col.* 1. *lin.* 41. *lege* REPARATIO.

*Pag.* 425. *col.* 1. *lin. ult. lege* imâ parte CONS*N*.

*Pag.* 426. *ad not.* 1. *adde* Nummus hic pertinere videtur ad Julianum Tyrannum Carini ætate.

*Pag.* 427. *notâ* 1. *lin.* 9. *lege* potentiſſimo.
*Pag.* 439. *col.* 2. *lin.* 39. *lege* IVLIANVS
*Pag.* 462. *col.* 1. *lin.* 14. *lege* Imperator paludatus.
*Pag.* 467. *ad notam* 1. *adde*, Inter nummos qui ſequuntur, tres ad Plac. Valentinianum pertinent, ii ſcil. in quibus Valentinianus Flavius dicitur: illic enim non FL. ſed PL. legendum erat; & qui primum locum tenet ſine epigraphe, Conſulem exhibet cum volumine & cruce.
*Pag.* 513. *col.* 1. *lin.* 30. tenet ſiniſtrâ: *adde* in areâ Chriſti monogramma.
*Pag.* 530. *col.* 2. *lin.* 47. *lege* VRBS ROMA (5)
*Pag.* 551. *poſt Vitam Conſtantis adde*, Ad Conſtantem hunc referendus videtur nummus argenteus, quem in Conſtante Conſtantini M. filio, è cimelio M D M. exhibuimus: in illo nummo caput Conſtantis coronâ gemmatâ redimitum eſt, ad pectus cum paludamento; effigiem ambit hæc epigraphe DN CONSTANS P F AVG. averſa pars eadem eſt, quam in nummis argenteis Conſtantini Tyranni cernere licet, VICTORIA AVGGG. Figura muliebris galeata ſedens, dextrâ ſuſtinet Victoriæ ſignum, lævâ haſtæ adnititur: in imâ parte KON...
*Pag.* 566. *notâ* 1. *lin.* 7. *lege* poſtremo literæ RV. in nummorum aureorum areâ non adeo frequentes ſunt ante Plac. Valentinianum.
*Pag.* 568. *lin.* 17. *lege* imparem ſenſit.
*Pag.* 574. *col.* 1. *lin.* 13. VC CONS. *adde* (1)
*Pag.* 578. *lin.* 6. *lege* in conjugium ſuum.
*Pag.* 580. *in Vitâ Pulcheriæ lin.* 10. *lege* perſuaderi ſibi.
*Pag.* 593. *poſt Anthemii Vitam adde*, Cum hæc ederemus, nondum perſpexeramus nummos Æliæ Marcianæ Euphemiæ ad Anthemii conjugem pertinere: itaque cum omnibus Antiquariis eos referebamus ad uxorem Juſtini Thracis; verùm nobis nunc penè conſtat, eam Euphemiam cujus nummi extant, cum Marciana dicatur, filiam fuiſſe Marciani Auguſti, ideoque nummos ei cuſos, quòd ſuo veluti jure Auguſta eſſet. Lupicinæ verò Juſtini uxoris, quæ deinde Euphemia dicta eſt, nummos in mundo non eſſe haud mirum eſt, cum aliarum deinceps Auguſtarum nummi pariter deſiderentur. Cæterùm de Anthemii conjuge nihil apud ſcriptores reperi, niſi natam eſſe Marciano Auguſto.
*Pag.* 600. *notâ* 1. *lin.* 4. *lege* Cæſarum ſtirpe prognatam.
*Pag.* 607. *poſt vitam Leontii adde*, Ad Leontium hunc pertinere videntur, ſi quidem genuini ſunt, nummi quos Leontio alteri Juſtiniani Rhinotmeti ætate tribuere ſolent Antiquarii; tam enim diverſi ſunt à nummis Juſtiniani, ac cæterorum illius ætatis Principum, quàm ſimiles nummis Leonis, Zenonis, &c. quamobrem hos, ſi lubet, vide infrà pag. 697.
*Pag.* 634. *col.* 2. *lin.* 44. *lege* Caput Juſtiniani.
*Pag.* 665. *col.* 2. *lin. ult. lege* volumen, lævâ.
*Pag.* 702. *col.* 1. *nummo* 3. LЄON T... CONSTANTINOS O NЄOS. *adde* (1) *& infrà notam hanc.* Nummum huic propemodum ſimilem è cimelio Fucaltiano exhibemus infrà in Leone Sapiente; qui nummus profectò ejuſdem eſt Imperatoris, cujus hic; & Iſauri quidem potiùs quàm Sapientis, ut in Præfatione monuimus; ſed literas quæ in hoc nummo exeſæ ſunt, in illo perſpicuè leguntur LЄON TSSЄSSON. nondum intelligimus.
*Pag.* 709. *col.* 1. *lin.* 1. *lege* BASILISSH.
*Pag.* 726. *in Inſcr. lin.* 1. *lege* ΟΝ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΘΡΑΤΣΜΟΣ.
*Pag.* 736. *col.* 1. *lin.* 1. *lege* ✠ ΘΕΟΤΟΣ &c. *Ibid. lin. ult. lege*, geminam: à dextris & à ſiniſtris Deiparæ M Θ.
*Pag.* 756. *lin.* 4. *lege* quod in crudelitatem.



INDEX

# INDEX IMPERATORUM,

AUGUSTARUM, CÆSARUM AC TYRANNORUM, quorum vitas ac numiſmata ſecundum volumen complectitur.


*ACHilleus* 44.
*Ælianus* 86.
*Agnes* 761.
*Albia Dominica* 478.
*Alexander* 160.
*Alexander* 729.
*Alexius* 720.
*Alexius Comnenus* 753.
*Alexius II. Comnenus* 759.
*Alexius III. Angelus* 762.
*Alexius IV. Angelus* 763.
*Alexius V. Ducas* 764.
*Allectus* 120.
*Amandus* 87.
*Anaſtaſia* 309.
*Anaſtaſia* 661.
*Anaſtaſia* 693.
*Anaſtaſius* 608.
*Andronicus Comnenus* 760.
*Andronicus II. Palæologus* 770.
*Andronicus III. Palæologus* 771.
*Andronicus IV. Palæologus* 774.
*Anthemius* 592.
*Arcadius* 525.
*Ariadna* 615.
*Artabaſdus* 703.
*Artemius Anaſtaſius* 699.
*Athalaricus* 643.
*Attila* 576.
*Avitus* 581.

*Baduela* 646.
*Balduinus* 764.
*Balduinus II.* 765.
*Bardas* 722.
*Baſiliſcus* 605.
*Baſiliſcus* 607.
*Baſilius* 725.
*Baſilius II.* 739.
*Baſſianus* 308.

*Calocerus* 325.
*Carauſius* 115.
*Charito* 448.
*Childericus* 649.
*Chriſtophorus* 706.
*Chriſtophorus* 731.
*Conſtans* 347.
*Conſtans* 551.
*Conſtans* 688.
*Conſtantia* 197.
*Conſtantia* 490.
*Conſtantina* 421.
*Conſtantina* 669.
*Conſtantinopolis* 302.
*Conſtantinus M.* 237.
*Conſtantinus Jun.* 329.
*Conſtantinus Tyr.* 5 8.
*Conſtantinus III. Pogonatus* 691.
*Conſtantinus IV. Copronymus* 704.
*Conſtantinus V.* 707.
*Conſtantinus* 714.
*Conſtantinus* 721.
*Conſtantinus* 727.
*Conſtantinus* 731.

*Conſtantinus VI. Porphyrogenitus* 732.
*Conſtantinus VII.* 742.
*Conſtantinus VIII. Monomachus* 744.
*Conſtantinus IX. Ducas* 748.
*Conſtantinus Ducas* 752.
*Conſtantinus X. Palæologus* 777.
*Conſtantius (Val.)* 88.
*Conſtantius (Jul.)* 366.
*Conſtantius Gallus* 416.
*Conſtantius* 547.
*Criſpus* 309.

*Decentius* 411.
*Delmatius* 325.
*Deſiderius* 416.
*Diocletianus* 1.
*Doccio* 649.

*Eraricus* 646.
*Eudocia* 535.
*Eudocia* 687.
*Eudocia* 705.
*Eudocia* 726.
*Eudocia* 729.
*Eudocia* 750.
*Eudoxia (Æl.)* 562.
*Eudoxia (Lic.)* 575.
*Eufemia* 628.
*Eugenius* 44.
*Eugenius* 523.
*Euphroſyne* 717.
*Euphroſyne* 763.
*Euſebia* 395.

*Fauſta* 306.
*Fauſta* 395.
*Fauſtina* 396.
*Filepicus* 698.
*Firmus* 468.
*Flaccilla* 515.
*Focas* 670.

*Galla* 517.
*Galla Placidia* 565.
*Gallus* 416.
*Glycerius* 595.
*Gratianus* 480.
*Gratianus* 548.

*Hannibalianus* 328.
*Helena* 111.
*Helena* 325.
*Helena* 440.
*Helena* 734.
*Henricus* 765.
*Heraclianus* 555.
*Heraclius* 679.
*Heraclius II.* 687.
*Heraclius III.* 688.
*Hildericus* 629.
*Hildibadus* 646.
*Honoria* 575.
*Honorius* 537.

*Joannes Zimiſces* 737.
*Joannes II. Comnenus* 755.
*Joannes III. VatatZes* 768.
*Joannes IV. Laſcaris* 768.
*Joannes V. Palæologus* 772.
*Joannes VI. CantacuZenus* 774.
*Joannes VII. Palæologus* 776.
*Joannes VIII. Palæologus* 776.
*Johannes* 564.
*Jovianus* 443.
*Jovinus* 551.
*Irene* 705.
*Irene* 709.
*Irene Ducana* 755.
*Irene* 757.
*Irene* 759.
*Iſaacius Comnenus* 747.
*Iſaacius II. Angelus* 761.
*Julianus* 87.
*Julianus* 423.
*Juſtina* 468.
*Juſtinianus* 630.

*Justinianus II.* 694.
*Justinus* 623.
*Justinus Jun.* 649.

*Læta* 490.
*Leo* 585.
*Leo Jun.* 596.
*Leo III. Isaurus* 701.
*Leo IV.* 706.
*Leo V. Armenius* 713.
*Leo VI. Sapiens* 727.
*Leontius* 607.
*Leontius* 696.
*Libius Severus* 591.
*Licinius* 178.
*Licinius Jun.* 198.

*Magnentius* 400.
*Majorianus* 589.
*Manuel Comnenus* 757.
*Manuel II. Palæologus* 775.
*Marcellus* 480.
*Marcianus* 579.
*Marcianus* 607.
*Marcus* 548.
*Maria* 547.
*Maria* 703.
*Maria* 705.
*Maria* 708.
*Maria* 751.
*Maria* 759.
*Martina* 687.
*Martinianus* 204.
*Matthæus Cantacuzenus* 774.
*Mauricius* 663.
*Maxentius* 147.
*Maximianus* (*Val.*) 44.
*Maximianus* (*Gal.*) 128.
*Maximinus* 162.
*Maximus* 518.
*Maximus* 551.
*Michaël Rhangabe* 711.
*Michaël II. Balbus* 715.
*Michaël III.* 721.
*Michaël IV. Paphlago* 742.
*Michaël V. Calaphates* 744.
*Michaël VI. Stratioticus* 746.
*Michaël VII. Ducas* 750.
*Michaël VIII. Palæologus* 769.
*Michaël IX. Palæologus* 770.
*Minervina* 305.

*Nepos* 602.
*Nepotianus* 396.
*Nicephorus* 703.
*Nicephorus* 706.
*Nicephorus* 710.
*Nicephorus II. Focas* 736.
*Nicephorus III. Botaniates* 752.

*Odoacer* 608.
*Olybrius* 595.

*Patricius* 588.
*Petronius Maximus* 578.
*Petrus de Curtenaio* 765.
*Prisca* 43.
*Priscus Attalus* 553.
*Procopia* 713.
*Procopius* 478.
*Pulcheria* 580.

*Robertus* 765.
*Roma* 304.
*Romanus* 730.
*Romanus Jun.* 734.
*Romanus III. Argyrus* 742.
*Romanus IV. Diogenes* 749.
*Romulus* 158.
*Romulus Augustus* 604.

*Saturninus* 365.
*Sebastianus* 553.
*Severa* 467.
*Severus* 122.
*Sophia* 656.
*Stauracius* 711.
*Stauracius* 713.

*Stephanus* 731.
*Stephanus Duſcianus* 771.
*Sylvanus* 422.

*Thecla* 717.
*Thecla* 721.
*Theias* 647.
*Theodahatus* 644.
*Theodebertus* 647.
*Theodora* 114.
*Theodora* 643.
*Theodora* 696.
*Theodora* 720.
*Theodora* 731.
*Theodora* 746.
*Theodoricus* 615.
*Theodorus Laſcaris* 766.
*Theodorus II. Angelus* 767.
*Theodorus III. Laſcaris* 768.
*Theodoſia* 714.
*Theodoſius M.* 503.
*Theodoſius Jun.* 556.
*Theodoſius* 669.
*Theodoſius III.* 700.
*Theodota* 709.
*Theophania* 711.
*Theophano* 728.
*Theophano* 735.
*Theophilus* 717.
*Theophylactus* 713.
*Thermantia* 547.
*Tiberius* 656.
*Tiberius* 688.
*Tiberius* 696.
*Tiberius II. Abſimarus* 697.

*Valens* 204.
*Valens* 469.
*Valentinianus* 453.
*Valentinianus Jun.* 490.
*Valentinianus ( Plac. )* 567.
*Valentinus* 468.
*Valeria* 145.
*Verina* 587.
*Vetranio* 397.
*Victor* 521.
*Uroſius* 772.

*Vvitiges* 645.

*Zeno* 598.
*Zoë* 729.
*Zoe* 729.
*Zoë* 745.

NUMISMATA



# NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM

## LATINA, GRÆCA, ÆGYPTIACA, EX OMNI METALLO AC MODULO,

### A Trajano Decio ad Palæologos Auguſtos.

## DIOCLETIANUS.



Caius Valerius Diocletianus, cui ab Jovis cultu Jovii nomen additum eſt, in Dalmatiâ natus fertur circà annum Chriſti 245. De urbe variant Scriptores; quidam Salonis, alii Diocleæ ortum volunt: Diocleam quoque nuncupatam fuiſſe ejus matrem tradidere nonnulli, ſed patris nomen intercidit: hunc ſcribam plerique produnt, Victor Jun. ſervum fuiſſe ſcribit Anulini Senatoris, à quo Diocletianus, ſive Diocles (hoc enim privato nomen fuiſſe conſtat) manumiſſus fuit. Militiæ dato nomine, varios honores virtute ſuâ adeptus, Mœſiæque à Probo præfectus eſt, Carum deinde bellum Perſis inferentem proſecutus Domeſticis præfuit, poſtremò extincto Numeriano oblatam ab exercitu purpuram Chalcedone accepit die 17. Septembris anni Chriſti 284. ſtatimque Arrium Aprum Præfectum Prætorio, cujus fraude Numerianum periiſſe haud obſcurum erat, ſuâ manu pro tribunali confodit. Diocletiano dein-

ceps Oriens & Græcia paruere ; cæteras Provincias Carinus anno fermè integro retinuit : sed hunc apud Murgum in Mœsiâ anno 285. cæsum fuisse in ejus Vitâ observavimus. Haud aliâ tempestate propiùs periculo fuisse Diocletianum Scriptores produnt : nam longè fortiorem fuisse Carini exercitum Eutropius auctor est : Aur. verò Victor & victoriam penes hunc constitisse testatur ; sed cum victos avidiùs premeret, à tribunis quibusdam obtruncatum, quorum matrimonia sollicitaverat, quique dolorem suum occultaverant, donec injurias ulcisci impunè liceret. Cæterum meliori parti favisse Fortunam brevi apparuit ; omnes enim qui Carinum secuti fuerant, ipsumque Aristobulum Præfectum Prætorio dignitatem suam retinere jussit Diocletianus, nec multò post alterum moderationis eximium ac singulare exemplum præbuit, cum Aurelium Valerium Maximianum, veteri amicitiâ sibi conjunctum in partem Imperii vocavit : quæ duæ res post hominum memoriam novæ atque inauditæ erant ; civili bello fortunis, famâ, dignitate spoliatum neminem ; simulque Principem ætate, viribus, authoritate pollentem, summam potestatem cum externo viro communicare ; quam duo fratres concorditer gerere vix posse videbantur. Maximianum Cæsarem ante, quàm Augustum fuisse & Eutropius prodit, & nummi fidem faciunt ; sed quo tempore Cæsareâ dignitate ornatus sit, hactenus incompertum ; Imperator verò Kal. Aprilis anni 286. propè Nicomediam renuntiatus est ; statimque Diocletiani judicium, inditumque sibi Herculii cognomen approbavit : Bagaudis enim devictis, Gallias Imperio, ipsis salutem reddidit : nec multo post Germanicas gentes aliquot, quæ Rhenum transgressæ cuncta fœdè diripiebant, aut fame, aut armorum vi debellavit. Hinc scilicet numismata illa quæ in Diocletiano & ejus Collega tantùm occurrunt, cum lemmate AVSPIC FEL. sed quæ ad Maximianum pertinent pluribus verbis in ejus Vitâ exponemus : Diocletianum verò Saracenos armis persecutum esse, tantumque Vararani Persarum Regi terrorem incussisse, ut munera adventanti in Persidem offerret, ultroque cederet Provinciis, quæ citra Tigrim Romanis objectæ erant, Mamertinus prodit. Addit idem Scriptor Sarmatas, aliosque Barbaros Rhætiæ propiores ab eodem profligatos fuisse, duosque Imperatores in Germaniâ coeuntes dexteras contulisse, quod anno 288. factum plerisque videtur : sed quæ à fortissimo Principe gesta deinde sunt ad annum usque 290. oblivio intercepit. Hoc in Italiam venisse, hyememque anni 291. Mediolani egisse constat, ubi communicatis cum Herculio Reipublicæ administrandæ consiliis, Orientem repetiit. Illic quid inter Principes actum esset, brevi apparuit ; quanquam enim plerique Barbari amborum Augustorum vel armis, vel armorum terrore devicti, suos intrà fines aut precariâ pace fruerentur, aut mutuis in se cædibus sævirent ; (hoc cum in Persis, tum etiam in Burgundionibus & Gothis, cæterisque Germaniæ & Scythiæ populis accidisse tradit sæpè laudatus Mamertinus : ) tamen Ægyptum haud multò post Achilleus invaserat, Africam Quinquegentiani Mauri infestabant, simul Carausium Britanniis imperitare è Reipublicæ dignitate non esse videbatur. Quamobrem cum tot simul bella aut repellenda, aut indicenda essent, nec satis fideret Diocletianus aut paci cum cæteris Barbaris sancitæ, aut ipsis Ducibus ac Præsidibus suis, quorum, si cæteris virtutibus commendarentur, ambitionem certè formidandam esse varia rebellionum exempla Principi timido ac suspicaci suadebant, numerum Provinciarum auxit, omnibusque Ducibus Cæsares duos præfecit Kal. Martiis anni 292. quos primum secundum se & Maximianum dignitatis ac


IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG
Æ·M
FELICITAS SAECVLI
S C
Æ·M
VICTORIA AVG
S C


A K Γ M K ΔEKIOC TPAIANOC
Æ·M
MAIONΩN
AYT K TPAIANOC ΔEKIOC
Æ



ANTIOXE
M
Æ·M
ΠAY
ΛOY
AIΓAEΩN


Æ·M


IMP CAES G MESS Q DECIO TRAI AVG
Æ·I
EXERCITVS INLVRICVS
Æ·I
S C

potentiæ gradum tenere juſſit, Conſtantium Chlorum Conſtantini Magni patrem, & Galerium Maximianum. Atque ut eos ſibi arctiſſimo neceſſitudinis vinculo conjungeret, Theodoram Herculii privignam Conſtantio, Valeriam filiam ſuam Galerio in matrimonium collocavit. Hanc porrò Cæſarum cooptationem ſecuta eſt mira Imperii felicitas; cum enim Reſpublica ab his omnibus communi conſilio adminiſtraretur, Barbarorum impreſſiones longè faciliùs quàm antehac repulſæ, Tyrannorum verò nomen intrà paucos annos deletum. Sed de Herculio, & ejus comite Conſtantio ſufficiet impræſentiarum dixiſſe Allectum, qui Carauſio ſucceſſerat, ab hoc cæſum, ab illo debellatos Mauros, ab utroque Germanis & Francis graviſſimas clades illatas; hæc enim, & alia quæ hîc ſilentio prætermittimus, in eorum Vitis commodiùs perſequemur. Diocletianum interea bellum contrà Carpos & Sarmatas adminiſtraſſe unà cum Galerio probabile eſt: ſed hujus belli ſeriem apud Scriptores fruſtrà quæſieris; hoc unum ex Idatio docemur, univerſam Carporum gentem in ditionem Romanorum anno 295. conceſſiſſe: quam deditionem ab his factam ſatis conſtat, poſtquam variis cladibus attritis, gentis ſuæ internecionem haud alia ratione vitari poſſe apparuit: quapropter Diocletiani victorias ejus nummi qui in Decennalibus cuſi ſunt, commendant; quales duos in Æ. III. proponemus, inſcriptos, VOT X MVLT XX. Anno 296. cum Narſeus Perſarum Rex univerſo Orienti immineret, adeoque Armeniam invaſiſſet, Galerium huic oppoſuit Diocletianus, ipſe contrà Achilleum proceſſit, de quo poſt longam magis quàm periculoſam obſidionem Alexandriæ capto pœnas cepit, non malè quidem, niſi hujus occaſione totam Ægyptum cædibus ac proſcriptionibus fœdaſſet. Interea Galerius cum inconſultè magis quàm ignavè dimicaſſet, duplicem cladem apud Carras acceperat; itaque caſtigatum Diocletianus bellum cum novo exercitu redintegrare juſſit, ſimulque in limite conſedit, ut ſi quid humani iterum pateretur Cæſar, laborantibus ſuis ſubveniret: ſed acciſis uno prælio Perſarum rebus, pax tandem cum Narſeo ſancita his legibus, ut quicquid cis Tigrim jaceret, item Provinciæ Intelene, Sophene, Arzacene, Carduene & Zabdicene Romani juris eſſent: Armenia ad Zintham caſtellum uſque ad Mediam porrigeretur: Iberiæ Rex Regni ſui inſignia, non à Perſis ut olim, ſed à Romanis deinceps acciperet. Tot tamque præclaræ victoriæ dignæ omnibus videbantur, quæ triumphi pompâ celebrarentur, iſque ambobus Auguſtis jam ab anno 287. à Senatu decretus fuerat, ut ex eximio & ſingulari Magni Ducis Etruriæ nummo aureo maximæ formæ inſcripto, DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO CCSS. in quo Auguſti duo quadrigis elephantorum vehuntur, conjiciebat olim Purpuratorum decus Emin. Card. Noris, ſed dilatus incertum quibus de cauſis ad annum 303. quo Diocletianus & Herculius Romam convenere, Vicennaliumque ſolennitatem triumpho adjunxere: quem quidem triumphum in nummo maximo cum epigraphe DIOCLETIANO ET MAXIMIANO COSS. depictum fuiſſe probabile eſt: in hoc Imperatores duos quadrigis elephantorum ut in ſuperiori vectos, coronat Victoria, ſex Prætoriani comitantur. Enimvero dum cenſoriam gravitatem affectat Diocletianus, parſimoniamque ſuam commendans ſuperiorum Principum prodigentiam irridet, in facetoſam Romanorum urbanitatem incurrit, quam cum ferre non poſſet, impendentibus Kal. Januariis ex Urbe prorupit, nonumque Conſulatum Ravennæ auſpicatus anno 304. Nicomediam tranſactâ æſtate pervenit. Fervebat jam inde à Terminalibus anni 302. adverſus

Christianos persecutio, cum Diocletianus nostris eatenus non iniquus, Galerii furori tandem obtemperasset: sed divini numinis iram brevi in se sensit; cum enim post aliquot dies palatium ictu fulminis deflagrasset, tantus eum terror invasisse fertur, ut cœlestium ignium species ei non rarò ante oculos obversaretur: ac deinde cum peractis Vicennalibus Nicomediam repetiisset, gravem in morbum incidit, ex quo post aliquot menses ita convaluit, ut minus tamen animi sibi ad obeunda Imperatoris munia experiretur: quamobrem ut Imperium Galerio traderet, faciliùs sibi persuaderi passus est; sed cum Herculium idem Constantio facere vellet, illum ægerrimè in suam sententiam pertraxit. Supremam tandem potestatem uterque Kal. Maii anni 305. abdicavit, simulque creati Cæsares Fl. Val. Severus & Maximinus Daza, Galerio hos obtrudente, cum Diocletianus Constantinum & Maxentium Augustorum filios mallet. Hic finis Imperii Diocletiani, quod viginti annorum ac septem mensium fuit: reliquum ætatis privatam vitam Salonis duxit, cujus tranquillitas quantum sibi placeret, præclaro testimonio docuit, cum invitante Herculio ad resumendum Imperium, olera sibi magis cordi esse respondit: quapropter summo in honore apud posteriores Principes diu habitus est, qui & Senioris Augusti titulum ei in nummis contulere, & consilium ejus non raro expetebant. Sed cum deinde Constantini ac Licinii jussu Maximiani Herculii statuas revelli videret, illatas carissimo sibi quondam viro injurias eo gravius tulit, quod ipsius imagines simul detrahi plerumque necesse erat; acceptisque haud multo post minacibus eorundem Principum literis, quibus eum Maxentio favisse & Maximino favere suspicabantur, moriendum sibi esse decrevit, ac subductis sibi alimentis mœrore ac fame confectus interiit anno Christi 313. Annum ætatis tunc agebat, si Victori Jun. credimus, sexagesimum octavum, maximus Romanoque Imperio utillimus Princeps, sed cujus virtutes ingentibus vitiis æquatas Scriptores produnt: callidiorem enim fuisse, & severitatem suam alienâ invidiâ explere solitum, Lucius Cæcilius & Eutropius tradunt: alii verò superbiam & impietatem huic objiciunt, quòd Domini nomen affectarit, & pro Jove ipso haberi voluerit: quanquam Domini titulum non ipse sibi asseruerit, sed à Constantio & Galerio post abdicatum Imperium, eodem tempore quo *Senioris Augusti*, & *Beatissimi Senis* appellationes, acceperit: Jovis verò honores ita non usurpaverit, ut in eum rerum à se gestarum laudem plerumque transcribat, ejusque beneficio se & imperare, & vincere non rarò profiteatur in nummis: adeoque typo præclari nummi aurei inscripti, IOVIO ET HERCVLIO. in quo ipse Jovi, Maximianus Herculi libant, doceat se Jovium, & Collegam Herculium haud aliâ de causâ appellari voluisse, quàm quod in Jovis & Herculis tutelam se tradidissent. De Tyrannis qui illâ ætate Occidentem infestarunt, mentionem in Maximiani Herculii vitâ faciemus: sed in Oriente præter Achilleum, Libanius de Eugenio quodam loquitur, quem idem dies & rebellantem Seleuciæ, & Antiochiæ interfectum vidit. Id etiam testatum reliquit Procopius, post devictum Achilleum, cum eam Ægypti partem quæ ad meridiem vergit, haud magnopere utilem, & nonnisi ingentibus sumptibus defendi posse advertisset Diocletianus, Nobatis, qui ulterius asperas terras, aut veriùs petras habitabant, & ex rapto vivebant, suasisse, ut proximos Nilo agros incolerent, iisque Elephantinâ urbe cessisse, quod ab iis cæteros barbaros repelli posse speraret: sed spem Diocletiani vanam fuisse tradit idem Scriptor: nec accepti à Romanis beneficii memoriam, nec communia cum his sacra obstitisse, quominus eorum agros ad Justiniani ætatem usque depopularentur.


IMPCCVALDIOCLETIANVSPFAVG
ÆM.
MONETAAVGG
Æ
IOVIODIOCLETIANOAVG
Æ M.
HERCVLIO MAXIMIANO AVG
ROM
IMPCCVALDIOCLETIANVSPFAVG
ÆM.
SER VAT
IOVICON ORIAVG
COMES AVGG

## NUMISMATA AUREA.

DIOCLETIANVS P F AVG.

CONCORDIA MILITVM. XX. Duæ figuræ jungentes dextras, Victoriâ intermediâ. *MB.*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Caput Diocletiani laureatum ad humeros, dextrorsum.

CONCORDIAE AVGG NN. (1) Duo Imperatores ftantes, dextris tenent globum; fupervolitat Victoria cum coronâ in utrâque manu. *RE.*

. . . . . . . . . . . . .

CONSERVATORES VRB SVAE. Templum fex columnarum, in quo Roma fedet. *MB.*

DIOCLETIANVS P F AVG.

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conftantii. *MB.*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Caput Diocletiani laureatum ad humeros, dextrorfum.

CONSVL IIII PP PROCOS. (2) Figura virilis togata, fedens à finiftris dextrorfum, dextrâ geftat globum cum Victoriâ, finiftrâ globum. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

CONSVL IIII PP PROCOS. S. M. R. Figura ftolata ftans, dextrâ globum tenens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum.

CONSVL VII PP PROCOS. S. H. R. S. Figura muliebris gradiens, dextrâ globum, ad pedes fydus. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum ad humeros, finiftrorfum.

CONSVL VII PP PROCOS. (3) Imperator cum trabeâ, ut videtur ftans, dextrâ geftat globum, finiftrâ fceptrum: in imâ parte S H R S. *Hard.*

Alius cum SMAZ. & ftellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

FATIS VICTRICIBVS. (4) Tres Fatæ, feu tres Parcæ ftantes, fingulæ tædas, ut videtur, tenentes, dextris verò invicem nexis: in imâ parte SC. *RE. MB.*

. . . . . . . . . . . .

FELIX ADVENT AVG. (5) Figura equeftris dextrâ elatâ, finiftrâ haftam tenens. *MB.*

. . . . . . . . . . . . .

HERCVLI COMITI AVG NN. SMT. (6) Hercules nudus dextrâ tenet clavam, finiftrâ arcum cum leonis exuviis. *MB.*

IMPP DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AVGG. Diocletianus & Maximianus laureati, ad pectus cum trabeis: uterque fcipionem eburneum tenet, Diocletianus qui-

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt, deinde in Valerio & Galerio Maximianis, fed typo diverfo. Cæterum licet omnes hujus Augufti nummi ex auro rari fint, hic tamen rariffimus eft, & defideratur in Collectione Mediobarbi; fequentes vero duo etiam rariffimi.

(2) Diocletianus quartùm Conful fuit anno 290. quo nummus hic rariffimus cufus videtur; fed quid hoc aut fuperiori anno gefferit, filent Scriptores, nec docet nummus, qui eum tantùm cum Imperii infignibus Victoriæ figno, & globo repræfentat.

(3) Nummus hic rariffimus quidem eft, fed horum temporum hiftoriam haud magis illuftrat, quam qui quartum Diocletiani Confulatum præfert: ad annum 299. pertinet, quo Diocletianus VII. Herculius VI. Confules fuere; atque hoc anno devictos fuiffe Marcomannos Idatius Auctor eft: cujus Victoriæ laus aut Herculio, aut Conftantio Cæfari tribuenda mihi quidem videtur.

(4) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano & in Valerio Maximiano tantùm occurrunt. Nummum hunc rariffimum, imò fingularem exhibet Spanhemius ex eodem Regio Etruriæ cimelio, atque ad geminos, fed infauftos Diocletiani triumphos refert. Vide quæ ex laudato Spanhemio ad fimilem Maximiani nummum aureum exfcripfimus.

(5) Hunc nummum Diocletiani rariffimum, imò fingularem exhibet Mediobarbus ex Arfchotano cimelio, atque ad primum Diocletiani Romam adventum refert. Cæterum hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt.

(6) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt. Habetur nummus Poftumi ex ære maximi moduli rariffimus cum epigraphe, HERCULI COMITI AUG COS III. fed typo omninò diverfo, ut fuo loco videre eft. Nummum autem hunc Diocletiani rariffimum, imò fingularem exhibet Mediobarbus ex Arfchotano cimelio; fed fortaffis, quod exefus effet, malè lectus, & pro AUG. NN. legendum AUGG. duplici G. Vide nummum aureum Valerii Maximiani infcriptum HERCULI COMITI AUGG NN. poft Occonem à Mediobarbo exhibitum. Hercules autem ille in hoc nummo repræfentatur, qui Tertulliano de Pallio cap. IV. *Scytalo-fagitti-pelliger* dicitur. Cæterum *Comes Auguftorum noftrorum* infcribitur, non folum quia à Maximiano & etiam à Diocletiano imprimis cultus fuit, fed etiam quia pagani Imperatores ejus figna in expeditionibus fecum ferebant, quod de Eugenio Tyranno narrat Theodoretus Hift. Ecclefiaft. lib. V. cap. XXIII de Indis Curtius lib. VIII. *Herculis fimulacrum agmini peditum præferebatur.* Solebant quoque figna Herculis ante triumphantem portari, ut Afconius refert in tertiam Verrinam.

dem dextrâ, finiſtrâ verò Maximianus: inter utriuſque caput ſtella.

IMPP DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO CCSS. (1) Currus triumphalis, quem trahunt quatuor elephanti: unicuique elephantorum inſident rectores cum palmis in capite, vel potius ſedent in parte inferiori currûs, & reſpiciunt Principes in curru ſedentes: deſuper volitat Victoria, quæ palmas ſpargit, ut placet Noriſio; verum palmulæ illæ videntur potius accommodatæ galeis rectorum. Imperator qui à dextris in curru ſedet, tenet trophæum, qui à ſiniſtris dextram imponit brachio alterius. *RE.*

IMP DIOCLETIANVS AVG.

IOVI AVGG. (2) Jupiter radiatus ſedens, dextrâ geſtat globum, ſuprà quem Victoria Imperatorem coronans, ſiniſtrâ haſtam puram. *MB.*

DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. (3) Jupiter dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſtans cum fulmine & haſtâ: in imâ parte SC. & ſtella. *Regius. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà: in imâ parte SC. *MMA. M.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVGG. (4) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Regius.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVAT AVGG. Jupiter

(1) Præſtantiſſimo hocce & ſingulari nummo Em. Cardinalis Noriſius præclarè uſus eſt ad reſtituendam ejus ævi Chronologiam, quæ mirum quot tenebris involuta antehac erat: quanquam haud deeſſent monumenta, in quibus tertius Diocletiani Conſulatus cum primo Herculii conjunctus eſſet. Præterquam quòd enim plurima Codicis Juſtinianæi Reſcripta Diocletiano III. & Maximiano Coſſ. data conſtabat: Anonymum Faſtorum. Scriptorem Bucherius protulerat, qui ſic habet anno 287. *Diocletiano* III. *& Maximiano Sat.* hoc eſt, Saturni die, in quem Kalendæ Januariæ inciderunt: item anno ſequenti MAXIMIANO II. ET JANUARIO. B. SOL. id eſt, Solis, ſive Dominicâ die, quæ annum Biſſextilem aperuit. Cætera argumenta quæ eruditos viros ex errore ad veri cognitionem reducere debuerant, videnda apud nunquam ſatis commendandum Noriſium in duplici Diſſertatione de duobus nummis Diocletiani & Licinii; ſed non omittenda hîc eſt Inſcriptio, quam Panvinius primùm, ac deinde Gruterus pag. 283. exhibuere, ubi tamen pro Diocletiano, Conſtantino perperam legitur.

MAGNO. ET. INVICTO
IMP. CAES. C. VAL. AVREL
* CONSTANTINO. PIO. FEL — * lege DIOCLETIANO
INVICTO. AVG. PONTIF. MAX
TRIB. POTEST. COS. III. P. P. PROC
D. N. CORPVS. CORIARIORVM
MAGNARIORVM. SALAIARIORVM
DEVOTI. NVMINI. MAIESTATIQVE
EIVS

DEDICATA. KAL. IAN
DD. NN. DIOCLETIANO. III. ET. MAXIMIANO. COSS
CVRANTE. THESSIO. SECVNDO. P. C. CORIARIORVM

Cæterum Proceſſum Conſularem duorum Auguſtorum hoc in nummo exhiberi laudatus Cardinalis rectè monuit; ſecus quod conjecit, Diocletiano triumphum in quadrigis Elephantorum S. C. decretum ob Victorias de Perſis, quos conſtat anno 297. profligatos fuiſſe, cum anno ſuperiori bellum iis indictum eſſet. Sane Victorias à Diocletiano de Saracenis relatas, eâdem fermè tempeſtate quâ nummus hic cuſus eſt, Mamertinus prodit tantum terrorem Perſarum Regi incuſſiſſe, ut munera Diocletiano ultrò obtulerit, ſed bellum cum Perſis geſtum fuiſſe idem negat in altero Panegyrico: *Omitto Sarmatiæ vaſtationem, oppreſſumque captivitatis vinculis Saracenum: etiam illa quæ armorum veſtrorum terrore facta ſunt, velut armis geſta prætereo, Francos ad petendam pacem cum Rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis blandientem.*

(2) Vide quæ ad nummum argenteum ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus, & deſideratur ex auro in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummi inſcripti *Jovi Conſervatori Auguſtorum* in Diocletiano primùm occurrunt. Vide nummos Gallieni cum epigraphe IOVI CONS AVG. ſed typo omninò diverſo. Nummi hi ex auro deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

capite radiato nudus cum pallio in utrumque brachium trajecto ſtans, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtam. *Fontaine.*

VIRTVS DIOCLETIANI AVG. Diocletianus capite laureato, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ clypeum cum duobus ſpiculis.

IOVI CONSERVAT AVGG. (1) Jupiter ſtans dextrâ geſtat fulmen, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI ORBIS. (2) Jupiter nudus cum pallio poſt tergum pendulo ſtans, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtam. *Regius. RE. Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI FVLGERATORI. (3) Jupiter dextrâ elatâ tenens fulmen, figuram virilem genuflexam ſerpentinis pedibus calcat: in imâ parte PR. *Regius. Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros cum loricâ.

IOVI FVLGERATORI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Decleſves.*

DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI FVLGERATORI. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen triſulcum tenens, cum captivo humi procumbente: in imâ parte PR. *M. MB.*

Eadem epigraphe.

IOVI FVLGVRATORI. Typus ut ſuprà, cum PR. in imâ parte. *MB.*

IMP DIOCLETIANVS AVG.

IOVI STATORI AVGG. (4) Jupiter ſtans dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam tenet. *MB.*

DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI VICTORI. Jupiter ſtans, fulmen triſulcum tenens, cum captivo humi procumbente: in imâ parte PR. *MB.*

DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. Diocletiani & Maximiani capita

(1) Nummus hic Diocletiani ob capitis epigraphen & typum cum rarioribus adnumerandus.

(2) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur ex auro in Collectione Mediobarbi. Diocletianus gratias Jovi ſuo hîc agere videtur, quod ejus beneficio Romanum Orbem quem devaſtare Barbari, diſtrahere Tyranni voluerant, conſervaſſet, quamobrem Jupiter Victoriæ ſignum ſuſtinet, in monumentum Victoriarum quæ ſalutem Romanis præſtiterant.

(3) Jovem hîc cernis armatum eo,

——*quo centimanum dejecerat igne Tiphœa,*

ut canit Ovidius III. Metamorph. verſu 304. hoc eſt fulmine minitantem Chriſtianis, qui hunc è cœli poſſeſſione dejicere conabantur: hoc enim magis placet, quàm quod Pomponius Lætus olim ſcripſit, ut gigantes à Jove Fulgeratore, ita Tyrannos à Diocletiano ſublatos. Chriſtianos Diocletianus initio anni 302. perſequi cœpit, cum his hactenus haud iniquus fuiſſet; & quidem Galerii furori obtemperaſſe magis, quàm ſuum judicium ſequutus dicitur; ſed næ ille ſtultus admodum ac veſanus fuit, ſi unquam ſperavit cædibus & proſcriptionibus aboleri poſſe religionem, quam ducentorum, & quod excurrit annorum exemplis diſcere debuerat tum maximè florere & celebrari, cum in extrema pericula deducta videbatur. Enimvero bruto illo, quod in nummo expreſſum eſt, Jovis fulmine quàm non territi fuerint Chriſtiani, nemo, ut quidem opinor ignorat, tametſi de eorum nomine deleto Principibus ſuis gratulabatur Hiſpanus quidam avitæ ſuperſtitioni addictior in his Inſcriptionibus, quas Gruterus pag. 280. exſcripſit è ſchedis Andreæ Schotti, & Cluniæ repertas prodit:

1

DIOCLETIANVS. IOVIVS. ET<br>MAXIMIAN. HERCVLEVS<br>CAES. AVGG<br>AMPLIFICATO. PER ORIEN<br>TEM. ET. OCCIDENTEM<br>IMP. ROM<br>ET<br>NOMINE. CHRISTIANORVM<br>DELETO. QVI. REMP. EVER<br>TEBANT

2

DIOCLETIAN. CAES<br>AVG. GALERIO. IN ORI<br>ENTE. ADOPT. SVPERS<br>TITIONE. CHRIST<br>VBIQVE. DELETA. ET CVL<br>TV. DEOR. PROPAGATO

Sed Diocletiano ipſi verum Chriſtianorum Dei fulmen, cum ejus Palatium incendiſſet, tantùm terrorem incuſſit, ut deinceps cœleſtium ignium ſpecies huic non rarò ante oculos obverſaretur. Vide quæ ad nummum Æ. III. cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo infrà adnotamus. Nummus hic rariſſimus, & deſideratur hic typus in Collectione Mediobarbi; cum ſequenti verò typo rariſſimi quoque ſunt.

(4) Jovem idcirco Statorem appellatum tradit Seneca liv. IV. de Benef. cap. VII. *quod ſtant beneficio ejus omnia:* quo ſenſu Stator Auguſtorum in hoc ſingulari nummo dicitur. Scilicet ſingulare ejus erga ſe benignitatem hoc in nummo prædicare videntur Diocletianus & Maximianus, quod Imperium eorum ſtabiliverit, cum tot antea Principes, & quidem eximios & Reipublicæ neceſſarios, haud ultrà ſexennium ſiviſſet imperare.

laureata adverſa, ad pectus cum paludamento.

IOVIO ET HERCVLIO. (1) Imperatores duo laureati pateras ſuper tripodem accenſum dextrâ effundunt: in ſuperiore nummi areâ Jovis & Herculis icunculæ altari impoſitæ: in imâ parte SMT. *Regius, maximi moduli.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

MARS VICTOR. (2) Mars gradiens cum haſtâ & trophæo. *Regius.*

DIOCLETIANVS P F AVG.

ORIENS AVG. (3) Orientis typus. *MB.*

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

PRIMI XX IOVI AVGVSTI. (4) Jupiter ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtæ innixus: in imâ parte TR. *Declesves.*

DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVGG. (5) Ædificium ſeu caſtra Prætoria: in imâ parte PR. *Brandenburg.*

IMP CC VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. (6) Roma ſedens in ſellâ curuli, cui incumbit clypeus humi poſitus, dextrâ tenet Victoriam, ſiniſtrâ haſtam. *Regius.*

. . . . . . . . . . . .

SACRA MONETA AVGG NN. (7) Moneta ſtans, dextrâ bilancem tenet, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

. . . . . . . . . . . .

VICTORIA AVG. Victoria globo inſtans, dextrâ tenet lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. (8) Victoria in bigis. *Regius.*

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad medium pectus nudum.

VICTORIA AVGG. (9) Caſtra Prætoria cum quatuor figuris & arâ intermediâ: in imâ parte SIS. & ſtella. *RE.*

(1) Fuere olim qui ſcriberent, imò fortaſſe adhuc in mundo ſunt qui ita ſentiant, Diocletianum Jovii, Maximianum Herculii nomina cæteris nominibus ſuis ideo adjunxiſſe, quòd ad eorum numinum virtutem proximè acceſſiſſe videri vellent: quorum perverſa judicia nummus hic rariſſimus, imò ſingularis arguit, docetque illi Jovii nomen ab Jovis, huic Herculii ab Herculis cultu additum eſſe: nec ſanè aliter intelligi poſſunt, vel nummi quos ſuprà exhibuimus, JOVI AUGG. JOVI CONSERVAT AVGG. JOVI STATORI AUG. &c. vel ii quos infrà proponemus cum epigraphe, JOV ET HERCV CONSER AUGG. Qui verò præclara Auguſtorum duorum facta prædicare videntur, ut ſuperior, JOVI FULGERATORI. qui Chriſtianorum proſcriptionem commendat, in iis liquet Diocletianum & Maximianum rerum à ſe geſtarum gloriam ad Deos ſuos tutelares referre, quorum numine adjutos ea ſe perfeciſſe credebant, quæ laudibus Romanorum celebrabantur. Quamobrem utut Diocletiano ſuperbiæ notam Scriptores meritò inuſſerint, quòd Domini nomen affectarit, quod ipſum tamen falſum eſſe aliàs demonſtrabimus; ſaltem modeſtius eum de ſe ſenſiſſe conſtat, quàm ut Deorum ſuorum honores ad ſe revocare voluerit. Cæterum eundem hunc nummum rariſſimum, imò ſingularem profert Spanhemius è Regio theſauro, & ex ipſo exſcripſit Mediobarbus; ſed peſſimè deſcriptum, imò deformatum, & pro more abſque capitis epigraphe.

(2) Nummus hic Diocletiani ex auro inter rariores recenſendus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi Diocletiani cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt.

(4) Jovem Statorem hîc cernis, cujus beneficio vicenos Imperii annos à ſe abſolutos teſtatur Diocletianus; rarâ ſanè in illis temporibus felicitate, ſed quæ eum brevi deſeruit; cum enim ſibi poſt ſeptem menſes perſuaderi ſiviſſet ut Imperium abdicaret, in honore primùm habitus, deinde à junioribus Principibus contemptus, poſtremo fata ſua mœrore & inediâ maturavit. Cæterum hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(5) Typus novus. Vide quæ ad nummum argenteum inſcriptum PROVIDENTIA AUG. nimirum Auguſti infrà adnotamus; ubi pro typo cernuntur quatuor figuræ ante Caſtrorum portam ad tripodem ſacrificantes. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(6) Nummi Diocletiani cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur ex auro in Collectione Mediobarbi.

(7) Hæc epigraphe in Diocletiano tantùm occurrit. Nummum hunc & ſequentem rariſſimos exhibet Mediobarbus ex Arſchotano cimelio. Cæterum Moneta cur ſacra dicatur infrà dicturi ſumus.

(8) An bellum aliquod à Diocletiano ſolo Auguſto geſtum ſit, incompertum eſt; nullius ſanè mentionem faciunt Scriptores: quamobrem videndum num Victoria de Carino hîc prædicetur; quæ etſi luctuoſa videri poterat, quòd de civibus relata eſſet, tamen quia importuniſſimum tyrannum è Reipublicæ gubernaculis depulerat, Romanis gratiſſima eſſe debuit; maximè cum cædes intrà eos conſtiterit qui in acie occubuerant, victiſque Diocletianus dignitates & officia ſua reſtituerit. Cæterum Diocletiani nummi cum hoc typo rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(9) Hic typus junctus huic inſcriptioni in Diocletiano primùm occurrit. Vide quæ ad nummum argenteum cum epigraphe PROVIDENTIA AUG. adnotamus, ubi idem fermè typus. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

VOT XX SIC XXX. (1) in coronâ laureâ. *Fontaine.*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Caput Diocletiani ut suprà.

XX DIOCLETIANI AVG SMT. in laureâ. *E schedis Fontaine.*

(1) Hæc epigraphe in Diocletiano primùm occurrit. Nummus ipse rarissimus, imò singularis: cusus videtur anno 304. quo vota vicennalia solvit, tricennalia suscepit Diocletianus. Desideratur hic nummus in Collectione Mediobarbi; sicut & sequens, qui & ipse rarissimus, aut etiam singularis est.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

ADVENTVS AVG. (1) Eques laureatus dextram attollens: in imâ parte RXZ. *MB.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

AETERNITAS AVGG. (2) Figura muliebris stans, dextrâ elatâ tenet globum cui phœnix insistit, sinistrâ stolam colligit: in imâ parte TXXIT. *Collegii.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Bustum Diocletiani laureati, dextrâ sceptrum consulare.

CONCORDIA CAES AVGG NN. (3) Duo Imperatores laureati ad aram suprà quam ignis, dextris elatis, sinistris globum tenentes: inter Augustos stat Sacerdos habitu Gabino; à tergo duæ Victoriæ Imperatores coronant. *MB.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.

CONCORDIA MILITVM. Duæ figuræ stantes, Victoriam globo insistentem sustinentes. *MB.*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Caput Diocletiani laureatum.

CONCORDIAE AVGG NN. (4) Duo Imperatores togati sedent; suum quisque orbem tenet. *Hard.*

Eadem epigraphe.

CONSVL IIII PP PROCOS. (5) Figura stolata stans, dextrâ globum tenens: in imâ parte SMR. *MB.*

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

F ADVENT AVGG NN. (6) Figura muliebris stans cum proboscide suprà caput, dextrâ tenet vexillum, sinistrâ dentem elephanti; ad pedes leo cubans: in imâ parte P. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FE ADVENT AVGG NN. Typus ut suprà, cum P. in imâ parte. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI AVGG. (7) Jupiter cum pallio in brachium sinistrum rejecto, sedens à sinistris dextrorsum, dextrâ gestat globum cum Victoriolâ, sinistrâ hastam tenet: in imâ parte A. *MDM. DB.*

IMP C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus stans cum pallio in utrumque brachium trajecto, fulmen tenet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ; juxtà eum à dextris aquila alis expansis; à sinistris signa duo militaria erecta: in imâ parte SXXIT. *Fouc.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT. (8) Jupiter stans cum pallio ex humeris pendulo, dextrâ gestat fulmen, sinistrâ hastæ innixus: ante eum stat figura togata exigua: in imâ parte XXXI. *Fontaine.*

(1) Hunc nummum rarissimum ex Occone profert Mediobarbus, & ad primum Romam Diocletiani Adventum referendum esse ait.

(2) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Diocletiano rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad nummum similem Carini adnotavimus.

(3) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano tantùm occurrunt. Vide quæ ad nummum similem maximi moduli dicemus.

(4) Licet hujus Augusti nummi omnes ex argento rari sint, hic tamen rarissimus est, & desideratur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ suprà ad nummum aureum ejusdem Augusti cum eadem epigraphe, sed typo diverso adnotavimus.

(5) Nummus hic ex argento rarissimus. Vide quæ suprà ad nummum aureum cum eadem epigraphe, sed typo diverso monuimus.

(6) Nummus hic & sequens ex argento cum rarioribus adnumerandi, & desiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad nummos similes Æ. II. in Maximiano infrà adnotamus.

(7) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano & Valerio Maximiano tantùm occurrunt. Nummus hic ex argento cum rarioribus adnumerandus, nec extat ex argento apud Mediobarbum.

(8) Nummus hic rarissimus est, & desideratur cum hoc typo ex argento in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad similem Æ. III. infrà monemus.

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſtans dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtam; pone duo ſigna militaria; ad pedes aquila. *MB.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſtans dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte XXI. *RE.*

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVG. (1) Jupiter à ſiniſtris cum haſtâ, & Imperator à dextris cum ſcipione, Victoriæ ſignum globo impoſitum unà ſuſtinent dextrâ: inter utramque figuram Δ. in imâ parte XXI. *Collegii.*

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVAT ORBIS. (2) Jupiter, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI TVTATORI. (3) Jupiter penè nudus, dextrâ globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ haſtam tenet; ad pedes aquila. *MB.*

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIA AVG. (4) Quatuor figuræ militares juxtà portam caſtrorum ſacrificantes ad tripodem, ſuprà quem ignis accenſus. *Regius.*

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVG A. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIA AVGG. Typus ut ſuprà, in imâ parte Γ. *Fouc.*

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſendi, nec extant ex argento apud Mediobarbum.

(2) Cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo habetur nummus aureus, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic rariſſimus exhibetur à Mediobarbo ex Occone.

(3) Nummus hic ex argento rariſſimus. Vide nummos ex Æ. III. inſcriptos *Jovi Tutatori Auguſti & Auguſtorum.*

(4) Providentia Diocletiani jure his in nummis commendatur, quod adſcito collega, vocatiſque ad ſpem Imperii Cæſaribus duobus, ſuam ipſe dignitatem inter plures partiendo pœnè imminuerit, ut Reipublicæ ſaluti & tranquillitati conſuleret; nam per quatuor figuras militares quæ ſacris operantur, Auguſtos duos, totidemque Cæſares intelligi debere nonnulli volunt. Quanquam mihi magis placet, hoſce nummos cuſos fuiſſe in monumentum caſtrorum, quæ in extremis Imperii limitibus ubique conſtrui juſſit Diocletianus; intrà quæ ſcilicet collecti milites, & ab urbanis deliciis abſtracti, bonâ diſciplinâ exercitarentur, & ad defendendam Rempublicam, propulſandoſque barbaros prompti ſemper, paratique eſſent: hæc enim à Principe noſtro & inſtituta & perfecta fuiſſe Zoſimus tradit libro II. Τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ, κατὰ τὸν εἰρημένον ἤδη μοι τρόπον, πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης, καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ ταῦτα τὴν οἴκησιν ἔχοντος, ἄπορον τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις, πανταχοῦ δυνάμεως ἀπαντώσης τοὺς ἐπιόντας ἀπώσασθαι. *Nam cum Imperium Romanum extremis in limitibus ubique Diocletiani providentiâ, quemadmodum à nobis ſuprà dictum eſt, oppidis, & caſtellis, & turribus munitum eſſet, omneſque copiæ militares in iis domicilium haberent: fieri non poterat ut barbari tranſirent, ubique copiis hoſtium repellendorum causâ occurrentibus.* Typus hic in Diocletiano primùm occurrit, & in ejus nummis cum variis Inſcriptionibus conjunctus eſt: Vide paulò infrà nummos inſcriptos, VICTORIA SARMATICA. VIRTUS MILITUM. item in auro, VICTORIA AUGG. in aliis, Caſtra tantùm abſque figuris depicta, ut in auro, PROVIDENTIA AUGG. hîc, VICTORIAE SARMATICAE. & VIRTUS MILITUM. Cæterum aliàs etiam commendari Diocletiani Providentia potuit ob reparata plurimarum urbium mœnia, & refecta ædificia aliquot publica; nam & Providentiſſimum Imperatorem ideo, quia ripam Tiberis collapſam in priſtinum ſtatum per pedes CX. reſtituerat, appellatum videmus in Romanâ Inſcriptione, quam Gruterus pag. 198. exhibet, cuique ob argumenti affinitatem alias duas adjungere libet, Romæ item repertas, & à Grutero pag. 178. deſcriptas.

1

D. D. NN. PROVIDENTISSIMI. IMPP
DIOCLETIANVS. ET. MAXIMIANVS
INVICTI. AVGVSTI. RIPAM. PER. SERIEM
TEMPORVM. CONLAPSAM. AD. PRISTINVM
STATVM. RESTITVERVNT. PER. PED. CX.
CVRANTE. MANIO. ACILIO. BALBO
SABINO. V.C. CVRAT. ALVEI. TIBERIS
RIPARVM. ET. CLOACARVM. SACRAE. VRBIS

2

IMPP. DIOCLETIANVS. ET. MAXIMIANVS. AVGG
REPVRGATIS. FONTIVM. RIVIS. ET. ITINERIB. EORVM
AD. PERENNEM. VSVM. REFECTIS. TIBERINO. PATRI
AQVARVM. OMNIVM. ET. REPERTORIBVS. MIRABILIVM
FABRICAR. PRISCIS. VIRIS
HONORI. DEDERVNT
CVRANTE. AQVAS. L. AELIO. DIONYSIODO. V. C

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte R. *Regius.*

IMP C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros.

SECVRIT PERP. (1) Figura muliebris ſtans, ſiniſtrâ columnæ innixa, dextram attollit. *Collegii.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

SECVRIT PERP. Typus ut ſuprà : in imâ parte H. *DC.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

SOLI INVICTO. (2) Sol ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum. *MB.*

DIOCLETIANVS AVG.

TEMPORA FELICIA. (3) Quatuor pueri quatuor anni tempora deſignantes. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

VICTORIA SARMAT. (4) Quatuor figuræ militares juxtà portam caſtrorum ſacrificantes ad tripodem ſuprà quem ignis accenſus. *Fontaine. Farneſianus.*

Alius cum C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum HA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum MA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE SARMATICAE. (5) Caſtrorum porta valvis apertis : in imâ parte SMNT. *Regius. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS MILITVM. (6) Caſtrorum porta : in imâ parte ALE. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum ANTH. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum ANTH. inter duas ſtellas in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum T. S. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS MILITVM. Caſtra ante quorum portam quatuor milites ſacrificantes ad tripodem : in imâ parte C. *Fouc.*

Alius cum R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. DB.*

Alius cum SIS. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum Є. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS MILITVM. Prætoriani milites Imperatori fidem obſtringunt in aditu caſtrorum. *Regius. Cham. Fontaine.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe.

3

IMP. DIOCLETIANVS. C. AVG. PIVS. FELIX
PLVRIMIS. OPERIB IN COLLE. HOC. EXCAVATO. SAXO
QVAESITAM. AQVAM. IVGI. PROFLVVIO. EX. TOFO. HIC
SCATENTEM. INVENIT. MAR. SALVBRIOREM. TIBER
LEVIOREM. CVRANDIS. AEGRITVDINIB. STATERA. IVDICAT
EIVS. RECEPTVI. PVTEVM. AD. PROX. TRICLIN. VSVM

IN HOC. SPAERISTERIO. VBI. ET. IMPERAT
NYMFEVM. F. C.

(1) Nummi Diocletiani cum hac epigraphe, & hoc typo inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Hujuſcemodi etiam nummi in Diocletiano cum rarioribus adnumerandi ſunt.

(3) Hæc epigraphe in Diocletiano tantùm occurrit ; ſed FELICIA TEMPORA in Probi nummo Æ. III. aliàs exhibuimus, quem vide, ſimul nummum maximum Cari cum epigraphe SAECVLI FELICITAS. & eodem typo. Hic rariſſimus eſt, & à Mediobarbo exſcriptus eſt ex Occone.

(4) Sarmatas alioſque Barbaros Rhætiæ propiores à Diocletiano devictos anno 288. teſtatur Mamertinus; bellum adverſus eoſdem & Carpos, à Galerio geſtum anno 293. & quidem Carpos anno 295. in ditionem Romanorum conceſſiſſe Idatius auctor eſt : cui bello interfuiſſe Diocletianum probabile eſt ; ſed ad utrum, priuſne an poſterius hæc Numiſmata pertineant, pro certo affirmare non poſſumus. Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt. Nummus hic inter rariores recenſendus, nec extat ex argento apud Mediobarbum.

(5) Hæc etiam epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(6) Hæc epigraphe cum hoc ac ſequenti typo in nummis primùm occurrit ; & quidem cum ſequenti non extat apud Mediobarbum : vide quæ paulò ſuperiùs ad nummum inſcriptum, PROVIDENTIA AVG. adnotavimus. Nummus ſuperior haud obvius.

VIRTVS MILITVM A. Castra prætoria. *MB.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.
VOT XX. in laureâ. *MB.*

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.
VCVI. (1) in coronâ. *Fontaine.*
T

Eadem epigraphe.
XC. in coronâ laureâ. *MB.*
VI

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.
XCVIAQ. in coronâ. *Fouc. Regius.*

(1) Nummi ita inscripti in Diocletiano primùm occurrunt. Nummus hic rarus, & desideratur in Collectione Mediobarbi; sequentes etiam rari.

## *NUMISMATA ÆREA LATINA maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

IMP C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Diocletianus medio corpore tenus, dextrâ scipionem eburneum, in cujus apice aquila.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator paludatus eques præeunte Victoriâ, dextrâ coronam, lævâ palmam gerente: pone eum duo prætoriani cum signis militaribus. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
CONCORDIA CAES AVGG NN. (2) Duo Imperatores paludati stantes, dextris globum sustinent, figurâ velatâ intermediâ cum arâ: ambo coronantur à Victoriis ponè unumquemque stantibus. *Vaillant.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.
GENIO POPVLI ROMANI. (3) Genius cum modio stans, dextrâ gestat coronam, sinistrâ cornucopiæ. *RE.*

IOVIO DIOCLETIANO AVG. Diocletianus laureatus, & medio corpore nudus, cum pallio pendente ab humeris, & circà brachium dextrum convoluto, dextrâ hastæ innixus, sinistrâ non comparente, dextrorsum.
HERCVLIO MAXIMIANO AVG. (4) Imperator paludatus sedens à dextris, dextrâ elatâ & expansâ, sinistrâ gestat globum: & Hercules sedens à sinistris, clavæ innixus, exuviis leonis coxæ sinistræ impositis, cum arcu & pharetrâ humi incumbentibus: ponè eos Victoria stans alis expansis utrumque coronat: in imâ parte R M. lunâ bicorni intermediâ. *Regius.*

(1) Ad primum Adventum Romam Diocletiani referendus hic nummus rarissimus, imò singularis, qui desideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummus hic Diocletiani rarissimus, simillimus est argenteo, quem Mediobarbus è Stradâ exscripsit, & nos suprà exhibuimus. Sunt qui nummum hunc cusum putent eo tempore quo Constantius & Galerius Maximianus Cæsareo fastigio aucti sunt: ideoque legendum CAESS. cum duplici S. existimant: sed cum nummi, in quibus Cæsarum simul cum Augustis mentio fit, obvii sint admodum & vulgares, nullus hactenus prodiit qui Cæsares priori loco, Augustos posteriori appellaret: itaque CAESS. quidem expressum fuisse cum gemino S. opinor; sed ut intelligeretur concordia Diocletiani & Maximiani, (hi enim Cæsares & Augusti sunt) quos iisdem sacris hîc operari vides, quo scilicet tempore hunc illè, novo moderationis exemplo ad communionem Imperii vocavit. Quid verò, si nec CAES. nec CAESS. sed AET. scriptum, deceptumque fuisse Stradam dicamus, quod AE, tantùm in summo nummo legerit? nam hunc nummi sui authorem habuisse Vaillantium haud improbabile est.

(3) Sic descripsit hunc nummum vir eruditus; verum deceptum puto, & Genium dextrâ non coronam, sed more solito pateram gestare existimo.

(4) Cur Diocletianus Jovii, Maximianus Herculii nomina cæteris nominibus suis adjunxerint, diximus suprà ad nummum hujus Augusti ex auro, cum epigraphe, IOVIO ET HERCVLIO. Hîc adjecisse sufficiet, cognomina hæc ipsis tantopere placuisse, ut *inde etiam militaribus auxiliis longè in exercitu præstantibus nomen impositum* fuisse scribat Aur. Victor. Et sanè in Notitiâ Imperii passim occurrunt *ala Jovia, Legio Jovia; ala Herculia, auxilia Herculia, Herculiana, Herculensia; Jovii; Herculii, Herculani, Herculiani.* Quamobrem ex Augustorum duorum mente Mamertinus Romam olim hortabatur, ut Joviam & Herculeam urbem se deinceps appellari pateretur: *Utere, quæso, tuorum Principum utroque cognomine, cum non cogaris eligere; licet nunc Herculea dicaris & Jovia.* Sed quod adulator ille Urbi Gentium Dominæ frustrà suadere conatus est, id in Cularone fieri Augusti duo jusserunt: cum enim muros ejus urbis restaurassent, portam Joviam quæ antea Romana, Herculeam, quæ Viennensis appellabatur, vocari voluerunt; ut fidem faciunt hæ Inscriptiones, quas Gruterus pag. 167. exhibet, & Gratianopoli inventas testatur:

DD. NN. IMPP. CAES. GAIVS. AVREL. VALERIVS. DIOCLETIANVS
PP. INVICTVS. AVGVSTVS. ET. IMP. CAESAR. MARCVS. AVRELIVS
VALERIVS. MAXIMIANVS. PIVS. FELIX. INVICTVS. AVG. MVRIS
CVLARONENSIBVS. CVM. INTERIORIBVS. AEDIFICIIS. PROVIDENTIA
SVA. INSTITVTIS. ADQVE PERFECTIS. PORTAM. ROMANAM. IOVIAM
VOCARI. IVSSERVNT

Eadem epigraphe. Diocletianus medio corpore nudus ſtans cum ſtrophio, dextrâ haſtam rectam tenet.

HERCVLIO MAXIMIANO AVG. (1) Imperator paludatus ſedens, dextrâ ad pectus admotâ, ſiniſtrâ globum, cui inſiſtit Victoria utrâque manu coronam ipſi nempe imponens, & Herculi Maximiano nudo pariter ſedenti, dextrâ ſpolia leonis, ſiniſtrâ clavam tenet: ad latus lævum arcus. *Vaillant.*

IMPP DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AVGG. Capita Diocletiani & Maximiani adverſa, cum ſcipione eburneo.

IMPP DIOCLETIANO ET MAXIMIANO COSS. (2) Uterque Imperator in quadrigis triumphalibus ab elephantis quatuor tractis, à Victoriâ ponè eos ſtante coronatur: adſtant ſex Prætoriani cum haſtis & ſignis militaribus. *Vaillant.*

IMP C DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſedens, dextrâ fulmen gerit, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVG. (3) Jupiter ſedet in templo ſex columnarum, dextrâ ſuprà genu, lævâ haſtam præfert. *Vaillant.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVATORI AVG. (4) Templum ſex columnis ſuffultum, in quo Jupiter ſedet, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam tenens: in epiſtylio templi habetur hæc epigraphe, IOVIOMVC. *Regius.*

IMP C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Diocletianus pectore tenus, dextro humero haſtam geſtat.

MONETA AVG. Tres Monetæ ſtantes ſtolatæ, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ gerunt. *Vaillant.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Diocletianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ non apparente pilum tenet.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Diocletianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum, lævâ roſtrum aquilæ tenet.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius. RE. DeC.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Lamoignon. DeC.*

Eadem epigraphe. Diocletianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. (5) Moneta cùm attributis ſtans inter Jovem & Herculem pariter ſtantes cum ſuis attributis. *RE. DeC.*

DN DIOCLETIANO BEATISSIMO SENI

*Item in portâ Urbis.*

DD. NN. IMPP. CAESAR. GAIVS. AVREL. VALERIVS. DIOCLETIANVS
PP. INVICTVS. AVG. ET. IMP. CAES. MARCVS. AVREL. VALERIVS. MA
XIMIANVS. PIVS. FELIX. INVICTVS. AVG. MVRIS CVLARONENSIBVS
CVM. INTERIORIBVS. AEDIFICIIS. PROVIDENTIA. SVA. INSTITVTIS. ADQVE
PERFECTIS. PORTAM. VIENNENSEM. HERCVLEAM. VOCARI. IVSSERVNT

Cæterum nummus hic Diocletiani rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(1) Hunc nummum haud diverſum opinor à ſuperiori, ſed malè deſcriptum à Vaillantio.

(2) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt; nam diverſum omninò eſſe oportet ab eo, quem ex Regio Etruriæ Theſauro, inter numiſmata aurea deſcripſimus, cum epigraphe IMPP DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO CCSS. & quidem hic triumphi ſpeciem illo magis præfert; quamobrem videndum, num ad annum 303. referri poſſit, quo Auguſti duo Conſules fuere, geminumque de Perſis, ac cæteris barbaris à ſe devictis triumphum egerunt.

(3) Nummus hic idem fortaſſis qui ſequens, ſed à Vaillantio malè pro more deſcriptus, & ſegniter lectus.

(4) Templum Jovi Conſervatori dedicatum à Diocletiano fuiſſe teſtatur nummus hic rariſſimus, & ſingularis ob literas quæ in templi epiſtylio leguntur, quaſque ſic interpretamur: *Iovi Optimo Maximo Victori Conſervatori.*

(5) Cùm cætera Diocletiani numiſmata ex ære maximi moduli rara ſunt, tùm hoc inter rariores recenſendum; ſed vide quæ ad nummum aureum cum epigraphe, IOVIO ET HERCVLIO. adnotavimus; hîc loco duorum Imperatorum numina eorum tutelaria, nempe Diocletiani Jupiter, Hercules Maximiani depicti ſunt.

AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. (1) Duæ figuræ muliebres stantes; quæ à dextris est velata, dextram pectori admovet, sinistrâ stolam colligit: quæ à sinistris, dextrâ tenet ramum, sinistrâ hastam: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte PTR. *RE.*

Sine epigraphe. Diocletiani & Maximiani capita laureata adversa, ad pectus cum paludamento.

Sine epigraphe. Tres Monetæ cum attributis. *RE.*

DN DIOCLETIANO FELICISSIMO SENI. Diocletianus medio corpore tenus, dextrâ scipionem eburneum tenet.

VOTA PVBLICA. (2) Navis in quâ Serapis sedens, dextrâ temonem agit, sinistrâ velum tenet: ante ipsum Victoria stat utrâque manu alterum velum tenens. *Vaillant.*

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano, ejusque collega Maximiano tantùm occurrunt; & quidem cusos hujuscemodi nummos fuisse constat, postquam uterque abdicato Imperio ad privatam vitam rediit: sed vide quæ ad nummos Æ. II. in Maximiano, eadem epigraphe insignes monemus: hîc Inscriptiones duas è Grutero exscripsisse sufficiet, quæ Diocletianum & Maximianum, postquam summam potestatem in Constantinum & Galerium transtulerunt, Dominos & seniores Augustos appellant: utraque Romæ reperta; sed quæ hîc primùm locum obtinet, mirè deformata, & à Gruteró pag. 179. proposita est: altera integra, & accuratè descripta est ejusdem operis pag. 178. ornat.

1

D. D. N. N. C. AVREL. VALER. DIOCLETIANVS. ET. M. AVREL. VALER. MAXIMIANVS
INVICTI. SENIORES. AVGG. PATRES. IMPP. ET. CAES. P. P. . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
D. D. N. N. FL. VALER. CONSTANTIVS. ET. GALER. VALER. MAXIMINVS
NOBILISSIMI. CAESARES. F. F. . . . . . . .

THERMAS. FELICES. DIOCLETIANO. COEPTAS. AEDIFICIIS. PRO. TANTI. OPERIS
MAGNITVDINE. OMNI. CVLTV. IAM. PERFECTAS. NVMINI. EIVS. CONSECRARVNT
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

2

DD. NN. DIOCLETIANVS. ET
MAXIMIANVS. INVICTI. SENIORES
AVGVSTI. PATRES. IMPERATORVM. ET
CAESARVM. CONSTANTIVS. ET. MAXIMIA
NVS. INVICTI. AVGG. ET. SEVERVS. ET * MAXI
MIANVS. NOBILISS. CAESARES. THERMAS
FELICES. DIOCLETIANI. AVG. FRATRIS. SVI
NOMINE. CONSECRAV. COEPTIS. AEDI
FICIIS. PRO. TANTI. OPERIS. MAGNITV
DINE. OMNI. CVLTV. PERFECTAS
ROMANIS. SVIS. DEDICAV

* *lege* MAXIMINVS

(2) Diocletiani nummus alter ex Æ. II. infrà occurret cum eâdem epigraphe: sed typus tum adversæ, tum etiam aversæ partis ab hujus typo nonnihil differt; in hoc enim Principem cernis pristinæ fortunæ honorum insignibus ornatum; in illo florem, quo spes immortalitatis huic portenditur, dextrâ, sinistrâ volumen tenet: in hoc Serapis temonem agit, in illo Isis; in hoc denique Victoria, in illo figura muliebris velum contrahit. Vota uterque pro salute Diocletiani suscepta exhibet, qualia propemodum vel Herculi, vel Apollini & Victoriæ nuncupasse Rationalem quendam, cui Basilio Donatiano nomen fuit, fidem facit Inscriptio hæc, quam Gruterus pag. 278. proponit, Romæque inventam monet in basi, cujus in lateribus stant, hinc vir sagittam ex arcu emittens, inde Victoria coronam lauream & palmam prætendens.

MAGNO. ET
INVICTO. IMP
CAES. M. AVR. VAL
DIOCLETIANO
PIO. FELICI. AVG
BASILIVS
DONATIANVS. V. E
RATIONALIS. D. N. M
Q. EIVS

## *NUMISMATA LATINA Æ. II.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

FELIX ADVENT AVGG NN. (1) Figura muliebris tunicata cum pallio peculiari, cujus caput tectum proboſcide, vultu dextrorſum converſo ſtans, labarum tenet dextrâ, elephanti dentem ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes leo & taurus cubantes: in imâ parte PFP. *Fontaine.*

Alius cum PKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PKP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte PKA. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ N. in imâ parte PEP. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ I. in imâ parte PEP. *Cham.*

Alius cum PKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum PKΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PKM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ I. in imâ parte PKA. *Hen.*

Alius cum PKΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ I. in imâ parte PKA. *RE.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà: ad pedes à dextris leo caudâ pedibus figuræ muliebris implicitâ: à dextris in areâ I. abſque literis in imâ parte. *Brandenburg.*

Alius cum PKP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fon.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNAE REDVCI AVGG NN. (2) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte ATR. *Cham.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNAE REDVCI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. à ſiniſtris ſtella: in imâ parte TR. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

FORTVNAE REDVCI CAESS NN. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum in cujus imo globus tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella: in imâ parte R. *Collegii.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

FORTVNAE REDVCI CAESS NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte ATR. *RDR.*

Alius cum BTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DN DIOCLETIANO AETER AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. (3) Genius nudus cum modio ſuprà caput, vultu dextrorſum

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt: ſed vide quæ ad ſimillimos Maximiani nummos infrà monebimus.

(2) Hæc epigraphe, ſicut & ſequens, tum primùm in nummis occurrit; ſequens etiam deſideratur in Mediobarbo: nummus hic tum cuſus videri poteſt, cum Auguſti duo ex ultimis Imperii finibus Romam convenerunt, geminumque de Perſis, ac cæteris Barbaris à ſe devictis triumphum egerunt, hoc eſt anno 303. ſed an Cæſares, ſicut in partem Victoriarum, ita in partem triumphi venerint, haud ſatis conſtat; imò ſunt qui veniſſe negent, quia Lucius Cæcilius gentem ſedibus ſuis pulſam à Gothis, Gal. Maximiano ſe Vicennalium tempore tradidiſſe ſcripſit. Cum in more tamen poſitum olim fuerit, ut triumphante Auguſto, Cæſar, ſi quis eſſet, ſimul ovans urbem ingrederetur, prætereaque hi nummi fidem faciant de Cæſarum duorum adventu Romam, opinari licet tantiſper, donec aliud certius occurrat, ovationem Cæſaribus anno 303. conceſſam, eamque gentem, de quâ Cæcilius loquitur, receptam in fidem à Galerio fuiſſe, non menſe quidem, ſed anno, quo Vicennalia Imperii ſui Diocletianus celebravit. Nummi cum hac & ſequenti epigraphe inter rariores recenſendi.

(3) Nummus hic ob capitis epigraphen rariſſimus eſt. Inſcriptiones tres Gruterus exhibuit, in quibus Diocletianus *æternus Imperator* dicitur, quas huic nummo rectè ſubjunctum iri exiſtimo, cum alia quæ *perpetuum Imperatorem*, & duabus quæ *ſemper Auguſtum* appellant. Primam Patavii repertam, pag. 279.

converſo

conversò stans, dextrâ tenet pateram, sinistrâ cornucopiæ: in imâ parte PLC. *In schedis RDR.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà; absque literis in imâ parte. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Diocletianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà. *MDM.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà. *RE.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà. *Frad.*

Alius cum A. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: à dextris in areâ B. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. à sinistris B. *Fouc.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris B. *Fouc.*

alteram in Viâ Flaminiâ prope pontem Metauri, pag. 161. tertiam Oreolæ haud procul ab Eborâ pag. 199. quartam Nicomediæ è schedis Jos. Scaligeri, pag. 1079. quintam Fani Fortunæ in Piceno pag. 279. sextam è Fabretto, pag. 209. exscripsimus, qui Romæ inventam prodit.

1

AETERNO. IMPERATORI
NOSTRO. MAXIMO. O
PTIMOQVE. PRINCIPI
AVRELIO. VALERIO
DIOCLETIANO. PIO
FELICI. INVICTO
AVGVSTO
PAETVS. HONORATVS....VIR
CORRECTOR. ITALIAE
NVMINI. EIVS. DICATISS

2

AETERNI' IMPE
RATORES. DIOCLE
TIANVS' ET' MAXI
MIANVS' AVGVS
TI' ET' PERPETVI'
CAESARES
CONSTANTIVS
ET' MAXIMIA
NVS' PONTEM
MATAVRO

3

DD. NN
AETERN. IMPP
C. AVRE. VALER
IO. IOVIO. DIO
CLETIANO. ET
M. AVR. VALERI
O. ERCVLEO
MAXIMIANO
PIIS. FEL. SEMPER. AVGG
TERMINVS. INTER
PACENS. ET. EBORENS
CVRANTE. P. DATIANO
V. P. PRAESIDE. H. H
N. M. Q. EORVM
DEVOTISSIMO
HEINC. PACENS HEINC EBORENS

4

PERPETVO. IMPO
C. AVR. VAL. DIOCLETIA
P. F. AVG. CVIVS. PRO
VIDENTIA. ETIAM
LAVACRVM. THER
MARVM. ANTONI
ANARVM. FVNDI
TVS. EVERSVM. SVA
PECVNIA. AMPLIFI
CATVM. POPVLO. SVO
EXHIBERI. IVSSIT

5

IMP. CAESS. Ø VALER
IO. DIOCLETIANO. ET
AVRELIO. VALERIO
MAXIMIANO. PIISS. FE
LICIB. SEMPER. AVGG
ET. FLAVIO. VALERIO
CONSTANTIO. GALERI
O. VAL. * MAXIMINO
. . . . . . . . . .
. . . . . ROM. CXCI

* lege, MAXIMIANO.

6

IVNON. REGIN
SACRVM
PRO. SALVTE
D. N. DIOCLETIANI. IN
CLYT. PRINCIP. SEMP. AVG
PINIVS. PAVLLVS. SILVANVS
VIR. CLAR. PRAEF. VRB
IVDEX. SACRARVM. COGNITIO
NVM. VOLVNT. EIVS. CVR

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ. *Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ A. à sinistris B. in imâ parte A. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ B. à sinistris B/P. in imâ parte ALE. *Fouc.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à sinistris in areâ Γ. in imâ parte ALE. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris B/P. in imâ parte ALE. *Fouc.*

Alius cum XX. à dextris in areâ, & A/I. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum XXI. à dextris in areâ, & A. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum XXI. à dextris, & C. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ut suprà, cum paterâ ex quâ liquorem effundit : à dextris in areâ duæ stellæ : in imâ parte ALE. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ut suprà, cum paterâ absque liquore : à sinistris in areâ A. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum Δ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à sinistris in areâ Δ. in imâ parte ANT. & stella. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à sinistris in areâ luna bicornis infrà quam B. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum Γ. infrà lunam bicornem à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ K. à sinistris A/V. in ima parte ANT. *Fouc.*

Alius cum A/E. à dextris in areâ, & E/Γ. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ K. à sinistris H/V. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius absque K. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte AQP. *Collegii.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà cum tripode suprà quem ignis ante Genium : in imâ parte AQP. *Fouc.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, absque tripode : in imâ parte AQS. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte ATR. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. Val.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ stella : in imâ parte B. *Fouc.*

Alius cum A. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum R. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris S. in imâ parte B. *Frad.*

IMP C DIOCLETIANVS P P AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà : à dextris in areâ A. in imâ parte A. *Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ut suprà, sed capite turrito : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte ITR. *Fouc. Cham.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fouc. RE.*

Alius cum IITR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ: in imâ parte IITR. *Frad.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte LON. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte LP. *Fontaine.*

IMP C DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte P. & ſtella. *RE.*

IMP C DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte PL. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *RE.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ut ſuprà, cum modio ſuprà caput, & arâ ignitâ ante eum: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Hen. Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Frad.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà, dextrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *RE. Collegii.*

Eadem epigraphe. Diocletianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte PLC. *Fouc. RE. Le Roy.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani galeatum & laureatum, cætera ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *RE. Cham.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Hen.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque arâ: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte PT. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PT. *Regius.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. (1) Genius

(1) Nummi cum hac epigraphe in Domitio Domitiano primùm occurrunt. *Genium dicebant antiqui*, ut ſcribit Servius in 1. Georg. *naturalem Deum uniuſcujuſque loci, vel rei, aut hominis:* non enim hominum modo, ſed & regionum, urbium ſui credebantur eſſe Genii: quapropter Symmachus in Relatione ad Auguſtos pro inſtaurando Deorum cultu, *varios cuſtodes urbibus cunctis à mente divinâ diſtribui, & ut animas naſcentibus, ita populis fatales genios dividi* conteſtabatur. Hic verò Genius, γένιος τοῦ δήμου à Dione Caſſio lib. XLVII. & L. *Genius Publicus* non ſemel ab Ammiano appellatur, Urbis ſcil. & Imperii cuſtos: quem cum veteres pingere ſolerent nudum, pateram dextra, ſiniſtra cornucopiæ præferentem, poſtea obtinuit, ut turrim etiam, aut modium ſive calathum capite geſtaret: turrim quidem, quia Urbis mœnia & Imperii fines tueri vulgò credebatur: modii cauſa in obſcuro eſt, inſignis Serapidis proprii, quod deinde cum Fortuna, Diana Epheſia, Spe, &c. communicatum eſt. Nec omittendum in Carthaginenſium nummo Antonino Pio cuſo, CICA GENIO PR. hoc eſt, ut interpretatur Vaillantius, *Colonia*

ut ſuprà, ſed capite turrito : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte PTR. *RE. Cham. Collegii.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ut ſuprà, ſed cum modio ſuprà caput: à dextris in areâ R. à ſiniſtris S. in imâ parte RA. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte SIS. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum ac radiatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte SIS. & ſtella. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SIS. & ſtella. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte SMNB. *Hen.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte ST. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIB. *Fouc. RE. Fauvel.*

Alius cum XXIЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIB. *Fouc.*

Alius cum XXIΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XXIЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut suprà : à sinistris aquila coronam lauream gestans rostro : in imâ parte XXIZ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut suprà : in imâ parte XXIZ. *RE. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVAT AVGG. Jupiter stans, vultu sinistrorsum converso, dextrâ hastæ innixus, sinistrâ fulmen tenet : in imâ parte XXIΔ. *Fontaine.*

Alius cum XX IΔ. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG. (1) Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorsum converso, stans à sinistris, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò puræ adnititur sinistrâ : à dextris ex adverso Diocletianus stans, dextram protendit Victoriæ signum accepturus, sinistrâ tenet scipionem: inter utramque figuram ЄΔ. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum Z. & lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum TR. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter nudus stans, dextrorsum conversus, dextrâ tenet globum, sinistrâ hastæ adnixus : ante ipsum stat Victoria coronam lauream ei porrigens. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI FVLGERATORI. (2) Jupiter nudus cum pallio quod retinet sinistrâ, fulmen dextrâ jaculatur : à dextris juxtà pedes aquila veluti exterrita: in imâ parte XX. *Fouc.*

Alius cum XXIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum XXIΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI TVTATORI AVG. (3) Jupiter nudus cum pallio in brachium sinistrum rejecto, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò puræ adnititur sinistrâ : à dextris juxtà pedes aquila : in imâ parte P. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI TVTATORI AVGG. Typus ut suprà, cum P. in imâ parte. *RE. Fauvel. Fontaine.*

IMP C DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

IOVI TVTATORI AVGG. Typus ut suprà, cum P. in imâ parte. *Fouc. Regius. RE.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

IOVI TVTATORI AVGG. Typus ut suprà, cum P. in imâ parte. *Fauvel. Bau.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

IOVI TVTATORI AVGG. Typus ut suprà, cum P. in imâ parte. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros.

IOVI VICTORI. (4) Jupiter stans Victoriæ signum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ : ad pedes aquila : in imâ parte XXIB. *Regius.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

(1) Nummi Diocletiani cum hac epigraphe & hoc typo rari, cum sequenti verò typo rarissimi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Nummos inscriptos JOVI FULGERATORI in hoc Augusto tantùm occurrere diximus suprà ad nummos ejusdem aureos cum eadem epigraphe, sed typo diverso ; ubi vide quæ adnotavimus. Cæterum Jupiter qui in hisce nummis Fulgerator dicitur, apud Apuleium de Mundo Fulgurator nuncupatur ; ubi idem Scriptor sic de variis Jovis cognominibus loquitur : *Cum sit unus, pluribus nominibus cietur propter specierum multitudinem, quarum diversitate fit multiformis : & à juvandis suis Jupiter dicitur : quem Ζῆνα Græci, quod vitæ nostræ auctor sit, rectissimè appellant : Fulgurator, & Tonitrualis, & Fulminator, & jam Imbricitor, & item dicitur Serenator, & plures eum Frugiferum vocant ; multi Urbis Custodem, alii Hospitalem, Amicalemque : & omnium officiorum nominibus appellantes, & multa plura apud Aruspices & Romanos veteres invenies.* Nummus hic rarissimus est, nec extat cum hoc typo, & ex ære apud Mediobarbum.

(3) Nummi cum hac & sequenti epigraphe in Diocletiano primùm occurrunt ; & quidem cum hac non extat apud Mediobarbum, & rarissimus est. Vocem, *Tutator*, quæ à verbo, *tutari*, derivatur, minùs latinam esse plerique volunt ; hanc certè extra hujuscemodi nummos haud temerè inveneris.

(4) Nummus hic rarissimus est : alter cum eadem epigraphe inter aureos à nobis è Mediobarbo exscriptus est, sed illius typus diversus : Jupiter enim fulmen dextrâ tenet : jacetque pro ejus pedibus captivus.

IOV ET HERCV CONSER AVGG. (1) Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ : à dextris ex adverſo Diocletianus laureatus ac paludatus ſtans, dextram protendit Victoriæ ſignum accepturus, ſiniſtrâ haſtæ adnititur : inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum B. ſub lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Γ. ſub lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. abſque lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. B.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Є. ſub lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Val. SG.*

Alius cum Z. ſub lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum H. ſub lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOV ET HERCV CONSER AVGG. (2) Jupiter & Hercules ſtantes ; hic Victoriolam & clavam tenens, ille globum & haſtam : inter utramque figuram S. in imâ parte XXI. *Regius.*

Alius cum S. & lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

IOVI ET HERCVLI CONS AVGG. (3) Typus ut ſuprà : inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Regius.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

MARS VICTOR. (4) Mars capite galeato nudus, cum pallio utrinque volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, trophæum verò ſiniſtrâ ad humerum ſiniſtrum : in imâ parte VIXXIT. *Fouc. Frad.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *RDR.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

MARTI PACIF. (5) Mars capite galeato nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ & ſcuto humi poſito innititur ſiniſtrâ : in imâ parte XXIЄ. *Frad.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI PACIF. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

MAXIMIANVS AVG. (6) Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento. *Fontaine, Quin.*

Eadem epigraphe. Diocletianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem.

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani pelle leoninâ tectum, ad humeros. *Hard.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Dio-

(1) Nummi Diocletiani cum hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi. De Jove & Hercule pluribus ſuprà. Cæterum nummi cum hac pigraphe & hoc typo in hoc Auguſto primùm occurrunt.

(2) Typus hic videtur idem eſſe qui in Mediobarbo, ſed ibi perperam pro more deſcribitur, nimirum Jupiter & Hercules dextras jungentes, Victoria media. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(3) Nummus hic Diocletiani deſideratur in Collectione Mediobarbi, & inter rariores recenſendus eſt.

(4) De Marte Victore pluribus alibi. Nummi hujuſcemodi in Diocletiano cum rarioribus adnumerandi ſunt.

(5) Nummi cum hac epigraphe deſunt in Mediobarbo, & rariſſimi ſunt. Gruterus pag. 58. Inſcriptionem Bonnæ repertam exhibuit, quæ fidem facit, Templum Martis à ſolo reſtitutum alicubi fuiſſe Nummio Tuſco & Annio Anulino Coſſ. hoc eſt anno 295. hanc exſcribere libet.

IN H. D. D
PRO. SALVTE. IMPP
DIOCLETIANI. ET. MAXIMI
ANI. AVGG. CONSTANTII....
ET. MAXIMIANI. NOBB.
CAESS. TEMPLVM. MARTI...
ILITARIS. VETVSTATE. COL
LAPSVM. AVR. SI..TVS. PRAE
FEC. IM. S. A. SOLO. RESTI
TVIT. DIE XIII. KAL. OC
..VSCO. ET. ANVLINO. COS

(6) Nummus hic Diocletiani rarus ; ſequens verò ob capitum typum rariſſimus eſt.

cletiani radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

ORIENS AVG. (1) Sol ſtans, dextrâ elatâ, lævâ globum tenet: in imâ parte XXIΓ. *Regius.*

DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

PAX AETERN. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte A. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. (2) Figura muliebris haſtæ adnixa ſiniſtrâ, cætera ut ſuprà: in imâ parte A. *Fontaine.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris P. in imâ parte MIXXI. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Diocletianus capite radiato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, globum ſuſtinet dextrâ.

PAX AVGG. (3) Figura muliebris galeata & ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum tenet dextrâ, clypeum verò humi poſitum, juxtà quem haſta erecta, attingit ſiniſtrâ: in imâ parte A. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Diocletianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

PAX AVGG. (4) Figura muliebris ſtans, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte B. *Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte A. *Hard.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Fontaine.*

Alius cum D. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P VII COS IIII PP. (5) Leo capite radiato gradiens, fulmen ore gerit: in imâ parte R. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte XXIΓ. *Fouc.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENT AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte VXXI. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte VXXT. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. (6) Figura muliebris ſtans dextrâ demiſsâ tenet ſpicas ſuprà modium, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris in areâ C. *Fauvel. Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDENT DEOR. (7) Figura mu-

(1) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo, necnon cum ſequenti rariſſimi ſunt; ſequens etiam deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummi Diocletiani cum hoc typo rari ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt, & Minervam exhibet, Pacis Præſidem Deam, quæ & *Pacifera* appellatur in nummo Clodii Albini cum typo huic ſimillimo, quem apud Oiſelium Tab. LII. vide. Pax verò quam Minervæ acceptam referunt Auguſti duo, ea videtur quam cum Perſis ſanxere, Reipublicæ utillimam, quæ Romani Imperii dignitatem auxit, & limites protulit. Cæterum nummi Diocletiani cum hoc typo deſiderantur in Mediobarbo.

(4) Nummus etiam hic rarus, & ſpectare videtur ad eandem Pacem cum Perſis ſancitam.

(5) Nummus hic pertinet ad annum 290. quo Diocletianus IV. Maximianus III. Conſules fuere. Nummum ſimilem Caracallæ Triſtanus refert, cum epigraphe P M TR P XX COS IIII. variaque de Leone in nummo expreſſo congerit; ſed hoc ſolum appoſitè, per leonem, qui Rex animalium vulgò habetur, ſummam poteſtatem, & invictam virtutem deſignari, ut S. Dionyſ. cap. XV. de Cœleſti Hierarch. olim monuit: Καὶ τὴν λεόντος μορφὴν, ἐμφαίνειν οἰητέον τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ ῥωμαλέον, καὶ ἀδάμαστον. *Et leonem exiſtimandum eſt deſignare imperium, & virtutem invictam.* Nummum aureum ſuprà exhibuimus, in quo Diocletianus CONSVL IIII. PP PROCOS. dicitur, ſed cum typo omninò diverſo. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(6) Nummi cum hac epigraphe, & hoc ac duobus ſuperioribus typis rari ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo: & ſuperiores quidem Diocletiani Providentiam in univerſum prædicant; hic verò providentiam in annonâ urbi Romæ procurandâ; merito quidem jure; hoc enim imperante, ut ſcribit Aur. Victor, *annona Urbi, ſtipendiariorumque ſalus anxiè, ſollicitéque habita.*

(7) Nummus hic & ſequens rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi; primus cuſus vi-

liebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte...... *Hen.*

DN DIOCLETIANO FLICISS. (ſic) Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum.

PROVIDENTIA DEORVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtæ innixa: ſtat ex adverſo altera figura ſtolata, utrâque manu ſtolâ involutâ, & ſiniſtrâ bacillum tenens: inter utramque figuram ara ignita: in imâ parte ALE. *RE.*

DIOCLETIANO SEN AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

QVIES AVGG. (1) Figura muliebris tunicata ac ſtolata ſtans, lauri ramum demiſſum tenet dextrâ, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte TR. *Brandenburg.*

IMP C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ROMAE AETERN. (2) Roma ſpoliis inſidens dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam tenet: in imâ parte VIXXIT. *Regius.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVG. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſerpentem, ſiniſtrâ pateram, ex quâ eum paſcit: à ſiniſtris in areâ B. *Fouc. RE. Fauvel. RDR.*

DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte A. *Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani galeatum ac radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte C. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Diocletianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum C. in imâ parte. *RDR.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum C. in imâ parte. *Regius.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum C. in imâ parte. *Le Roy.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT PERP. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextram attollit ad caput, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ quâ & cippo innititur: in imâ parte A. *Fouc. Le Roy.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

SECVRIT PERP. Typus ut ſuprà, cum A. in imâ parte. *MMA.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VICTORIA AVG. (5) Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Fouc. RDR.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXIA. *Regius.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ elatâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in imâ parte S. *Bau.*

Alius cum PXXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

VICTORIA AVGG. (6) Victoria ut ſuprà: pro pedibus captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis. *RE.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

detur adhuc eo imperante; ſecundus verò poſt abdicatum imperium, ut patet cum ex typo partis averſæ, tum ex capitis epigraphe. Vide nummos Diocletiani & ejus Collegæ inſcriptos, PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG.

(1) Nummus hic Diocletiani ex ære III. rarus. Vide quæ ad ſimilem æreum II. ſuprà adnotavimus.

(2) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Diocletiano inter rariores recenſendi ſunt.

(3) Nummi Diocletiani hujuſcemodi rari ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummi Diocletiani cum hac epigraphe, & hoc typo rari ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(5) Nummus hic Diocletiani & ſequentes haud obvii ſunt.

(6) Nummi Diocletiani cum hoc typo inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

VICTORIA AVGG. Civis Romanus à dextris, & figura militaris paludata à finistris lævâ tenens hastam inclinatam, una tenent globum cum Victoriolâ: inter utramque figuram Δ. ut videtur: in imâ parte XXI. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (1) Duo Imperatores una sustinent Victoriæ signum globo impositum, finistrâ sceptrum tenent: inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Fontaine.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (2) Figura militaris galeata stans, dextrâ clypeo humi posito, finistrâ hastæ innititur: in imâ parte Q. XXI. r. *Regius.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut suprà.

VIRTVS AVG. Typus ut suprà: in imâ parte QXXIT. *Fontaine.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. (3) Hercules finistrorsum conversus luctatur cum leone, clavâ retrò relictâ. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (4) Hercules nudus

(1) Barbaras nationes plurimas à Diocletiano & Maximiano, eorumque auspiciis à Cæsaribus duobus profligatas norunt omnes; sed de quibus Victoria his in nummis celebretur, haud satis constat. Inscriptiones tres è Grutero libet hîc exscribere, quæ varia his nomina à devictis gentibus tribuunt; postea tamen, quàm de iis quædam monuerimus. Primum, bellorum aut à Diocletiano, aut ab ejus Legatis intrà alterum Imperii ejus annum adversus Germanos, & Barbaros Britanniæ incolas gestorum mentionem non faciunt Scriptores. Atqui in eâ quæ tertium locum hîc obtinet, (Gruterus Romæ repertam tradit, & pag. 279. exhibet) Diocletianus anno secundo *Germanicus Maximus*, & *Britannicus Maximus* dicitur: quod Erud. Pagium impulit, ut Bagaudas anno 285. ab Herculio adhuc Cæsare, Germanos ab eodem Augusto anno sequenti devictos existimaret, simulque Carausii rebellionem ad eundem annum retrotraheret. In aliis duabus, idem Diocletianus anno Imperii X. & XI. *Sarmaticus Maximus* appellatur, rectè, meâ quidem sententiâ; hos enim variis cladibus affecit ab anno 292. Carposque eorum socios anno 295. in ditionem Romanorum concedere coëgit: sed in iisdem cur aut hic, aut Maximianus *Persicus Maximus* dicatur, conjecturâ assequi non possum; cum bellum adversus Persas anno 296. institutum constet, quo decimum-tertium Imperii annum Diocletianus auspicatus est. Sed Inscriptiones ipsas vide, quarum primam Gruterus pag. 166. alteram pag. 61. proposuit.

1

IMP. CAES. C. AVRE. VAL. DIOCLETIANVS. AVG. PONT. MAX<br>SAR. MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. XI. IMP. X. COS. V. PP. ET<br>IMP. CAESAR. M. AVR. VAL. MAXSIMIANVS. AVG. PONT. MAX. SAR<br>MAX. PERS. MAX. TRIB. POT. X. IMP. VIII. COS. IIII. P. P. ET. IMPP<br>FL. VAL. CONSTANTIVS. ET. GAL. VAL. MAXIMIANVS. FILII<br>CAESS. MVRVM. VITVDVRENSEM. À. SOLO. INSTAVRARVNT<br>CVR. AVRELIO. PROCVLO. V. C. PROV. MAX. SEQ

2

IMP. CAES. C. AVREL. VALER. DIOCLETIANVS<br>SARM. MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. X.<br>IMP. CAES. M. AVREL. VALER. MAXIMIANVS<br>GERM. MAX. PERSIC. MAX. PONT. TR. POT. IIX. COS..<br>IMP. VIII.<br>FL. VALERIVS. CONSTANTIVS. ET. GALERIVS. VAL....<br>NOBB. CAESARES. MVRVM.......

3

IMP. CAES. * G. VALERIO     * lege, c<br>DIOCLETIANO. PIO<br>FELICI. INVICTO. AVG<br>PONT. MAX. BRITANNIC<br>MAX. GERM. MAX. TRIB<br>POTEST. II. COS. II. PP<br>PROCOS<br>HONORATI. ET DECVRIONES<br>ET. NVMERVS. MILITVM<br>CALIGATORVM

Cæterum nummus hic Diocletiani & superior inter rariores recensendi sunt.

(2) Nummi Diocletiani cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recensendi, & desiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Secunda Herculis victoria, inquit Albricus de Deorum Imaginibus, notabilis fuit, quia ipse pugnasse cum leone, ipsumque clava mactasse, & interempto pellem abstulisse dicitur, quo deinde spolio incessit semper indutus in signum Victoriæ perceptæ. Nummus hic rarissimus, nec extat apud Mediobarbum

(4) Nummi etiam Diocletiani cum hoc & sequenti typo rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi

vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, arcum tenſum cum ſagittâ tenet utrâque manu, exuvias verò leonis geſtat ſiniſtro brachio; ſub pedibus clava: à dextris in areâ C. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Hercules nudus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte III. *Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum III. in imâ parte. *Fouc.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. (1) Hercules ſtans globum tradit Imperatori: in areâ A. in imâ parte KNVI. *Regius.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVTI AVGG. (2) Hercules leonem ſuffocans. *Regius. Val.*

DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT X MVLT XX. (3) Victoria altè ſuccincta, dextrorſum converſa, globo terreſtri inſiſtens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: à dextris in areâ D. in imâ parte PTR. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. Victoria ut ſuprà globo inſiſtens, ſed ſiniſtrorſum converſa: à dextris in areâ A. in imâ parte STR. *Fouc.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT XX. in coronâ. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X. XB. in coronâ. *Bau.*

IMP DIOCLETIANVS P AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT XXB. in coronâ. *RE.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT XX B. in coronâ. *Fauvel. B. Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX A. in coronâ. *Fouc.*

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT XX A. in coronâ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XXFK. in coronâ. *Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT XXH. in coronâ. *Frad. Fontaine.*

IMP DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT XX Θ. in coronâ. *Fouc.*

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. Caput Diocletiani ut ſuprà.

VOT XX P. in coronâ. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros.

VOT XX S. in coronâ. *Le Roy. Bau.*

DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.

VTILITAS PVBLICA. (4) Figura muliebris ſtans, utrâque manu ad pectus compoſitâ, & ſtolâ involutâ: in imâ parte T. *Regius.*

(1) Nummus hic Diocletiani rariſſimus, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum.

(2) Cum eadem epigraphe & eodem fermè typo habetur nummus Diocletiani apud Mediobarbum, niſi quod ibi Hercules à Victoriâ coronatur, ut videre eſt in nummis Valerii Maximiani. Nummus hic rariſſimus.

(3) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt: nummi ipſi rariſſimi. Vota decennalia ſolvit, & vicennalia ſuſcepit Diocletianus, vel anno 293. quo decimus ejus annus incipiebat, vel ſequenti quo deſinebat; nam utro, non ſatis conſtat, *& adhuc ſub judice lis eſt.* Pagius priori, Emin. Card. Noriſius poſteriori peracta decennalia volunt, uterque verò haud ſatis firmis argumentis ſententiam ſuam tueri videtur: cum enim ille tam decennalia initio decimi anni, quàm vicennalia initio vigeſimi celebrari debuiſſe contendat; hic refert, ſicut Quinquennalia exacto quinquennio, ita decennio evoluto Decennalia agenda fuiſſe: & quidem huic favet Mamertinus in Panegyrico Maximiano dicto; loquens enim de oratione quam Quinquennalibus ejus præparaverat: *Gaudeo igitur*, inquit, *dilatam eſſe illam cupiditatem meam: neque enim orationis ejus quam compoſueram, facio jacturam: ſed eam reſervo, ut quinquennio rurſus exacto Decennalibus tuis dicam.* Solis igitur Conſulatuum regulis Pagii opinio nititur; quæ ingenioſè quidem excogitatæ ſunt, tamen haud ſatis tutæ pleriſque videntur. Cæterum anno 293. & ſequenti Sarmatas & Carpos bello perſecutus eſt Diocletianus, & quidem tanto ſucceſſu, ut univerſa Carporum gens in ditionem Romanorum anno 295. conceſſerit.

(4) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt, deinde in Valerio Maximiano. Habetur nummus cum eadem epigraphe & in Conſtantino, ſed ibi typus omninò diverſus, Figura nimirum muliebris triremi inſiſtens, dextrâ geſtat bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ: ſtat à ſiniſtris figura militaris galeata dextram mulieri porrigens, ſiniſtra verò tenens globum cum Victoriola: prope clypeus incumbens. Nummus hic Diocletiani rariſſimus; imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

## NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

A Κ Γ ΟΥΑΛ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Caius Valerius Diocletianus Auguſtus.* Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. A. *An.* I. Figura muliebris ſtolata ac velata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, quiddam in ignem immittit dextrâ, vas verò quoddam tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, veſtem verò colligit ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Figura muliebris ſtolata cum modio ſuprà caput, decumbens in lectiſternio à ſiniſtris dextrorſum, caput ſuſtinet dextrâ, navis verò gubernaculum ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Figura ſeminuda ſedens, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ; ad pedes aquila. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Aquila alis compreſſis coronam lauream apprehendit roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc.*

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Diocletiani ut ſuprà.

L. B. *An.* 2. Jupiter ſedens dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam. *Regius.*

Α Κ Γ ΟΥΑΛ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Diocletiani ut ſuprà.

L. B. Jupiter ſtans dextrâ haſtam tenet. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: pro pedibus à dextris aquila. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Fouc. RE. Fontaine.*

Alius cum ſtellâ in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris ſtolata, capite radiato, vultu dextrorſum converſo ſtans, caput Serapidis adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris galeata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, ſiniſtrâ haſtæ adnixa; juxtà ſellam clypeus. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Victoria gradiens coronam lauream

(1) Inſcriptionem Romæ in baſi undique colliſa fractaque repertam exhibet Gruterus pag. 280. quæ alterius Diocletiani Conſulatûs mentionem facit, ideoque ad ſecundum ejus annum pertinet: hanc verò eo libentiùs hîc exſcribimus, quòd præclarum Diocletiani æquitatis & clementiæ monumentum in hac poſteritati propagatum ſit. Cum enim civili bello victi benignè ſecum agi exiſtiment, ſi quis proſcriptionibus & cædibus modus tandem aliquando fiat; Diocletianus his qui Carini partium fuerant non pepercit ſolum, ſed officia etiam reſtituit: inter quos maximè inſignes fuere Ariſtobulus, & Ceionius Varus, à quo propoſita Inſcriptio, qui dignitatem Præfecti Prætorio & Urbi, quam à Carino anno 284. acceperat, ut teſtatur Laterculus Bucherii, poſt ejus cædem Diocletiani juſſu retinuit. Hanc porrò Inſcriptionem cum miſerè truncata ac mutilata ſit, priſtino nitori aut reſtituit, aut reſtituere conatus eſt Emin. Card. Noriſius: ſed, ne quid diſſimulem, ſunt qui exiſtiment, Inſcriptionum duarum fragmenta hæc eſſe, quæ ad eundem annum Chriſti 285. pertineant: quòd nimirùm Præfectum Prætorio & Urbi Inſcriptionem aliquam à ſe propoſitam ſub Procuratore Thermarum, libertino fortè quodam, teſtari inſolens omninò ſit. Inſcriptionem proponimus, primùm qualis à Grutero, deinde qualis à Card. Noriſio exhibita eſt.

FLORENT
ET. PIISSI
DN. VALE
MAXIM
SEMPER

C. CEIONIV
V. C. PRAE
PRAEF. VRB
IVDIC. D. N

*In dextro latere.*

MAXIM. AVG
N. DIOCLETIANO. II. COS
SVB. FELICE. PROC. AVG. N.
THERM. ANTONIANARVM

FLORENTISSIMO
ET. PIISSIMO
D. N. VALERIO. DIOCLETIANO
MAXIMO. INVICTO
SEMPER. AVG
C. CEIONIVS. VARVS
V. C. PRAEF. PRAETORIO. ET
PRAEF. VRBI. VICE. SACRA
IVDIC. D. N. MAIESTATIQVE. EIVS
MAXIMO. AVGVSTO. DIOCLETIANO. II. COS
SVB. FELICE. PROC. AVG. N
THERM. ANTONIANARVM

tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ЄΤΟΥϹ Γ. *An.* 3. Typus ut ſuprà. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ЄΤΟΥϹ Γ. Aquila dextrorſum verſa, coronam geſtat roſtro ſiniſtrorſum verſo. *Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros cum paludamento.
ЄΤΟΥϹ Γ. Figura muliebris ſtolata cum modio ſuprà caput, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Fouc. Regius. RE. Fontaine.B.*
Α Κ Γ ΟΥΑ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.
L. Γ. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ. *Fouc. Collegii.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ЄΤΟΥϹ Γ. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ. *Collegii.*
Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.
L. Δ. *An.* 4. Figura muliebris ſtolata & galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, clypeum verò humi poſitum retinet ſiniſtrâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Δ. Aquila à fronte, coronam lauream geſtans roſtro ſiniſtrorſum converſo, ſtat inter ſigna duo militaria. *Fontaine.*
Α Κ Γ ΟΥΑΛ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.
L. Є. *An.* 5. Aquila roſtro ſertum tenens. *RE.*
Α Κ Γ ΟΥΑ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.
L. Є. Aquila à dextris ſiniſtrorſum, cum palmæ ramo tranſverſim, coronam lauream geſtat roſtro: à dextris in areâ ſtella. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.
L. Є. Figura muliebris turrita ſtans, dextrâ tenet caput Serapidis, ſiniſtrâ haſtam: in areâ ſtella. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.
L. ϛ. *An.* 6. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò colligit ſiniſtrâ. *Fouc.*
ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Diocletiani laureatum, ad humeros.
L. Ζ. *An.* 7. Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protensâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: pro pedibus à dextris aquila. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Ζ. Jupiter ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extensâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: pro pedibus à dextris aquila. *Fouc. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Η. *An.* 8. Typus ut ſuprà. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Η. Figura muliebris ſtolata & galeata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Η. Figura ſtans, dextrâ ſpicas porrigit puerulo ſtanti, lævâ globum tenet. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Η. Jupiter ſedens dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ haſtam: ad pedes aquila. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Diocletiani laureatum, ad pectus cum loricâ.
L ЄΝΑΤΟΥ. *An.* 9. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò colligit ſiniſtrâ: in imâ parte Δ. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Ι. *An.* 10. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Ι. Figura muliebris ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. Ι. Hercules cum clavâ. *RE.*
Eadem epigraphe. Caput Diocletiani radiatum, ad humeros cum paludamento.
L. ΙΒ. *An.* 12. (1) Caput muliebre ſpicis ornatum. *Brandenburg.*

(1) In anno Diocletiani duodecimo deſinunt, quos quidem hactenus videre licuit, ejus Auguſti nummi Ægyptiaci; ſed erud. Harduinus monet unum in Cimelio Reginæ Chriſtinæ fuiſſe, cum L. ΙΓ. in averſâ, hoc eſt, in quo decimus-tertius Diocletiani annus conſignatus eſſet: alium verò qui vigeſimum ejus annum refert, Occo protulit, & ſic deſcripſit: Α Κ Γ ΟΥΑΛ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ Ε Ε ϹΕ L Κ. *Imp. Cæſar Caius Valerius Diocletianus Pius Felix Auguſtus an.* 20.

## NUMISMATA ÆREA
### *incerti moduli.*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
ADVENTVS AVGVSTORVM. Duæ figuræ equeſtres.
. . . . . . . . . . . . . . .
CLARITAS AVG DP TR. (1) Sol nudus radiatus, ſiniſtrâ elatâ cum globo; ad pedes captivus.
IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. *in quibuſdam* Caput radiatum, *in aliis* Buſtum laureato capite, ſiniſtrâ ſceptrum conſulare.
CLEMENTIA TEMP XXI. Duæ figuræ cum intermediâ literâ T. ſibi invicem porrigentes Victoriolam; ex his una nuda ſiniſtrâ haſtam tenet.
Eadem epigraphe.
CONCORDIA MILITVM XXALF. Duæ figuræ jungentes dextras, Victoriâ mediâ.
Eadem epigraphe.
CONCORDIA MILITVM. IXXI. Figura togata ſtans, coram aliâ figurâ ſeminudâ, ſiniſtrâ haſtam tenente, dextris ambæ tenent globum, ſuprà quem Victoria.
IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.
CONCORDIA MILITVM K S. Typus ut ſuprà.
IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.
CONSERVAT AVG. XXI. Sol nudus radiatus, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum.
DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
CONSVL IIII P P PROCOS. S M R. Figura ſtans, dextrâ globum.
IMP DIOCLETIANVS AVG.
DEO SERAPIDI. (2) Caput turritum quale in Poſtumis.
. . . . . . . . . . . . . . .
FELICITAS AVG. Figura ſtans columnæ nixa.
IMP DIOCLETIANVS P F AVG.
FELIX ADVENT AVGG NN. Figura ſtans capite proboſcide tecto, ſiniſtrâ dentem tenens elephantis, dextrâ labarum; ad pedes ſerpens capite leonino.
Alius cum PKRM. in imâ parte, eodem typo.
Eadem epigraphe.
FELIX ADVENT AVGG NN. Figura peregrinantis habitu ſtans, dextrâ labarum; ad pedes icuncula: in imâ parte IKR.
Alius cum MPEP. in imâ parte, eodem typo.
Eadem epigraphe.
FORTVNAE REDVCI AVGG NN. TR. Fortunæ Reducis ſedentis typus.
IMP DIOCLETIANVS AVG. Caput galeatum cum buſto, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum.
GENIO POPVLI ROMANI. BPLC. Deus Genius ad aram ſtans, dextrâ elatâ cum paterâ, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe.
GENIO POPVLI ROMANI. BPLC. Genius ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe.
GENIO POPVLI ROMANI. A. Typus ut ſuprà: in imâ parte PLC.
Alius cum SF. HTR. eodem typo.
Alius cum SF. PTR. eodem typo.
Alius cum ST. eodem typo.
Alius cum TK. eodem typo.
IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. BSIS. Typus ut ſuprà.
Alius cum BTTK. eodem typo.
Alius cum PTX. eodem typo.
Alius cum XXTALE. eodem typo.
IMP DIOCLETIANVS P AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. ALP. Typus ut ſuprà.
Alius cum SF. in areâ, & IITR. in imâ parte, eodem typo.
IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. KT. Typus ut ſuprà.
Alius cum KS. eodem typo.
Alius cum SIS. eodem typo.
IMP DIOCLETIANVS P F AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. BTTR. Typus ut ſuprà.
Alius cum LAXXI SIS. eodem typo.
IMP C DIOCLETIANVS AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. BLP. Typus ut ſuprà.
IMP DIOCLETIANVS P F AVG.

(1) Hæc epigraphe primùm in Poſtumo occurrit, ſed typo diverſo, deinde in Diocletiano, & in Valerio Collega, ubi vide quæ adnotamus. Nummum hunc Diocletiani rariſſimum, imò ſingularem profert Mediobarbus ex Patino, quem conſule.
(2) Hæc epigraphe & hic typus primùm in nummis occurrunt. Nummum hunc rariſſimum imò ſingularem, ſed puto malè deſcriptum, exhibet Mediobarbus ex Occone.

GENIO POPVLI ROMANI. BTTR. Typus ut ſuprà.

IMP C VAL DIOCLETIANVS AVG.

HERCVLI CONSERVAT. PXXIT. Hercules cum leonis exuviis, dextrâ clavam, ſiniſtrâ arcum.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

HERCVLI CONSERVAT. Hercules nudus dextram fœmori imponit, ſiniſtrâ leonis exuvias, & clavam cippo inſiſtentem tenet: in imâ parte PXXIT.

Alius cum SXXIT. in imâ parte, eodem typo.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG.

HERCVLI CONSERVAT. Typus ut ſuprà: in imâ parte PXXIT.

Alius cum TXXI. in imâ parte, eodem typo.

...............

IOVI AVG A. Jupiter nudus, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.

IMP DIOCLETIANVS AVG.

IOVI AVGG. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

IOVI AVGVSTORVM. Jupiter ſtans, dextrâ globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

IOVI AVGG N. Jupiter ſedens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.

IMP DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVAT XXIT. Typus ut ſuprà.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG.

IOVI CONSERVAT XXIT. Jupiter ſtans.

IMP C VAL DIOCLETIANVS AVG.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam.

Alius cum PXXIT. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SXXIT. in imâ parte, eodem typo.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà: in imâ parte SXXIT.

Alius cum TXXIT. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVAT. Jupiter ut ſuprà: ad pedes icuncula cum ſerto: in imâ parte SXXIT.

Alius cum VXX. in imâ parte, eodem typo.

IMP C DIOCLETIANVS AVG.

IOVI CONSERVAT TXXIT. Jupiter ut ſuprà; ponè eum duo ſigna militaria; ad pedes aquila.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

.....CONSERVAT OXXIT. Figura ſtans, & ante eam puerulus.

DIOCLETIANVS AVG. Caput cum buſto veſte palmari ornato.

IOVI CONSERVATORI AVG. Templum in cujus medio Jupiter ſtat cum haſtâ & fulmine, & aquila ad pedes.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI AVG TRXXI. (1) Duæ figuræ, quarum quæ ad dexteram haſtam tenet.

IMP DIOCLETIANVS AVG.

IOVI CONSERVAT AVGG. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte A.

Alius cum Γ. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SXXIT. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum XXIB. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVAT AVGG. XXQIA. Jupiter ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen; ad pedes aquila.

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVATORI AVGG XXIT. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C DIOCLETIANVS AVG. Caput Diocletiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI INVICTO AVG. (2) Jupiter nudus

(1) Perperam deſcribitur hic Diocletiani nummus, ut ſuprà videre eſt.

(2) Hæc epigraphe in Diocletiano primùm occurrit; nummus rariſſimus, imò ſingularis: hunc Mediobarbus exſcripſit è Triſtano, qui AVG. interpretatur *Auguſto*, Diocletianumque ipſum Jovis habitu impiâ adulatione repræſentatum exiſtimat; ſed *Auguſti*, non *Auguſto* legendum demonſtrant alii hujus Principis nummi inſcripti, IOVI AVGG. HERCVLI INVICTO AVGG. Diocletianum verò ab ea impietate quæ Deorum honores uſurparet, alieniſſimum fuiſſe, perſpicuè ſuo loco oſtendimus. At, inquiet aliquis, cur radiatam coronam, Imperatorum inſigne, hîc geſtat Jupiter? breviter dicam: novum id honoris genus cùm erga Jovem, tum erga cæteros Deos excogitatum à Diocletiano eſt, ut Auguſti, vel Auguſtorum Dii appellarentur, vultuſque Auguſtorum referrent, quò efficerentur ſanctiores, hoc eſt venerabiliores populo, à quo cum Imperatores longè magis quàm Deos ſuſpici noſſet, quod Tertullianum etiam obſervaſſe alibi monuimus, Deorum cultum maximè inſtauratum iri ſperabat, ſi in horum ſtatuis Principum imagines conſpiceret, à quibus præſens irreverentiæ pœna timenda eſſet. Quâ in re pietatis laudem ab hoc quæſitam docet Mamertinus altero Panegyr. Maximiano dicto: *Quanta veſtra erga Deos pietas? quos aris, ſimulacris, templis, donariis, veſtris denique nominibus adſcriptis, adjunctis imaginibus ornaſtis, ſanctioreſque feciſtis exemplo veſtræ venerationis.*

capite radiato, dextrâ Victoriolam globo impositam, finistrâ hastam; ad pedes aquila: infrà duæ palmæ. *Tristan.*

DIOCLETIANVS AVG.

IOVI PROPVGNAT. XXIT. Jupiter gradiens, dextrâ fulmen.

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI TVTATORI AVGG. P. Jupiter nudus, dextrâ Victoriolam, finistrâ hastam.

Alius cum aquilâ ad pedes, eodem typo.

IMP DIOCLETIANVS AVG.

IOVI TVTATORI AVGVSTORVM.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus, finistrâ hastam, dextrâ Victoriolam; ad pedes aquila.

Eadem epigraphe.

IOV ET HERCV CONSER AVGG. ZXXI. Jupiter & Hercules dextras jungentes, Victoriâ mediâ.

Eadem epigraphe.

IOVI ET HERCV CONSER AVGG. XXI. Typus ut suprà.

IMP DIOCLETIANVS P AVG.

LAETITIA AVG. XXI. Figura stolata, dextrâ corollam, finistrâ bacillum.

DIOCLETIANVS AVG.

MARS VICTOR. Mars Gradivus, dextrâ pilum, finistro humero trophæum.

Eadem epigraphe. Caput laureatum cum busto, dextrâ jaculum.

MAXIMIANVS AVG. Caput pelle leoninâ ornatum.

IMP C M VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

MONETA AVG. Typus ut suprà.

DIOCLETIANVS AVG.

MONETA AVGG. Typus ut suprà.

. . . . . . . . . . . . . .

MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. Typus ut suprà.

IMP DIOCLETIANVS PIVS AVG.

M SACRA AVGG ET CAESS NN. Figura stans, dextrâ bilancem, finistrâ cornucopiæ: in imâ parte AT.

Alius cum ATV. in imâ parte, eodem typo.

IMP DIOCLETIANVS AVG.

PAX AVGG. C. Figura stans, dextrâ globum cum Victoriolâ, finistrâ hastam per transversum.

. . . . . . . . . . . . .

P M TR P VIII COS IIII P P LEG.

IMP DIOCLETIANVS AVG.

PRIMIS X MVLTIS XX. RXXIA. (1) Jupiter stans, dextrâ fulmen, finistrâ hastam.

DN DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN AVG.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. ST. Quietis & Providentiæ typi, quarum altera dextram levat, altera ramum dextrâ, finistrâ hastam tenet; intrà typos AXX. infrà ALE.

DN DIOCLETIANO BEATISSIMO SEN AVG. Caput Diocletiani cum busto, dextrâ palmam, finistrâ sceptrum.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Duæ figuræ stantes se mutuò aspicientes, quarum una dextrâ ramum, finistrâ hastam: in imâ parte PT.

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo.

DN DIOCLETIANO BEATISS.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. E, stella, KALA. Typus ut suprà.

DN DIOCLETIANO P F S AVG.

QVIES AVGVSTORVM. Stans.

Eadem epigraphe.

QVIES AVGVSTORVM. SAPTR. Figura stans, dextrâ ramum, finistrâ hastam.

DN DIOCLETIANO BEATISS. *alii* BEATISSIMO.

QVIETATORI AVGG. (2) Jupiter dextrâ hastam, finistrâ Victoriolam.

DN DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN AVG.

QVIETATORI AVGG. Typus ut suprà.

. . . . . . . . . . . . .

ROMAE AETERNAE.

IMP DIOCLETIANVS P F AVG.

SACRA MONETA AVGG ET CAESS NOSTR. Moneta stans, dextrâ bilancem, finistrâ cornucopiæ: in imâ parte AQP.

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo.

IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut suprà: in imâ parte PT.

Alius cum STO. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN.

(1) Nova epigraphe; nummus verò rarissimus, imò singularis; hunc Mediobarbus exhibet è Museo suo: de Jove Statore qui hoc in nummo repræsentatur, alibi disseruimus.

(2) Nummum hunc & sequentem rarissimos exhibet Mediobarbus ex Occone, atque inter nummos cusos Diocletiano jam deposita purpura recenset. Inscriptio nova & insolita.

R P. lunâ bicorni intermediâ. Typus ut ſuprà.

IMP DIOCLETIANVS P F AVG.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. Figura ſtolata, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſpicas.

Alius cum H. in imâ parte, eodem typo.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

VICTORIA AVG. PXXIT. Victoria gradiens cum ſerto & palmâ.

IMP C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

VICTORIA AVGG. Duo Imperatores paludati, quorum unus Victoriolam globo impoſitam alteri porrigit, qui ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum gerit: in imâ parte AXXI.

Alius cum BXXI. in imâ parte, eodem typo.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſeminudus ſedens, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ adnititur.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Patin.*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS.

VICTORIA SARMATICA.

.............

VICTORIAE SARMATICAE.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

VIRTVS MILITVM. E. Caſtra prætoria, ante quæ duo Imperatores ſacrificantes ad aram, cum duabus figuris paludatis.

.............

VIRTVTI AVG. Hercules domans leonem à Victoriâ coronatur.

IMP DIOCLETIANVS P F AVG.

VOT XX. H. in laureâ.

Eadem epigraphe.

VOT XX. PK. in laureâ.

IMP C C VAL DIOCL.....

VOT XX. B. in laureâ.

IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.

VOT XX. in laureâ.

Eadem epigraphe.

VOT XX. A. in laureâ.

(1) Hunc nummum inter numiſmata mediæ formæ Carolus Patinus retulit, & quanquam nullius Imperatoris nomen indicet, ad Diocletianum revocavit: ſed Diocletianum ſub habitu Deorum depingi voluiſſe haud ſatis conſtat; imò noluiſſe certum videtur; Julianum verò Deorum honores affectaſſe nemo neſcit: itaque huic nummum rariſſimum & ſingularem commodius tribueris. Sanè quem huic idem Patinus ſubjungit, (APOLLONI SANCTO. Apollo ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ lyram tenens: averſæ epigraphe exeſa, cum typo mulieris inſidentis rupibus, & fluvii emergentis) Juliano cuſum eſſe noverunt omnes eruditi, ſimileſque nummos Æ. III. tum ex Cl. Ducangio tab. XIV. tum ex variis cimeliis, inter Juliani numiſmata exhibuimus. Cæterum duos hoſce Patini nummos Mediobarbus Comes diſtraxerat, ex iiſque quatuor fecerat; quorum capita à Patino ſolenni more omiſſa exiſtimabat: quâ mendâ ſeriem ſuam numiſmatum non deformaſſet, ſi librum ipſum, non ejus indicem conſuluiſſet.

# PRISCA.

PRISCA Diocletiani uxor ex Cecilio tantum nota, à nonnullis Scriptoribus Serena, ab aliis Alexandra, ab Anaſtaſio Eleutheria appellatur. Chriſtianam fuiſſe recentiores quidam volunt, quorum conjectura nullo ſatis certo argumento nititur: ſed avitis ſuperſtitionibus anno 302. operatam conſtat, quo anno noſtros exagitari cœptos ſuo loco obſervavimus. Diocletianum Salonas recedentem ſecuta, deinde, ſed incertum quo tempore Valeriæ filiæ Galerii Maximiani conjugi comitem ſe dediſſe videtur, quæ cum viro orbata eſſet, in Syriam à Maximino amandata eſt, Diocletiano fruſtrà eam repetente: tyranno denique cæſo, cum per varias Provincias quindecim menſes plebeio habitu pervagata eſſet, poſtremo Theſſalonicæ comprehenſa, Licinii juſſu una cum matre capite plexa eſt extremo anni 314.

## ACHILLEUS.

LUCIUS EPIDIUS ACHILLEUS Imperatorem in Ægypto, ſi quæ fides ejus nummis, ſex prope annos Diocletiani ætate egit. Qua ratione ad defectionem impulſus ſit nemo Scriptorum prodit; perindeque obſcura eſt cauſa quæ Diocletianum, ne tyrannum bello ulciſceretur, tandiu retardavit: ſed anno demum 296. obſeſſa ab illo Alexandria, poſt octo menſes deditionem fecit, Achilleoque in tormentis necato, receptæ intrà breviſſimum tempus cæteræ Ægypti urbes: quamobrem hujus rebellionem ad annum 291. pertinere exiſtimamus.

### *NUMISMATA ÆGYPTIACA.*

ΑΥΤ Κ Λ ΕΠΙΔ ΑΧΙΛΛΕΟC ΕΥC ΕΥΤ CΕΒ. *Imperator Cæſar Lucius Epidius Achilleus Pius Felix Auguſtus.* L. Γ. *An.* 3.

Alius L. Δ. *An.* 4.
Alius L. Є. *An.* 5.
Alius L. ς. *An.* 6.

## EUGENIUS.

EUGENIUS quoque locum ſibi inter tyrannos vindicat, quem idem dies Seleuciæ Imperatoris larvam geſtantem, & Antiochiæ interfectum vidit. Quingentis militibus præfuiſſe tradit Libanius, quos Seleuciæ portum purgare juſſerat Diocletianus: hi cum nullam vel diei vel noctis horam à labore vacare ægrè ferrent, in eam inſaniam devenere, ut præfectum ſuum Auguſtum crearent, illoque duce Antiochiam ſub noctem occupavere: ſed ubi horum conſilia patuere, Eugeniuſque omnia pro Imperatore agens, Magiſtratus ad ſe accerſivit, tanta indignatio coorta eſt, ut concurrentibus undique civibus, oppreſſi milites, qui & paucitate contemnenda erant, & corpora vino obruerant, omnes ad unum intra aliquot horas una cum perſonato Auguſto interfecti ſint. Id porrò anno 303. accidiſſe videtur: hoc enim tumultus in Syriâ fuiſſe produnt Scriptores. Diocletianum verò inde occaſionem in Antiochenos ſæviendi arripuiſſe Libanius teſtatur, cum horum fides ac virtus laudibus contrà ornandæ, ac ſingulari quodam beneficio remunerandæ eſſent.

## VAL. MAXIMIANUS.

MARCUS AURELIUS VALERIUS MAXIMIANUS, qui Herculii nomen ſibi addidit, quòd Herculem imprimis colere videri vellet, Sirmii in Pannoniâ natus fertur circà annum Chriſti 250. parentibus obſcuris, & qui egeſtatem agrorum cultu ſuſtentabant: ſed in militiam Romanam adſcitus, variis Principibus, ac potiſſimum Aureliano & Probo virtutem ſuam approbavit; quamobrem ampliſſimos honores conſecutus, poſtremo à Diocletiano, quîcum vetus illi neceſſitudo interceſſerat, ad communionem Imperii vocatus eſt Kal. Aprilis anni 286. Cæſarem ante quàm Auguſtum fuiſſe,

& Eutropius prodit, & nummi fidem faciunt; ſed quo tempore Cæſareâ dignitate ornatus ſit, hactenus incompertum: poſtquam verò ſummam poteſtatem adeptus eſt, Gallias petiit, Bagaudaſque, hoc rebellium agricolarum nomen erat, quos Ælianus & Amandus ſub Carini diſceſſum in arma concitaverant, levibus aliquot præliis profligatos ad aratrum tandem reduxit. Interim eam Galliarum partem quæ Rheno alluitur non Burgundiones & Alamanni ſolùm, ſed novi etiam hoſtes Chaibones & Eruli depopulabantur, ſimulque Francorum gens Bataviâ occupatâ, proxima litora claſſe infeſtabat. Sed Francis Carauſium oppoſuit Maximianus, ipſe contra cæteros Barbaros proceſſit, quorum Burgundiones & Alamannos regreſſu ſimul ac re frumentariâ intercluſos fames ac peſtilentia debellavere, Chaibones & Eruli aperto Marte, & quidem uno prælio profligati ſunt. Affectum tamen magis quàm confectum hoc prælio bellum fuit; ipſo enim die quo alterum Conſulatum Treviris auſpicabatur Herculius, cum Barbarorum exercitum urbi circunfuſum tam feliciter quàm fortiter fugaviſſet, horum incurſiones non aliter reprimi poſſe cognovit, quàm ſi in ſuis ſedibus vincerentur: quamobrem Rhenum tranſgreſſus, feras gentes vaſtatione, cædibus, ferro, igni ita domuit, ut pacem verè & ex animo deprecari tandem cogerentur. Interea bellum adverſus Francos non ipſis magis quàm Romanis exitiabile gerebatur, cum Barbaros Carauſius in mediterranea Belgicæ & Aremoricæ loca penetrare conſultò pateretur, ut redeuntes cum prædâ exciperet: quamobrem hunc interfici Maximianus juſſit. Sed cum ab imminenti periculo præmonitus fuiſſet Carauſius, ſceleris pœnas altero ſcelere effugere ſtatuit, ictoque cum Francis fœdere non Britanniam Inſulam ſolum, ſed eam quoque Belgicæ partem quæ Oceano alluitur, à Romano Imperio diſtraxit anno Chriſti, ut nobis videtur, 288. Enimverò Maximianum arma ſtatim in eum convertiſſe probabile eſt: nam Gennobaudum & Eſatechum, quos Francorum Regulos fuiſſe eruditi opinantur, pacem ab illo petiiſſe Mamertinus ſcribit; quorum hic imminentes clades prompto obſequio prævertit, ille regno vi armorum dejectus, clementia Principis illud poſt breviſſimum tempus recepit: ſed ut horum deceſſione aliquantum virium tyranno detractum, ita hac in totius belli ſummam non magnopere profectum fuiſſe apparebat: quod univerſum Oceanum infeſtum haberet Carauſius, Romanis nulla claſſis eſſet: quamobrem novam comparari juſſit Maximianus, navalique prælio decertare æſtate anni 289. conſtituit. Ibi verò haudquaquam pari certamine concurſum eſt, cum Romani in re maritimâ novi, præproperè ac trepidè omnia agendo, non ab hoſte magis quàm ſuomet ipſi tumultu turbarentur: itaque ſuperior Carauſii pars fuit: paxque illi conceſſa, ut Britanniam eodem jure teneret, quo duo Imperatores cæteras Romani Orbis Provincias. Conſtantium deinde & Galerium Maximianum Cæſares anno 292. factos fuiſſe Scriptores tradunt; cum de iis conveniſſet inter duos Imperatores jam tum ab anno ſuperiori, quo Mediolanum convenerant: horum Conſtantius in Gallias miſſus, Herculioque attributus eſt, cujus privignam Theodoram uxorem duxit, cum priori repudium remiſiſſet: ſed quæ deinceps à Maximiano per decennium geſta ſunt oblivio intercepit, niſi quòd Barbaros quoſdam in Nerviorum & Treverorum arva deduxit, cumque Rheno inſtitiſſet interea dum Britannici belli reliquias perſequeretur Conſtantius, Africam denique anno 298. petiit, ubi Quinquegentianos Mauros aſperitati locorum confidentes debellavit, ac ne rebellionem denuò molirentur, in plana deduxit. Quod reliquum temporis à bellis vacuum fuit, Maximianum in Rhætiâ vel in Italiâ

traduxiſſe Eumenius innuit: Romam tamen interea non adiiſſe probabile eſt: incertus enim quarti Panegyrici Auctor primum ejus hanc in urbem adventum ad annum 303. confert, quo præclarum de Perſis ac cæteris Barbaris cùm à ſe, tùm à Cæſaribus devictis triumphum ambo Auguſti in Vicennalia ſua addiderunt. Porrò Herculium Româ anno 304. digreſſum Galerius Mediolani inviſit, eique perſuaſit, ut, ſi Diocletianus ſibi Imperium traderet, ejus exemplum in Conſtantii gratiam ſequeretur, alterumque in hujus locum Cæſarem ſufficeret; itaque depoſitam Kal. Maii anni 305. purpuram Flavio Valerio Severo induit; ſed quàm non ex animo huc ſe adduci paſſus fuiſſet, motus quos deinde Reipublicæ attulit ut amiſſam poteſtatem recuperaret, oſtendere. Hos hujuſmodi fuiſſe narrant Scriptores: cum Romæ arreptâ Cæſaris dignitate Maxentius Herculii filius non ſatis virium aut rei militaris peritiæ ſibi ad reſiſtendum Severo Urbem infeſtis ſignis petenti intelligeret, patrem in amœniſſimis Lucaniæ locis ſeneſcentem ad reſumendam purpuram invitaſſe, rogaſſeque ut laboranti ſubveniret: hunc verò facilè paſſum fuiſſe ſatisfieri ſibi, Severumque poſtquam pleroſque ejus milites ad autoritatem ſuam adduxiſſet, in fugam averſum Ravennæ cepiſſe, ac poſtremo contra fidem interpoſitam juſſiſſe interfici. Gallias tunc ſummâ virtutis & æquitatis laude tenebat Conſtantinus Cæſar, cui deinde Magni nomen inditum: hunc, quando timendum erat ne Severi cædem Galerius ultum iret, ſibi adjungere Herculius ſtatuit, juſſoque Auguſtum deinceps nuncupari, filiam ſuam Fauſtam locavit: ſed Galerii in Italiam expeditio haud multo felicior fuit, quàm quæ à Severo ſuſcepta erat; dilapsâ enim maximâ copiarum parte, fugam trepidus capeſſivit, ſeque deinceps intrà attributas ſibi Provincias continuit. Civile bellum diſſenſiones Herculium inter & Maxentium excepere, quòd filium ſibi æquari ſenex vanus indignè ferret; ſed cum huic probris & conviciis onerato purpuram in concione detraxiſſet, militum animos ita commovit, ut impium patrem Urbe ejicerent: itaque Conſtantinum primum, ac deinde ubi hunc à bello civili alienum videt, Maximianum Galerium menſe Novembri anni 307. adiit, quem cum minus honoris ſibi habere exiſtimaret, in Gallias regreſſus eſt. Ibi quominus otio, quod ſe tandem expetere adſimulabat, frueretur, obſtitit importuna regnandi libido, quæ hunc impulit ut poſitam iterum purpuram reſumeret anno 309. cum Conſtantinus Rheno ponte jungendo intentus, maximam copiarum partem in Galliâ Narbonenſi relictam ſocero commiſiſſet. Verum non majorem huic fidem ii quos corruperat milites præſtitere, quàm ipſe genero præſtiterat: cum enim adventante Conſtantino Maſſiliam ſeſe recepiſſet, proditus à ſuis, vitam tamen retinuit ad annum uſque 310. quo cum adverſus Conſtantinum inſidiis graſſaretur, liberæ mortis poteſtate acceptâ, cervicem laqueo ſibi fregit. Annum tunc agebat ætatis ſexageſimum, vigeſimum quartum poſtquam imperare cœperat, Princeps rei militaris non imperitus, ſed ferus ac libidine ardens, & cui æternum dedecus non levitas & inconſtantia magis, quàm inhumana in noſtros crudelitas inuſſere: Divis tamen poſt mortem adſcriptus, ut videtur, à Maxentio, qui cum viventis imperia ferre non potuiſſet, mortuum tamen conſecrari voluit, poſtquam novi motus ab ejus ambitione timendi ampliùs non erant. Præter Carauſium fuit alter in Britanniâ tyrannus, cui Allecto nomen: ſed de utroque commodiùs poſt Conſtantium dicemus: Julianum quoque vel in Italiâ, vel in Africâ tyrannum Herculii ætate fuiſſe nonnulli Scriptores tradunt: quibus utrum fides hac in parte adhibenda ſit, peritiores viderint.


GALVALMAXIMIANVS NOB C
Æ·M·
MONETA AVGG


MAXIMIANVS NOBIL CAES
R·E·
Æ·II·
GENIO POPVLI ROMANI


R·E·
Æ·II·


DIVO GALVALMAXIMIANO
Æ·II·
FORTI FORTVNAE
SIS


CH·
Æ·II·
PLC


AV.


AV.
SIS


AV.
VOT
X
CAESS


AR.


GALVALMAXIMIANVS NOB C
Æ·III·
CONCORDIA AVGG


HE
Æ·III·


HE
Æ·III·


GALVALMAXIMIANVS NOBC
RE.
Æ·III·
VOT
X
FK


GALVALMAXIMIANVS NOB C
RE·
Æ·III·
VOT
XX
Z

## *NUMISMATA AUREA.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA AVGG. (1) Imperatores duo ſtantes; qui à dextris eſt, globum porrigit alteri, ſiniſtrâ tenet ſceptrum, qui verò à ſiniſtris ſtat, ſiniſtrâ tenet haſtam. *RE.*

IMP C VA MAXIMIANVS P F AVG.

CONCORDIA MILITVM. (2) Duæ figuræ ſtant porrigentes dextras, in quarum medio Victoriola: in imâ parte ALE. Δ. *MB.*

Alius cum KE. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

MAXIMIANVS AVGVSTVS.

CONCORDIAE AVGG NN. (3) Duæ figuræ ſedentes in ſubſellio, dextrâ globum; in quarum medio Victoriola. *MB.* Eadem epigraphe.

CONCORD AVGG ET CAES NNNN. (4) Typus ut ſuprà. *MB.*

MAXIMIANVS SEN P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

CONCORD MILIT FELIC ROMANOR. (5) Concordia velata ſtans, dextram Herculi porrigit, ſiniſtrâ verò haſtam tenet: inter utramque figuram E. in imâ parte PR. *Regius.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

CONSVL AVG. C. M. N. (6) Figura ſtolata ſtans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ rhabdum: in imâ parte S M S O. *MB.*

MAXIMIANVS AVG.

CONSVL AVGG NN. *MB.*

MAXIMIANVS AVGVSTVS. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

COS II. (7) Imperator eques, dextrâ elatâ & expanſâ. *E ſchedis Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSVL IIII P P PROCOS. (8) Imperator togatus & laureatus ſtans, dextrâ

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum: cuſus autem videtur eo tempore, quo Imperium Diocletianus cum Maximiano veteri amico & commilitone participavit: quæ res immortalem illi gloriam pepetit; cum *tantam vim, tantamque poteſtatem* cum alio communicare, *divinæ* propemodum *immortaliſque fiduciæ ſit, quam cupiditas nulla perturbet*, ut dicebat olim Mamertinus.

(2) Nummus hic malè deſcriptus. Vide infrà nummos æreos III. cum eadem epigraphe.

(3) Epigraphe nova, typus novus, ſimilis fermè illi, qui in nummis Theodoſii Magni cum epigraphe CONCORDIA AUGG. habetur, ubi duo Imperatores ſedentes à fronte cernuntur, Victoria retrò ſtante, & utrumque complectente. Nummus Maximiani hic rariſſimus eſt.

(4) Hæc epigraphe hactenus in Maximiani ſolius numiſmatibus conſpecta eſt; nummus ipſe rariſſimus, imò ſingularis, à Mediobarbo exſcriptus eſt ex Occone, qui in Theſauro Auguſti Electoris Saxonici aſſervatum prodit. Cæterum Concordiam Auguſtorum duorum & totidem Cæſarum nunquam ſatis commendari potuiſſe conſtat, quæ, ut ſcribit Aur. Victor, *maximè edocuit, virtuti ingenium, uſumque bonæ militiæ, quanta his Aureliani Probique inſtitutio fuit, pœnè ſat eſſe.*

(5) Hæc epigraphe, & hic typus in Maximiano tantùm occurrunt: nummus ipſe rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi; *Senioris* autem vox indicat poſtea cuſum, quàm Imperium abdicaverat; rectus caſus, poſtquam illud reſumpſerat: quamobrem commendari hîc videtur Concordia Militum, qui hunc ad reſumendam purpuram invitaverant; niſi fortè ob abductos à Severo, adductoſque ad ſuam authoritatem milites gloriatur, ſingularemque hac defectione felicitatem Romanis portendi jactat.

(6) An nummus alter, cum eadem epigraphe in mundo ſit, haud ſatis ſcio, nullum certè hactenus reperi; itaque rariſſimus hic & ſingularis eſt; ſed peſſimè deſcriptum exiſtimo: mulieris enim loco Imperatorem ipſum in nummo depictum eſſe, ſuadent propè ſimiles Diocletiani nummi, in quorum deſcriptione eruditos alioqui viros ſimiliter peccaſſe conſtat. Vide etiam ſequentes. Quem ad annum pertineat hic nummus, fruſtrà quæſieris; nec ſequentis, qui & ipſe novus, & ſingularis eſt, tempus magis compertum.

(7) Nummus hic pertinet ad annum 288. quò Maximianus ſecundùm, & Januarius Conſules fuere; ut præclarè docuit Emin. Card. Noris in eruditiſſimâ diſſertatione de nummo Diocletiani. Atqui Conſulatus ille nobilis admodum & conſpicuus in Hiſtoria Romana eſt, quod ipſo ejus auſpicali die Herculius Barbarorum copias urbi circunfuſas tam feliciter quàm fortiter fugaverit, Treviroſque poſt aliquot horas regreſſus, triumphum, id eſt, ut quidem exiſtimo, ovationem quæ hoc in nummo adumbratur, cæteris auſpiciorum ſolemnibus adjunxerit. Mamertinum in ejus Victoriæ laudes excurrentem haud abs re erit hîc exſcribere: Sic igitur de ea in primo Panegyr. Maximiano dicto: *Illum tamen primum Conſulatûs tui auſpicalem diem tacitus præterire nullo modo poſſum: quo tu ſolus omnium conſecutus es, ut quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum videbatur, tunc primum potuerit ſufficere peragendis: unoque Sol curriculo ſuo, & officia te Conſulis inchoantem videret, & Imperatoris implentem. . . . . . Vidimus te, Cæſar, eodem die & in clariſſimo pacis habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu. Bona venia Deûm dixerim, ne Jupiter quidem ipſe tantâ celeritate faciem cœli ſui variat, quàm facilè tu, Imperator, togam prætextam ſumpto thorace mutaſti, haſtam poſito ſcipione rapuiſti, à tribunali temet in campum, à curuli in equum tranſtuliſti, & rurſus ex acie cum triumpho rediiſti: totamque hanc urbem repentina tua in hoſtes eruptione ſollicitam, lætitia & exultatione, & aras flagrantibus, & ſacrificiis, & odoribus accenſis impleſti.* Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(8) Nummus hic rariſſimus, adeoque ſingularis eſt: ſicut & ſequens. Uterque deſideratur in Mediobarbo:

orbem

orbem Romanum gerit, ſiniſtrâ togam colligit, ac volumen tenet; à ſiniſtris in areâ ſidus: in imâ parte SMAZ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSVL VI PP PROCOS. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Hard.*

MAXIMIANVS AVG.

CONSVL VIII PP PROCOS. Figura ſtolata dextrâ globum, ſiniſtrâ rhabdum. *MB.*

MAXIMIANVS AVGVSTVS. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

CONSVL VIII PP PROCOS. Imperator togatus & laureatus ſtans, dextrâ tenet globum, ſiniſtra ſceptrum; infrà à dextris luna bicornis, à ſiniſtris ſtella: in imâ parte SMAZ. *Brandenburg.*

Alius cum SMRT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

Eadem epigraphe.

CONSVL VIII PP PROCOS SMTR. Figura ſtolata dextrâ tenet globum; ad pedes ſydus. *MB.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

FATIS VICTRICIBVS. (1) Tres Parcæ cum attributis ſtantes: in imâ parte SMA. *Regius.*

qui autem in Diocletiano eandem epigraphen præfert, cum ad alium annum pertinet, tum diverſo typo inſignis eſt. Maximianus IV. Conſul anno 293. VI. anno 299. VIII. denique anno 304. fuit, & quidem tres hoſce Conſulatus geſſit cum Diocletiano V. VII. & IX. Conſule. Rariſſimi omnes nummi, qui horum Conſulatuum mentionem faciunt. Rarò etiam hac ætate occurrit in nummis volumen, quod Imperator ſiniſtrâ tenet, ſive mappam fuiſſe velis, ludorum Circenſium, quos Conſules populo dare conſueverant, ſymbolum; ſive Codicillos Conſulares, ſive denique Magiſtratuum omnium, hoc eſt munerum publicorum cum dignitate conjunctorum inſigne: quod quidem magis placet, quia ejuſmodi volumina in Notitia Imperii, inſignibus Quæſtoris, Magiſtri Scriniorum, &c. adjuncta cernuntur. Diocletianum quoque volumen tenentem ſuprà vidimus in nummo Æ. II. cum epigraphe, VOTA PVBLICA. Aliàs etiam conſpectum à ſe id inſigne in nummis M. Aurelii, Fauſtinæ Aurelii, Veri, & Commodi teſtatur Cl. Ducangius, apud quem horum nummorum deſcriptiones vide: ſed nihil obvium magis in Hadriani nummis.

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano, & in hoc Auguſto tantùm occurrunt. Nummus hic Maximiani rariſſimus, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Nummum autem illum Diocletiani Spanhemius (quòd non noverat hunc Maximiani nummum) ad geminos ſed infauſtos ejus triumphos refert; atque ſic explicat. Vides, inquit, hîc tria Fata, ut Parcas vocat Fulgentius Mythol. lib. I. ac paſſim Græcorum more Romani auctores: certè juxtà regulam Artemidori Oneir. lib. II. cap. 49. cui tres mulieres veſtitæ Parcas, nudæ Horas aut Gratias ſignant. Quanquam & Furias, tres mulieres veſtitæ, ſed facibus inſuper ac flagellis armatæ adumbrent in præclaro Philippi nummo, quem videre eſt apud Seguinium: & præterea Parcas ac Fata diſtinguit Auſonius,

*tres ordine Parcæ*

*Tres Charites, tria Fata.*

Equidem templum olim in urbe Parcis dicatum ſub nomine *Trium Fatorum*, cujus meminit aliquoties Anaſtaſius, & de quo audiendus Procopius Bel. Goth. lib. I. cap. 25. Ἔχει δὲ τὸν νεὼν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ὀλίγον ὑπερβάντι τὰ ΤΡΙΑ ΦΑΤΑ· οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὰς Μοίρας νενομίκασι καλεῖν. *Ædem verò habet* (Janus) *in Foro pro Curia, paulò ſuper Tria Fata; ſic Romani Parcas vocare conſueverunt.* Unde non malè liceret colligere, ſub Diocletiano erectum Romæ templum illo nomine. Certe nondum extabat illud ætate Tertulliani, qui Romanos in Apolog. lib. II. ſugillat, quod non tantùm honoris Fatis decreverint, à quibus tradita illis erat invita Junone Carthago, quantum Lupæ Larentinæ. Quanquam Zoſimus Parcas quoque recenſeat inter ea numina, quibus in Ludis ſæcularibus ſacra fiebant in Campo Martio. *Parcæ* autem vel eædem cum *Fatis* in Theologia Gentilium, juxtà ſexcenta auctorum loca; vel *Fati dominæ*, ut Ovidio Triſt. lib. V. El. 3. appellantur:

*An dominæ Fati quidquid cecinere Sorores.*

& quibus Parcis proinde ab Horatio invocatis additum inter alia,

*Bona jam peractis jungite Fata:*

Neque verò ſolum Romæ Parcarum Ædes aut cultus, ſed & earum etiam ſacra apud Phæacenſes, juxtà Apollonium Rhodium lib. IV. Argon. *Victricia* verò vocantur eadem Fata in ſuperiori nummo, cum juxtà conſuetam apud Gentiles Deorum Dearumque appellationem, ut Dianæ Victrici, Veneri Victrici; & ſexcenta id genus; tum juxtà propriam & peculiarem vim ac poteſtatem horum Fatorum, quibus ſtat Jupiter ipſe, quæ orbem regere paſſim tradita, quorum occurrentes ubique de cupiditatibus hominum Victorias prædicat Libanius de Servitut. pag. 614 ὃ τὴν νίκην παντάχου τῶν μοιρῶν; & quæ denique eodem etiam juxtà nummum epitheto à Claudiano in II. Conſ. Stil. ornata,

*In proprium ſed ducta larem, Victricia reddit*
*Fata ſolo.*

Alioquin ut *Victricia* hoc loco, ſic *Victa, ſuperata* nonnunquam legas, eadem Fata, ut apud Senecam Hercul. Fur.

*Et Fata vici, morte contempta redii.*

Et Maronem Æn. XI.

*Contra ego vivendo, vici mea Fata ſuperſtes;*

& ab Oedipo ejuſdem Senecæ, *Fata ſuperavi impia.* His enim titulis nonnunquam, ob præcipitata funera, ornantur in antiquis Elogiis; quæ *Siniſtra, Dira, Impia, Invida* frequenter eadem vocant. Sic laudatus Spanhemius de nummo ſimili Diocletiani ſcribit.

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum.

GAVDETE ROMANI. (1) Victoriæ duæ sustinentes cippum, in quo SIC XX SIC XXX. *MB. Hard.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GAVDIVM ROMANORVM. Captiva trophæo assidens puerulo mammas præbet: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

HERCVLI COMITI AVGG NN SMT. (2) Hercules cum clavâ. *MB.*

IMP M AVR VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

HERCVLI CONSERVAT. (3) Hercules stans lævâ clavæ innixus, dextrâ post tergum reductâ, qualis videtur in ædibus Farnesianis. *Regius.*

MAXIMIANVS P F AVG.

HERCVLI CONSERVATORI. Hercules dextrâ clavam, sinistrâ leonis exuvias. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

HERCVLI CONSER AVGG ET CAESS NN. (4) Hercules pharetratus stans, dextrâ innixus clavæ humi positæ, sinistrâ arcum cum leonis exuviis tenet: in imâ parte TR. *Regius.*

MAXIMIANVS AVG.

HERCVLI DEBELLATORI. (5) Hercules cum clavâ & hydrâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

HERCVLI INVICTO AVGG. (6) *MB.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

HERCVLI VICTORI. Hercules sedens sinistrâ tenet clavam humi positam, circà genu sinistrum spolia leonis; ad latus sinistrum arcus & pharetra. *Brandenburg.*

Alius cum PR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declesves.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

HERCVLI VICTORI. (7) Hercules sedens, arcu, pharetrâ & clavâ depositis: in imâ parte PR. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

HERCVLI VICTORI. Hercules stans dextrâ clavæ innixus, sinistrâ leonis exuvias gerit: in imâ parte SMN. *Regius.*

Alius cum SNN. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

MAXIMIANVS AVG.

HERCVLI VICTORI PR. Hercules nudus rupi insidens, â dextris clavam, â sinistris arcum & pharetram, ambabus manibus leonis exuvias tenet. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. (8) Jupiter sedens dextrâ tenet fulmen, sinistrâ hastam; pro pedibus aquila; in imâ parte PTR. *Regius.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVAT AVG. Jupiter stans dextrâ fulmen, sinistrâ hastam. *DC.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus

(1) Hæc epigraphe in Maximiano tantùm occurrit; typus verò planè novus. Victorias ab Augusto nostro de barbaris relatas, hac ratione commendat nummus singularis, quod gaudium Romanorum stabiliverint; quod quidem gaudium in hæc vota erumpit, SIC XX SIC XXX, hoc est, sic ad annum Imperii vigesimum, sic ad trigesimum usque victorias suas continuet. Sequentis etiam nummi epigraphe tum primùm occurrit; ipse inter rarissimos imò singulares recensendus est. Vide nummos Constantini Magni, Constantini Jun. & Constantii ejus filiorum, eodem modo inscriptos. Nummus hic secundus desideratur in Mediobarbo.

(2) Nummum hunc rarissimum, imò singularem refert Mediobarbus ex Occone. Vide quæ ad similem nummum aureum Diocletiani suprà adnotavimus.

(3) Nummi Maximiani cum hoc typo ex auro desiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Hæc epigraphe in Maximiano vel tantum, vel saltem primùm occurrit: nummus rarissimus, imò singularis deest in Mediobarbo. Diocletianum in Jovis, Maximianum in Herculis tutelam se tradidisse fidem faciunt assumpta ab illo Jovii, ab hoc Herculii cognomina: quæ quidem à Diocletiano commenta fuisse nonnulli volunt, ut his Maximianus, Herculis non virtutem solum, sed etiam obsequium erga Jovem parentem suum, à quo in numerum Deorum relatus esset, imitandum sibi esse, assiduè moneretur. Sed vide nummum aureum Diocletiani, cum epigraphe IOVIO ET HERCULIO.

(5) Nummus hic superiori non minus fermè rarus est, tametsi alium similem exhibeat Vaillantius inter nummos maximi moduli, quem vide: epigraphe nova, nec scio an alibi occurrat.

(6) Licet hujus Augusti nummi ex auro omnes haud obvii sint, hic tamen inter rariores recensendus est. Vide quæ ad similem æreum III. adnotamus.

(7) Nummi Maximiani cum hoc & præcedenti typo inter rariores recensendi, & desiderantur in Collectione Mediobarbi; sequentes etiam duo nummi rari. Vide quæ ad nummum æreum III. cum eadem epigraphe infrà monemus.

(8) Nummi in Maximiano cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

ut ſuprà. *DC. MB.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius, maximi moduli.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte SM. T. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVGG. Jupiter nudus cum pallio in utrumque brachium trajecto, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtam. *M. MMA*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter ſtans, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtæ innixus: à dextris in areâ Σ. (ſic) in imâ parte SMA. *M.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

MARTI PROPVGNATORI. (1) Mars gradivus dextrâ tenet pilum; ſiniſtrâ peltam. *MB.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIA AVGG. (2) Caſtra prætoria: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani leonis exuviis tectum.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtans ſerpentem paſcit. *Regius.*

MAXIMIANVS AVG.

VICTORIA SARMAT. (3) Quatuor milites ſtantes ad aram accenſam, ad oſtium caſtrorum, quorum duo dextras jungunt. *MB.*

VIRTVS MAXIMIANI AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrâ gerit haſtam, ſiniſtrâ clypeum cum duobus ſpiculis.

VIRTVS AVGG. (4) Hercules leonem conficiens, cum clavâ à dextris in areâ: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP C VAL MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum leonis exuviis, dextrâ tenet clavam humero impoſitam.

VIRTVS AVGG. Hercules clavæ innixus. *Regius.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

VIRTVS AVGG. Hercules cervum cornibus retinens: in imâ parte PR. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (5) Hercules cervum cornibus retinens: clavâ depoſitâ cum ſpoliis. *Regius.*

Alius cum PROM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. N. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (6) Hercules nudus cum clavâ & exuviis leonis, dextram imponit capiti Centauri fugientis: in imâ parte PR. *RE.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum; ad humeros.

VIRTVS ILLYRICI. (7) Imperator paludatus in equo decurrente à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tenet, infrà navis cum remigantibus armatis: in imâ parte TR. *Regius. Fontaine.*

(1) Nummum hunc rariſſimum, imò ſingularem profert Mediobarbus ex Occone.

(2) Nummi Maximiani cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi; ſequens etiam ex auro non extat apud Mediobarbum.

(3) Nummus rariſſimus in auro: de typo vide quæ monuimus ad nummum argenteum Diocletiani cum epigraphe PROVIDENTIA AVG.

(4) Nummus hic rariſſimus eſt cum ob capitis epigraphen & typum, tum ob typum partis averſæ, nec extat apud Mediobarbum. Vide quæ ad ſimilem Diocletiani nummum adnotavimus; ſequens etiam ob capitis typum inter rariores recenſendus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(5) De cervo cornibus in Arcadia ab Hercule retento nota eſt fabula. Hyginus Fab. XXX. Hercules *cervum velocem in Arcadia cum cornibus aureis vivum in conſpectum Euryſthei Regis adduxit.* Nummi hi rari.

(6) Centauri ab Hercule debellati fabula nota: rariſſimus in Maximiano eſt ejuſmodi typus, & deſideratur apud Mediobarbum.

(7) Nullum fermè ſæculum tot novas in nummis inſcriptiones protulit; qualis hæc eſt, quæ quidem hactenus in Maximiano primùm conſpecta eſt. Nummus ipſe rariſſimus, imò ſingularis, ſed inſcriptioni cum typo haud ſatis convenire ſtatim videtur; quid enim vel Imperator eques, vel triremis ad virtutem Illyrici commendandam faciunt? Enimverò Diocletiano & Maximiano, ac Cæſaribus duobus Illyricum patria fuit; quamobrem è præclaris rebus à Maximiano geſtis laudem ad Provinciam, quæ fortiſſimum

Alius cum TS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS MILIT. Castra prætoria. *MB.*

MAXIMIANVS P AVG.

VIRTVS MILITVM. Typus ut suprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVTI AVGG. Hercules cum exúviis leonis. *MB.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

VIRTVTI AVGG. (1) Hercules aprum humeris ferens, dextrâ elatâ clavam tenet: in imâ parte PT. *Regius.*

IMP C M A MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVTI HERCVLIS. (2) Hercules stans lævâ clavæ innixus, dextrâ post tergum reductâ: in imâ parte SC. *Regius.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

VOT XX AVGG. (3) in coronâ laureâ. *Regius.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

VOT XX AVGG NN. in coronâ laureâ. *Regius.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

XX MAXIMIANI AVG. SMAQ. in coronâ laureâ. *Regius.*

Principem Imperio dederat, redundare indicat typus Imperatoris equitis. Navis verò vel publicam lætitiam designat, vel depicta est in monumentum victoriæ navalis de Sarmatis in Istro. Albertus Rubenius existimat copias Illyrici terrestres Imperatore, navales triremi designari; accuratamque ejus triremis descriptionem petit ex Wilhelmi Malmesburiensis libro II. de gestis Anglorum, ubi sic ait: *Haroldus quidam Rex Noricorum, misit ei navem rostra aurea, & velum purpureum habentem, densâ testudine clypeorum inauratorum intrinsecus circumgyratam*, sed hîc velum deest.

(1) Diverso quidem gestu describitur à Libanio in ἐκφράσει Hercules aprum Erymanthium gestans, dextra nimirum eum ait sustinere ipsum aprum, sinistra post tergum deducta. Nummus cum rarioribus adnumerandus est, & desideratur ex auro in Mediobarbo.

(2) Hæc epigraphe in nummis Maximiani tantùm prodiit. Simillimum nummum ex Arschotano cimelio profert inter æreos Mediobarbus Comes; sed aureum fuisse fidem faciunt primæ ejus cimelii descriptiones, eumque in Thesaurum Regium translatum deinde esse haud improbabile est; quamobrem hunc inter singulares recenseas per me licet. Maximiani superbia & impietas ab aliis jam exagitatæ sunt; & quidem potiori jure quàm Diocletiani; quem cum voluisse coli, velut Jovem ipsum hominibus repræsentaret, nonnulli contenderint, fallacibus, imò falsis argumentis eorum sententiam niti demonstravimus. Sed Maximianum Herculis honores faciliùs, quam Diocletianum Jovis, usurpare potuisse constat, quia Jupiter pro summo Deo, ac rerum omnium parente, ipso sui principio & fine, hac quidem ætate vulgò habebatur; Herculem verò omnes non ut naturalem ac cœlestem Deum colebant, sed ut fortem, clarum ac potentem virum, qui post mortem ad Deos pervenerat: quanquam sic quoque Senatum in tam fœdas adulationes prolapsum fuisse pudeat.

(3) Hæc epigraphe & sequentes in Maximiano primùm occurrunt: nummi rarissimi; sed huic similis in Æ. III. occurrit; cæteri duo singulares sunt: Vicennalia solutane, an suscepta solùm hîc prædicentur, incertum est. Nummus hic & duo sequentes desiderantur in Collectione Mediobarbi.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

ADVENTVS AVGG. (1) Maximianus, & Diocletianus equites à dextris sinistrorsum, equis currentibus: in imâ parte III. *Fouc.*

MAXIMIANVS AVGVSTVS. Caput Maximiani laureatum, ad humeros, dextrorsum.

ADVENTVS AVGVSTORVM. Equites duo pacificatoris habitu. *Regius.*

IMP C M AVREL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum ad humeros, sinistrorsum.

CONSERVATOR AVGG. (2) Maximianus stans Herculi adstanti sacrificat: in imâ parte XXIIOT. *Regius.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

F ADVENT AVGG NN. Figura muliebris tunicata cum proboscide suprà caput & pallio peculiari, vultu dextrorsum con-

(1) Nummus hic & sequens rarissimi, nec extant apud Mediobarbum. Tertium nummum Æ. III. cum epigraphe hujus, & typo sequentis nummi infrà proponemus. Omnes Augustorum duorum adventum in Urbem prædicant anno 303. quo Vicennalia Imperii sui celebrarunt, geminumque de Persis ac cæteris barbaris, vel à se, vel à Cæsaribus duobus debellatis triumphum egerunt.

(2) Typus hic, ut quidem opinor novus; nummus verò singularis; sed in aureo Diocletiani inscripto IOVIO ET HERCVLIO. quem vide, Maximianus Herculi, Diocletianus Jovi sacrificant. Vide quæ ad similem Æ. III. infrà monemus. Cæterum nummi hujus Augusti argentei rariores sunt aureis; & desiderantur hi omnes ex argento præter unum in Collectione Mediobarbi.

verſo ſtans, dextrâ tenet vexillum, ſiniſtrâ dentem elephanti: pro pedibus leo & taurus cubantes: in imâ parte S. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FEL ADVENT AVGG NN. (1) Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FEL ADVENT AVGG NN. Figura muliebris ut ſuprà, abſque leone & bove, & literis in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FEL ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà; pro pedibus à dextris leo. *Brandenburg.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

FEL ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà; pro pedibus à dextris leo medio corpore cubans: in imâ parte S. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO AVGVSTI. (2) Genius nudus cum modio & pallio in brachium ſiniſtrum collecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: à dextris in areâ luna bicornis: in imâ parte SIS. *Fouc. Nummus maximi moduli.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

HERCVLI CONSERVATORI. (3) Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, clavam formâ peculiari humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis tenet ſiniſtrâ: in imâ parte PLN. *Fouc. Nummus maximi moduli.*

IMP C VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros.

HERCVLI PACIFERO. (4) Hercules nudus ſtans, dextrâ elatâ geſtat lauri ramum, ſiniſtrâ clavam & leonis ſpolia: à dextris in areâ Δ. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. in imâ parte SML. *Bau.*

DIVO MAXIMIANO SEN FORT IMP. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

MEMORIAE AETERNAE. (5) Leo ſtans à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte RS. *Cham.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, globum ſuſtinet dextrâ.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte B. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum trabeâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprâ, cum B. in imâ parte. *Le Roy.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte N..... *Bau.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIA AVGG. (6) Quatuor figuræ militares ante portam caſtrorum ſtantes, ad tripodem ſacrificant: in imâ parte R. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORI SARMA. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA SARMAT. (7) Typus ut ſuprà. *Fauvel.*

Alius cum Є. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE SARMATIC. Caſtrorum porta valvis apertis: in imâ parte SIS. cum ſtellâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE SARMATICAE. (8) Caſtra prætoria: in imâ parte S.M.N.T. *Regius.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG.

VIRTVS AVGG C. (9) Jupiter cum fulmine, & Hercules cum clavâ jungentes dextras. *MB.*

(1) Nummi cum hac epigraphe in Diocletiano primùm occurrunt; ſed vide quæ ad nummos ſimiles Æ. II. infrà monemus.

(2) Nummus hic rariſſimus eſt. Vide quæ ad nummum ſimilem æreum II. infrà monemus.

(3) Nummus rariſſimus ob capitis epigraphen, & nummi molem: cuſus videtur poſt abdicatum Imperium. Vide huic ſimillimum ex ære II.

(4) Vide quæ ad ſimillimos nummos æreos III. infrà monemus.

(5) Nummi huic ſimillimi in Æ. III. occurrunt, ubi vide quæ adnotamus. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(6) Vide quæ ad nummum argenteum Diocletiani, cum epigraphe PROVIDENTIA AVG. & eodem typo adnotavimus: hic rariſſimus eſt.

(7) Nummos argenteos cum eadem epigraphe, & eodem typo ſuprà in Diocletiano exhibuimus; hos vide.

(8) Vide ſimillimos Diocletiani nummos, qui primùm cum hac epigraphe & hoc typo occurrunt. Nummi hi inter rariores recenſendi ſunt.

(9) Nummi Maximiani cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt.

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (1) Hercules nudus, siniftrorfum converfus ftans, dextrâ poft tergum reductâ, clavæ humi pofitæ, cui leonis exuviæ fuperpofitæ, innititur finiftrâ: in imâ parte C. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS MILITVM. (2) Caftra cum figuris militaribus quatuor facrificantibus ad tripodem. *Fouc.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorfum.

VIRTVS MILITVM. Typus ut fuprà: in imâ parte clava jacens. *Fouc.*

Alius cum TSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros, finiftrorfum.

VIRTVS MILITVM. Typus ut fuprà: in imâ parte C. *Fauvel. Fontaine. DB. Brandenburg.*

Alius cum D. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS MILITVM. Prætoriani milites Imperatori fidem obftringunt in aditu caftrorum. *RE.*

Alius cum D. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS MILITVM. Caftra prætoria: in imâ parte A. Q. S. *Regius.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut fuprà.

VIRTVS MILITVM. Typus ut fuprà: in imâ parte TT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVTI AVGG. Hercules nudus finiftrorfum converfus cum leone luctatur; à dextris clava. *Fontaine.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut fuprà.

VIRTVTI AVGG. Typus ut fuprà. *RDR.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani galeatum, & radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorfum.

VIRTVTI AVGG. Typus ut fuprà. *RDR.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut fuprà, finiftrorfum.

VIRTVTI AVGG. Typus ut fuprà. *RDR.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVTI AVGG. Typus ut fuprà. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani galeatum & radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVTI AVGG. (3) Hercules ut fuprà, cum clavâ à dextris: à tergo Victoria tunicata fublimis; coronam lauream capiti ejus imponit dextrâ, palmæ verò ramum geftat finiftrâ. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorfum, dextrâ geftat fcipionem eburneum cum aquilâ.

VOTIS X. (4) Diocletianus & Maximianus ad tripodem facrificantes: in imâ parte C. *Regius, maximi moduli.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum ad humeros, finiftrorfum.

XCVI. in coronâ laureâ. *Fontaine. Farnefianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

XCVII. in coronâ laureâ. *RE. Farnefianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

XCVIII. in coronâ laureâ. *Regius.*

(1) De hoc Herculis geftu pluribus alibi fuprà.

(2) Vide Diocletiani fimillimos nummos, necnec alium ejufdem infcriptum PROVIDENTIA AVG. fed eodem typo.

(3) Nummi Maximiani cum hoc typo inter rariores recenfendi funt.

(4) Nummus hic in argento rariffimus, in Æ. III. rarus; typus Auguftos duos Decennalia vota folventes exhibet; fed vide quæ ad nummum Æ. III. in Diocletiano, infcriptum VOT X MVLT XX. adnotavimus.

## *NUMISMATA ÆREA LATINA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DIVO MAXIMIANO...... Caput Maximiani nudum, ad humeros.

AETERNA MEMORIA. (1) Templum rotundum fex columnis fuffultum: in cujus vertice aquila: in imâ parte MOSTR. *RE.*

(1) Vide quæ ad nummos Æ. II. huic fimiles infrà monemus.

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

FELIX ADVENT AVG NN. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ haſtam tenet. *RE.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani pelle leoninâ amictum, ad humeros.

HERCVLI DEBELLATORI. (1) Hercules clavâ decertat contra Hydram. *Vaillant.*

IMP MAXIMIANVS AVG COS IIII. Caput Maximiani ut ſuprà.

MAXIMIANVS NOB CAES ET CONSVL. (2) Caput laureâ redimitum, cum medio pectore, dextrorſum. *RE.*

VIRTVS MAXIMIANI AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum loricâ & paludamento, dextrâ haſtæ innixus, ſiniſtrâ clypeum tenet.

MONETA AVGG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Fontaine.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani pelle leoninâ amictum, ad humeros.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

VAL MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE. DeC.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Lamoignon.*

VIRTVS MAXIMIANI AVG. Maximianus capite laureato, dextrorſum, ad pectus cum loricâ, dextrâ equum retinens, ſiniſtrâ geſtans clypeum, cui lupa inſculpta eſt cum gemellis, & ſuprà eam Victoria volans cum coronâ & palmâ.

MONETA AVGG. (3) Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ſpoliis leoninis ornatum, dextrorſum.

MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. (4) Moneta cum attributis, ſtans inter Jovem & Herculem ſtantes cum attributis. *DeC.*

DN MAXIMIANO FELICISSIMO SEM AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Duæ figuræ muliebres ſtantes; quæ ſiniſtrorſum, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ haſtam; quæ verò dextrorſum, utrâque manu aliquid non bene notum: in imâ parte ST. *RE.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

SACRA MONETA AVGG ET CAESS NOSTR. Figura muliebris ſtans, dextrâ geſtat bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte AQS. *RE.*

..... MAXIMIANVS P F AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ conſulari, dextrorſum, dextrâ geſtat ſceptrum, in cujus vertice aquila.

Sine epigraphe. Tres Monetæ cum attributis. *RE.*

(1) Nummum rariſſimum, ſed cui ſimilem ex auro exhibuit Mediobarbus, referre ſolent ad perſecutionem ſuſcitatam in Chriſtianos, quos à ſe debellatos gloriatur Maximianus, ut hydram olim ab Hercule, quem ſibi imitandum propoſuerat: ſed ut

*Vulneribus fœcunda ſuis erat illa; nec ullum*
*De centum numero caput eſt impunè reciſum,*
*Quin gemino cervix hærede valentior eſſet:*

(Ovidius Metamorph. lib. IX. v. 70.) ita Religio noſtra damnis ſuis crevit, cum è Martyrum cruore alii Chriſtiani, & quidem numero longè plures veluti naſcerentur, ad tuendam propagandamque Servatoris noſtri fidem haud minùs prompti & alacres, quàm ii quibus æternitatem & immortalitatem carnificum crudelitas donaverat.

(2) Primum Galerii Conſulatum cum quarto Herculii conjunctum hîc vides, reclamantibus Faſtis omnibus, in quibus quartus Herculii Conſulatus Galerii primum anno præcedit: ſed hujuſmodi μεταχρονισμοὶ in nummis haud infrequentes; quia jam inde ab Auguſto inſtitutum erat, ut poſtremus Imperatorum Conſulatus tandiù numeraretur, donec alterum occœpiſſent: itaque nummum hunc ad annum 294. refer, quo Conſtantius & Galerius Conſules fuere. Hic verò cur Herculio adjunctus ſit in nummis, obſcurum eſſet, niſi nummum aureum Diocletiani haberemus, qui ejus vultum in unâ parte præfert: DIOCLETIANVS P F AVG. in alterâ Conſtantii: CONSTANTIVS NOB CAES. ſed ex utroque docemur, Monetarios adumbrare voluiſſe, ut Imperii Majeſtatem inter Auguſtos, ita indiviſam eſſe gratiam beneficii quod in Cæſares contulerant; hujuſque nomine utrumque ſingulis Imperatoribus in ſolidum obſtrictum eſſe. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(3) Licet omnes hujus Auguſti nummi maximi moduli rari ſint, hic tamen ob capitis epigraphen & typum rariſſimus eſt.

(4) Nummus ſimilis, & quidem ex ære maximo, in Diocletiano occurrit cum eadem epigraphe, eodemque typo. Nummus hic Maximiani rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi; ſequentes etiam duo cum rarioribus adnumerandi ſunt.

## *NUMISMATA LATINA Æ. II.*

DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIVS AVG. Caput Maximiani velatum, ad humeros.

AETERNA MEMORIA. (1) Templum rotundum ſex columnis ſuffultum, in cujus ſummitate aquila: in imâ parte MOSTP. *Frad.*

Alius cum MOSTQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum MOSTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO PATRI. Caput Maximiani ut ſuprà.

AETERNA MEMORIA. Typus ut ſuprà: in imâ parte NOST. *Fauvel. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNAE MEMORIAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte MOST. *Hard.*

Alius cum TR. I. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (2) Duæ figuræ viriles togatæ ſedentes in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum: in imâ parte S C. *Cham.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA FELIX DD NN. (3) Duo Imperatores togati dextras jungunt: in imâ parte PLC. *in ſchedis RDR.*

IMP MAXIMIANVS SEN AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

CONSERVATORES KART SVAE. (4) Carthaginis Genius ſtans in templo, dex-

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Maximianis duobus, Conſtantio & Romulo tantùm occurrunt, quos Maxentius memoriæ æternæ conſecrari voluit, ut pietatem ſuam in patrem, ſocerum, affinem, & filium commendaret: quod quidem eo magis mirum, quòd cum patre & ſocero, dum inter homines eſſent, perpetuas inimicitias exercuerat; Conſtantii verò filium Conſtantinum Magnum bello perſequi parabat. Nummi cum hac epigraphe in Maximiano inter rariores recenſendi; cum ſequenti verò rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(2) Nummus hic rariſſimus eſt, imò ſingularis ob typi novitatem, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Hæc epigraphe hactenus in Maximianis duobus tantùm prodiit: nummus rariſſimus, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum. Obvia in Inſcriptionibus *Domini Noſtri* appellatio Imperatoribus attributa: eadem in nummis ante hanc ætatem rariſſima, non tamen nova; ne ejus inſolentiam Diocletiano & Maximiano imputes: nam Getæ Auguſti nummum Mediobarbus ex Angellone exhibuit, cum epigraphe, VICT DD NN ANTIOCHI.

(4) Hæc epigraphe in Maximiano primùm occurrit: nummi qui hanc præferunt rariſſimi. Carthaginem Coloniam veteranorum à Julio Cæſare deductam, Plutarchus in ejus Vitâ, Dio Caſſius lib. XLI. pag. 270. Pauſanias in Corinth. tradidere. Eandem novis colonis Auguſti juſſu frequentatam, cum priorum partem diſtraxiſſet Lepidus, auctor eſt laudatus Dio lib. LII. pag. 566. ex eoque tempore ita florere cœpit, ut Pomponius Mela lib. I. cap. 7. hanc Claudii Imperio *iterum opulentam, & tam priorum exordio rerum, quàm ope præſentium clariſſimam* eſſe ſcripſerit. Has porrò opes à Carthaginenſibus quæſitas probabile eſt tranſvectione frugum, quas eorum ſolum uberrimas fudiſſe, vel ipſe Carthaginis typus, qualem hoc in nummo cernis, indicat: nec alia de causa inſtituta videtur à Commodo Africana claſſis, quæ ſubſidio eſſet, ſi fortè Ægyptus frumentorum inopiâ laboraret, cujuſque præclarum extát monumentum in nummo ejus Auguſti inſcripto, PROVIDENTIAE AVG. ipſe Herculis habitu, ab Africâ proboſcide inſigni, & in prorâ navis ſtante manipulum ſpicarum & frugum accipit: nam & idcirco Carthaginem, ut teſtatur Lampridius, Alexandriam Commodianam togatam appellari voluit. Enimvero non divitiis ſolum potens, ſed etiam pulcherrimis ædificiis conſpicua tunc Carthago fuit; cum enim forum ejus arſiſſet, illud ab Antonino Pio mirificè inſtauratum eſt, ut ſcribit Capitolinus, & Pauſanias in Arcad. innuit. Hanc deinde Coloniam Italici juris fecit Sept. Severus Afer, cum tributa ad illius ætatem pependiſſet; cujus indulgentiæ, quam poſteris teſtatam reliquit Paulus J. C. lib. I. Dig. tit de Cenſ. leg. 8. memoria nummis ejus Auguſti inſcriptis, INDVLGENTIA AVG IN CARTH. conſignata eſt. Qua de causa etiam Felicis appellationem ſibi aſſeruiſſe videtur: nam eo reſpexiſſe Tertullianum exiſtimo initio libri de Pallio: *Principes ſemper Africa, viri Carthaginenſes, vetuſtate Nobiles, novitate Felices, gaudeo vos tum proſperos temporum, cum ita vacat ac juvat, habitus denotare. Pacis hæc & annona, & ocia: ab Imperio, & à Cælo bene eſt.* Haud paulum deminutæ poſtea ejus urbis opes ab Elagabalo, cum Deæ Cæleſtis ſimulacrum, quod in antiquiſſimo Carthaginis templo poſitum à Didone credebatur, ſimul divitias quæ in eo templo reconditæ erant, Romam aſportari juſſit: ſed longè gravius damnum eadem Maximini Imperio tulit, poſtquam cæſis Gordianis quibus faverat, à Capelliano Præſide Numidiæ direpta eſt: Gordiano vero Jun. imperante, cum Sabianum quemdam ad Imperium extuliſſet, imminens periculum celeri pœnitentia vitavit. Nihil deinde quod ad illam ſpectet in Scriptoribus reperimus, niſi quod Gallieni ætate Celſo faviſſe videtur, quem Treb. Pollio tradit Cœleſtis Deæ peplo à Vibio Paſſieno Proconſule Africæ ornatum; nam peplum illum Carthagine ſervatum fuiſſe veroſimile eſt: ſed imperantibus Diocletiano & Maximiano, cùm varia ab his beneficia accepiſſe videtur, tùm novis cultiſque mœnibus, & ſumptuoſiſſimis thermis, ut alibi etiam monemus, decorata eſt; quibus de cauſis ab his ſe conſervatam hoc in nummo, in aliis, quos infrà vide, auctam prædicat.

trâ uvam, ſiniſtrâ ſpicas tenet: in imâ parte PKA. *Regius. Bau.*

Alius cum PLN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. (1) Templum ſex columnis ſuffultum, in cujus veſtibulo figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à fronte, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte AQP. *Bau.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte TT. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVATORI VRBIS SVAE. (2) Typus ut ſuprà: in imâ parte MAS. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

CONSERVATORES VRB SVAE. Typus ut ſuprà, cum coronâ laureâ ad templi aquilam: in imâ parte R P. ſtellâ intermediâ. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum R S. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ST. abſque ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

FELIX ADVENT AVGG NN. (3) Figura muliebris tunicata cum pallio peculiari, cujus caput tectum proboſcide, vultu dextrorſum converſo ſtans, labarum tenet dextrâ, elephanti dentem ſiniſtrâ; à dextris pro pedibus leo & taurus cubantes: à dextris in areâ I. in imâ parte PF. S. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ H. in imâ parte PKB. *Fontaine.*

Alius cum Z. à dextris in areâ, & H. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PKS. *Bau.*

Alius cum B. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum H. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES AVGG ET CAESS NN. (4) Figura muliebris tunicata ſtolâ apertâ & à tergo pendulâ ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte AQP. *Hen.*

DN MAXIMIANO SEN AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. (5) Figura muliebris ut ſuprà: in imâ parte AQP. *Hen.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ſignum militare tantiſper inclinatum tenet dextrâ, alterum erectum ſiniſtrâ: in imâ parte AQS. *Fouc.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Diocletiano primùm occurrunt.

(2) Hæc epigraphe in Maximiano tantùm occurrit. Nummus rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(3) Mauretaniam his in nummis depictam eſſe conſtat; in numiſmatibus enim Hadriani inſcriptis, ADVENTVS MAVRETANIAE. eadem elephanti proboſcide in galeam deformatâ,

——— *& dente comas illuſtris eburno*,

vexillum ſiniſtrâ tenet, dextrâ libat ſuper aram Hadriano coram ſtanti. Quamobrem mirum Diocletiani nummos his ſimiles à Mediobarbo ad adventum Auguſtorum duorum Romam, & annum 303. referri; cum nemo hactenus dubitaverit, quin ad annum vel 296. vel ut nobis magis placet, 297. referendi ſint, quorum alterutro Maximianus in Africam trajecit, & Quinquegentianos Mauros debellavit, ac ne rebellionem iterum molirentur, è montium quos inſidebant jugis, & ſylvarum latebris detractos, in plana deduxit. Ne vero quem moveat mentio adventûs Auguſtorum duorum hîc facta, monendus eſt lector, tantam fuiſſe Diocletianum inter & Maximianum concordiam, ut in ſingulis majeſtas omnis Imperii in ſolidum reſidere videretur, & quod ab uno horum factum eſſet, duceretur ad laudem etiam alterius pertinere.

(4) Hæc epigraphe in Maximiano primùm occurrit; nummus rariſſimus imò ſingularis fidem mutuam Auguſtorum & Cæſarum prædicat, quam, quanti facienda eſſet, propinquorum ab urbis conditore ad ſuam ætatem facinoribus patefactum eſſe, rectè & fortiter monet Aur. Victor, cum deteſtabile odii, & invidiæ inter fratres æquo jure imperantes, exemplum Conſtantinus Jun. & Conſtans ante aliquot annos præbuiſſent. Sed vide varios Diocletiani & hujus Auguſti nummos, in quibus horum Concordia commendatur. Nummus hic deſideratur in Mediobarbo.

(5) Nummus hic rariſſimus, aut etiam ſingularis eſt ob capitis epigraphen.

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Brandenburg.*

Alius cum T T. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

FIDES MILITVM. (1) Figura muliebris galeata ſeminuda ſedens, dextrâ tenet caſſidem, ſiniſtrâ ſignum militare: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte PT. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſedens ut ſuprà, quiddam ignotum tenet dextrâ, ſignum militare ſiniſtrâ: in imâ parte PT. *RE.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte TT. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. (2) Figura muliebris tunicata, ſtolâ apertâ & à tergo pendulâ, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte AQP. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegit.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite galeato ac laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum umbilicatum tenet ſiniſtrâ.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà, cum AQP. in imâ parte. *Fouc.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

FORTVNAE REDVCI AVGG NN. (3) Figura muliebris ſedens gubernaculum navis tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: in imâ parte ATR. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNAE REDVCI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte BTR. *Frad.*

VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum ad humeros, ſiniſtrorſum.

GENIO AVGVSTI. (4) Genius nudus cum modio ſuprà caput, & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, ſtans ad aram, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: in imâ parte AKK. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ luna bicornis; à ſiniſtris B. in imâ parte SIS. *Frad.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte PLC. *Fouc.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PLC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà; à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte PLC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Genius typo quo ſuprà, ſed ſeminudus, pariter ad aram: à dextris in areâ CI. à ſiniſtris H/S. in imâ parte PLC. *Fouc. RE.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. (5) Typus ut ſuprà:

(1) Typus hic aut novus, aut ſaltem alias rariſſimus; ſequentes verò nummos ab hoc non differre exiſtimo, tametſi quid mulier dextrâ teneret, haud ſatis dignoſcere potui.

(2) Hæc epigraphe in Maximiano primùm occurrit; nummi inter rariores recenſendi.

(3) Vide quæ ad nummum Diocletiani ex Æ. II. cum eâdem epigraphe, eodemque typo adnotavimus. Nummus hic Maximiani rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(4) Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi. Alibi jam monuimus Genium Deum apud veteres habitum, in cujus tutela, ut quiſque natus erat, viveret; quique exceptos à matris utero, ad extremum vitæ diem comitaretur. Quamobrem quot homines in vivis erant, tot, ut quidem ipſis placebat, Genii in mundo extabant; quorum originem & formam cum ignorarent, ut quidem Prudentius innuit lib. II. contrà Symmachum, his tamen ſinguli natali die annale munus, aut fuſo mero, aut cæſa victima ſolvebant. Sed ut Auguſtus cæteros homines, ita Auguſti Genius alios Genios antecellere credebatur; quem quidem neſcio an à Genio Populi Romani diſtinxerint: quamobrem citiùs per omnes Deos, quàm per unum Genium Cæſaris apud Romanos pejerabatur, ut monet Tertullianus Apologet. cap. 28.

(5) Nummus hic & ſequens, necnon alii, qui eandem capitis epigraphen præferunt, rari ſunt.

à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà, dextrorſum.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, abſque arâ: à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte PLC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

GENIO POP ROM. Genius cum pallio ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PLN. *Fouc.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani ut ſuprà..

GENIO POP ROM. Genius ſeminudus capite turrito, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: in imâ parte PLN. *Fouc. RE. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte PTR. *Fouc. Cham. Fauvel.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *RE.*

IMP C M AVREL VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fouc. Le Roy. Fontaine Collegii.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Hen.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà; cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris C. in imâ parte PTR. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. (1) Genius nudus cum modio, & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum;

(1) De Genio Populi Romani, vide quæ ad nummos ſimiles Diocletiani monuimus. Inſcriptiones quatuor Gruterus, & aliam Sponius exhibent, quæ ad Maximianum pertinent, ideoque hîc exſcribendæ videntur: prima Sponii eſt pag. 198. aliæ Gruteri pagg. 24. 158. 181. 281.

1.

IMP. CAESARI. M. AVREL. VAL
MAXIMIANO
PIO. FELICI INVICTO AVG. P. F. *lege P...
ORDO SPLENDIDISS. CIVIT
SECVS
CVRANTE AVRELIO SATVRNINO
VRB. PRAES
D. N. M. Q. E

2.

IVNONI....
MINERVAE....
BVSQVE. MI....
SALVTE ET....
DD. NOSTR.....
MAXIMIANI.....
AVGVSTOR......
ET. MAXIMIA....
CIVITAS. MOC....
..VRE. IN..EAV...
...IAL.........

3.

IMP. CAES
MAXI
MIANO
PIO FELI
CI. AVG. EBO
RA. M. P
XII

4.

PRO. SALVTE
DN. MAXIMIANO
FOR.....CAE
VA........
............
..........OAED

5.

IMP. CAES. AVG. MAXIMIANO
P. F. INVICTO

dextrâ gestat spiculum, sinistrâ clypeum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros, sinistrorsum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà. *Fouc. Regius.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ut suprà ad aram, à sinistris in areâ B. *Fouc.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, absque arâ: à dextris in areâ S. à sinistris A. *Fouc.*

Alius cum S. à dextris in areâ, & B. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum S. à dextris in areâ, & T. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ut suprà ad aram: à dextris in areâ R. in imâ parte A. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, absque arâ: à dextris in areâ XXI. à sinistris B. in imâ parte ALE. *Fouc.*

Alius cum T. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum A. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum E. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius XX. à dextris in areâ, à sinistris ^A^I. eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius è paterâ liquorem effundit, cætera ut suprà: à sinistris in areâ B. in imâ parte ALE. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: à sinistris in areâ A. in imâ parte ANT. & stella. *Frad.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, absque literis in areâ, in imâ parte AQP. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum paterâ ad aram suprà quam ignis accensus, cætera ut suprà; in imâ parte AQP. *Hen.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: in imâ parte AQP. *Fouc. Frad.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum paterâ ad aram non ignitam, cætera ut suprà: à dextris in areâ R. in imâ parte B. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: à sinistris in areâ S. in imâ parte B. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: à dextris in areâ R. à sinistris F. in imâ parte B. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, ara ignita: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte ATP. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ, & in imâ parte. *Cham.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà absque arâ, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Hen.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà cum arâ, absque literis in areâ: in imâ parte LA. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: in imâ parte LA. *Fouc. RE.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. in imâ parte LP. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ, & in imâ parte. *Hen.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, absque arâ: à dextris in areâ B. in imâ parte LP. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite laureato, ad pectus cum leonis exuviis, dextrorſum, clavam geſtat dextrâ humero dextro.

GENIO POPVLI ROMANI. (1) Typus ut ſuprà cum B. à dextris in areâ: in imâ parte LP. *Hen.*

Alius cum PL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ: in imâ parte PL. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Cham.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum paterâ ad aram, cætera ut ſuprà: à ſiniſtris A. in imâ parte PLC. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte PLC. *Cham.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLC. *Fouc.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum M. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLC. *RE.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLC. *RE.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte PLC. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte PLC. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte PLC. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani galeatum, cætera ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte PLC. *Bau.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani, cætera ut ſuprà, haſtam geſtantis dextrâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PLC. *Hen.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte PLC. *RE. Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fouc. Cham.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte PLC. *Hen.*

(1) Nummus hic ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus eſt.

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fauvel. SG. Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ S. in imâ parte PLC. *Fouc.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ CI. à ſiniſtris H/S. in imâ parte PLC. *Collegii.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PLN. *Collegii.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque arâ & literis in areâ: in imâ parte PT. *Fouc.*

Alius cum ſtellâ à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte PTR. *SG.*

Alius cum S. à dextris, & C. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Maximiani & Diocletiani capita jugata laureata, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. (1) Genius capite turrito cum paterâ ad aram, & cætera ut ſuprà: à dextris in areâ CI. à ſiniſtris H/S. in imâ parte PTR. *Fouc.*

Alius cum S. à dextris in areâ, à ſiniſtris F. eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum modio ſuprà caput abſque arâ: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte PTR. *Hen.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Cham.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte R. *Brandenburg.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum paterâ ad aram, & cætera ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte RP. *Fouc.*

Alius cum S. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Fontaine.*

Alius cum S. inter duas ſtellas in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà abſque arâ, & literis in areâ: in imâ parte S. & fulmen. *Fontaine.*

Alius cum S. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: in imâ parte S. & ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. in imâ parte SIS. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte SIS. & ſtella. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte ST. *Fouc. RE. Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte TR. *RE.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Capita Maximiani & Herculis jugata laureata.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte TR. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

(1) Nummus hic ob capita Diocletiani & Maximiani jugata rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic ob capita Herculis & Maximiani jugata rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

GENIO P· PVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte TR. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P FEL AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte TR. *Bau.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris Γ. in imâ parte TR. *RE. Fauvel.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris Γ. in imâ parte TR. *Fouc. RE.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam tenet dextrâ humero dextro, clypeum ſiniſtrâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte TR. *Hen.*

Alius cum B. à dextris in areâ & Γ. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani galeatum ac laureatum, cætera ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte TR. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte TR. *Fouc.*

Alius cum B. à dextris & Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. in imâ parte TR. *Fontaine.*

Alius cum B. à dextris in areâ, & Γ. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte TR. *Fon.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ C. in imâ parte TR. *Fouc.*

Alius cum C. à dextris in areâ & Γ. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà, dextrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ Δ. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte TR. *Fouc.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte TSB. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ R. in imâ parte Γ. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum paterâ ad aram ſuprà quam ignis accenſus, cætera ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte ΔT. Γ. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : in imâ parte KΔ. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum KЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : in imâ parte KЄ. *Fouc. RE.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte ΠT. *Frad.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte ΠTR. *RE.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

HERCVLI CONSERVATORI. (1) Hercules nudus capite dextrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis ſiniſtrâ : in imâ parte PLN. *Fouc. Regius. MDM. SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS VICTOR. (2) Mars capite galeato

(1) Nummus hic Maximiani ob capitis epigraphen cum rarioribus adnumerandus eſt. Vide nummum ſimilem argenteum ſuprà.

(2) Nummi Maximiani cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo ; pretium eorum auget capitis inſcriptio, unde apparet, cuſos hujuſcemodi Maximiano nummos poſt abdicatum imperium.

nudus cum pallio volitante, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, trophæum humero ſiniſtro: in imâ parte PLN. *Fouc.*

DN MAXIMIANO SEN AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà, cum PLN. in imâ parte. *Collegii.*

IMP MAXIMIANVS PIVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

MONETA SACRA AVGG ET CAESS NN. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: in imâ parte BTR. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

MONETA S AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte BTR. *SG.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

MONETA S AVGG ET CAESS NN. (1) Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à dextris in areâ, & BTR. in imâ parte. *MDM.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

MONETA S AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris ſtella: in imâ parte HTR. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

MONETA S AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte ITR. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

M SACRA AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte BTR. *Fouc. RE.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP MAXIMIANO FELICISSIMO SEM. (ſic) AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum trabeâ.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVG. (2) Figura muliebris ſtolata ſtans à dextris, dextrâ pectori admotâ, ſiniſtrâ aliquid tenet marſupio ſimile: ſtat à ſiniſtris ex adverſo altera figura muliebris dextrâ geſtans ſpicas, ſiniſtra cornucopiæ: à dextris in areâ A. à ſiniſtris F. in imâ parte PTR. *RE.*

DN MAXIMIANO FELICISSIMO SEN AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, lauri ramum tenet dextrâ, ſcipionem, ut videtur, ſiniſtrâ.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa, ſtans à dextris, dextram expanſam extendit, ſiniſtrâ non apparente: ſtat à ſiniſtris ex adverſo figura muliebris ſtolata, lauri ramum demiſſum tenens dextrâ, haſtæ innixa ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte AQS. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum PKT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES

(1) Vide quæ ad nummos Diocletiani ex Æ. II. cum eadem epigraphe, eodemque typo monuimus.

(2) Nummi cum hac & ſequenti epigraphe in Diocletiano, & Maximiano tantùm occurrunt; & quidem cum hac, quæ Auguſti unius mentionem facit, rariſſimi, aut etiam ſingulares ſunt. Nobile otium, in quo Auguſti duo conſeneſcere animum induxerant, his in nummis commendatur, Deorumque Providentiæ acceptum refertur; ſed in ejus laudes nos excurrere non ſinunt diverſa de illo hominum judicia: quid enim in eo magnopere prædicandum, ſi ad privatam vitam redeuntes, non ſuum judicium ſecuti ſint, ſed vi ac minis perterriti Imperio ceſſerint? Atqui Maximianum hunc invitum in ſui Collegæ ſententiam tractum eſſe conſtat: Diocletianum verò corpore affecto, cum mentem etiam diuturnâ ægritudine conquaſſatam, regendo Orbi Romano imparem ſentiret, Galerio tamen ad privatam vitam repetendam invitanti diù repugnaſſe Lucius Cæcilius prodit: quam opinionem neſcio an indicet Aur. Victor, dum *aliis alia æſtimantibus, veri gratiam corruptam eſſe*; ſibi Diocletianum *excellenti naturâ, ad communem vitam, ſpreto ambitu, deſcendiſſe* videri tradit. Utut ſit, otium illud brevi exuit Maximianus, ejuſque regnandi libido ingentes deinde turbas dedit, quas in ejus Vitâ legere potes; ſed Diocletianus idem ſibi mirum in modum placere, præclaro teſtimonio poſt aliquot annos docuit: hortantibus enim ad reſumendum Imperium Maximianis duobus, ut quidem teſtatur Sextus Victor, *velut peſtem aliquam deteſtans... Utinam*, inquit, *Salonæ poſſetis viſere olera noſtris manibus inſtituta: profectò nunquam iſtud tentandum judicaretis.* Quapropter Eumenius in Paneg. Conſtantino dicto, poſtquam in Maximiano, non ardorem potentiæ, (liceat antiqui Rhetoris verba, tametſi minus latina uſurpare) ſed errorem jam deſipientis ætatis exagitavit, quod tot annos natus, graviſſimas curas, & bellum civile adverſus generum ſuſceperit; de Diocletiano ſic loquitur: *At enim divinum illum virum, qui primus Imperium & participavit, & poſuit, conſilii & facti ſui non pœnitet, nec amiſiſſe ſe putat, quod ſponte tranſcripſit.* FELIX, BEATUSQUE *verè, quem veſtra, tantorum Principum, colunt obſequia privatum. Sed & ille multijugo fultus Imperio, & veſtro tegitur lætus umbraculo, quos ſcit ex ſua ſtirpe creviſſe, & glorias veſtras ſibi juſtè vindicat.*

AVGG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. in imâ parte PT. *Fontaine.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. in imâ parte TT. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte T T. lunâ bicorni intermediâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà : infrà inter utramque figuram KΔ. à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte PTR. *Frad.*

DN MAXIMIANO BEATISSIMO SEN AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis inter utramque figuram : à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte PLC. *RE.*

DN MAXIMIANO BAEATISSIMO (ſic) SEN AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ & in imâ parte. *Hen. Bau.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte PTR. *RE.*

Alius cum PT. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

DN MAXIMIANO BEATISSIMO SEN AVG. Caput Maximiani ut ſuprà, ſed incognitum quiddam tenentis ſiniſtrâ.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, niſi quòd figura quæ à dextris eſt, dexteram ad pectus expanſam tantummodo attollit, ac ſcipionem tenet ſiniſtrâ : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte PTR. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum PKT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ punctum : in imâ parte ST. *Fouc.*

Alius cum S T. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte TT. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, cum lunâ bicorni inter utramque figuram : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte KΔ. *Regius.*

DN MAXIMIANO FELICISS SEN AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PROVIDENTIA DEOR QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, abſque lunâ bicorni : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte RS. *Fontaine.*

DN MAXIMIANO FELICISSIMO SEN AVG. Caput Maximiani ut ſuprà, cum ſcipione in ſiniſtrâ.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte PT. *Fontaine.*

Alius cum PT. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

QVIES AVG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ geſtat ſpicas, ſiniſtrâ haſtam : à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte PTR. *Regius. MDM.*

DN MAXIMIANO P F S AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

ROMAE AETER. (2) Templi facies ſex columnis ſuffulta, in cujus medio ſedet figura muliebris galeata, dextrâ tenens Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixa : in imâ parte PLN. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ : in imâ parte AQP. *Fouc.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

(1) Hæc epigraphe neſcio an in alio Imperatore hactenus conſpecta ſit : nam in Diocletiano, QVIES AVGG. in Conſtantino QVIES AVGVSTA. nuſquam QVIES AVG. occurrit : ſed vide quæ ad nummum hujus Auguſti cum epigraphe, PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVG. adnotavimus.

(2) Nummi cum epigraphe & hoc typo in Maximiano rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(3) Vide quæ ad ſimillimos Diocletiani nummos adnotavimus.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACR MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ luna bicornis, à ſiniſtris III. in imâ parte AQP. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà, abſque lunâ bicorni & literis in areâ : in imâ parte AQS. *Hen.*

Alius cum lunâ bicorni & III. in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, abſque lunâ bicorni, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACR MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà, cum V. à ſiniſtris in areâ : in imâ parte AQS. *RE.*

Alius cum lunâ bicorni à dextris, & VI. à ſiniſtris in areâ ; eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte AQP. *Fouc.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris Γ. in imâ parte SIS. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

SAC MON VRB AVG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Q. lunâ bicorni intermediâ. *Regius.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

SAC MON VRB AVG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : in imâ parte R S. *Hen.*

Alius cum R S. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte R S. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum S. & fulmine in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MON VRB AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ & literis in imâ parte. *RE.*

Alius cum S. & fulmine in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MON VRB AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte R S. *Fouc.*

Alius cum R S. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. & fulmine in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

SALVIS AVGG ET CAESS AVCTA KART. (1) Figura muliebris cum veſtitu peculiari, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, ramum ſiniſtrâ : in imâ parte Δ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ I. in imâ parte A. *Fouc. RE.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum B. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum I. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. (2) Figura muliebris ſtans dextrâ fruges,

(1) Nummi cum eadem epigraphe in Diocletiano primùm, deinde in Cæſaribus duobus Conſtantio & Galerio occurrunt. Omnes verò ad annum 298. pertinent, quo Maximianus Quinquegentianos Mauros in Africâ debellavit, Carthaginemque non novis ſolùm, cultiſque mœnibus, ut ſcribit Aur. Victor, ſed etiam ſumptuoſiſſimis thermis, ut teſtatur Euſebius in Chronico, ornavit. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt.

(2) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo in Diocletiano primùm occurrunt. De variis beneficiis ab Auguſtis duobus in Carthaginem collatis, ac de Felicis appellatione quam ſibi ipſa tribuit, vide quæ monuimus ad nummum hujus Principis ex Æ. II. inſcriptum, CONSERVATORES KART SVAE. Hîc tantùm addendum, Felicis nomen à quibuſdam exiſtimari commune omnium Coloniarum, quæ Italici juris, hoc eſt, à tributis immunes erant; quales fuere Berytus, Heliopolis, &c. cui opinioni plurimum favet Tertulliani locus quem ſuperiùs laudabamus, in quo Carthaginenſes poſt aliquot annos quàm Italici juris facti eſſent, *vetuſtate Nobiles*, *novitate Felices* appellat.

ſiniſtrâ ſpicas tenet : in imâ parte K. *Regius.*

IMP MAXIMIANVS IVS AVG. (ſic) Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

TEMPORVM FELICITAS. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte PLC. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Maximianus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum umbilicatum tenet ſiniſtrâ.

VIRTVS AVGG ET CAESS. (2) Imperator paludatus eques à dextris ſiniſtrorſum, equi currentis pedibus anterioribus ſublatis, figuram militarem procumbentem haſtâ impetit dextrâ, clypeo armata ſiniſtrâ : ſub equo figura altera militaris proſtrata jacens armis projectis : in imâ parte AQP. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani galeatum & laureatum, cætera ut ſuprà.

VIRTVS AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : in imâ parte AQP. *Regius. Brandenburg.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

DN MAXIMIANO BEATISSIMO. SEN. Maximianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ramuſculum.

VOTA PVBLICA. (3) Navis in quâ Serapis ſedet ad gubernaculum, Iſide velum tenente. *Regius.*

(1) Nummi cum hac epigraphe deſiderantur in Mediobarbo, & rariſſimi ſunt.

(2) Superiori nummo hic non minùs rarus, nec etiam extat apud Mediobarbum; qui verò ſequenti epigraphe inſignes ſunt, hi inter rariores recenſendi : utraque epigraphe nova.

(3) Vide nummos ex ære maximo & mediocri in Diocletiano cum eadem epigraphe, ſed typo parumper diverſo : rariſſimus hic eſt, nec extat apud Mediobarbum.

## *NUMISMATA LATINA Æ. III.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

ABVNDANT AVGG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, utrâque manu geſtat cornucopiæ ex quo varias opes effundit : in imâ parte A. *Fontaine.*

Alius cum Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani galeatum & radiatum, ad pectus cum loricâ.

ABVNDANT AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte Γ. *Fouc. B.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum.

ABVNDANTIA AVGG ET CAESS NN. (2) Dea effundit pecuniam, excipiente eam ante pedes homine ſupplice. *Hard.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſceptrum conſulare cum aquilâ.

ADVENTVS AVGG. (3) Duo Imperatores equis inſidentes, dextris elatis : in imâ parte XXI. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

AEQVITAS AVGG. (4) Figura muliebris tunicata ac ſtolata ſtans, dextrâ geſtat bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ : in imâ parte B. *Fauvel.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

AETERNIT AVGG. Elephas gradiens à ſiniſtris dextrorſum, rectore inſidente, eumque unco regente. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

AVSPIC FEL. (5) Figura muliebris ſto-

(1) Vide quæ ad ſimiles Diocletiani nummos ex Æ. III. monuimus. Nummi hi Maximiani rari.

(2) Hæc epigraphe & hic typus in hoc Auguſto tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Vide quæ ad nummum argenteum cum eadem epigraphe ſuprà adnotavimus. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(4) Huic & duobus proximè ſequentibus nummis, qui quidem rariſſimi, adeoque ſingulares ſunt, ſimiles in Diocletiano Æ. III. occurrunt; in quos vide quæ adnotavimus. Nummus hic Maximiani deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(5) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Diocletiano & Maximiano tantùm occurrunt, nec extant apud Mediobarbum. Et eum quidem qui Diocletiano cuſus eſt, ad initia ejus Imperii retulimus. Quod tametſi hactenus non diſpliceat, videndum tamen num & ille ad initia Maximiani pertineat, ſimulque Diocletiani judicium in eligendo Collega, & novi Principis virtus, cujus ſpecimen continuò præbuerit, commendentur : nam è fortibus Maximiani factis, laudem ad eum à quo ſummam poteſtatem

lata, vultu dextrorſum converſo ſtans, teſſeram tenet dextrâ, caduceum ſiniſtrâ: pro pedibus ara circà quam ſerpens circunvolutus: à ſiniſtris in areâ D. in imâ parte PTR. *Fouc.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

AVSPIC FEL. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Le Roy.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

CLARITAS AVGG. (1) Sol ſtans dextrâ elatâ, lævâ orbem tenet, ad pedes captivus: in imâ parte PTR. *Regius.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CLEMENT TEMP. (2) Jupiter nudus ſtans dextrâ tenet Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam: ſtat ante eum Maximianus togatus dextram protendens: inter utramque figuram Γ. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis inter utramque figuram, & in imâ parte. *Regius.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

COMES AVGG. (3) Pallas galeata & ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, clypeum humi poſitum tenet ſiniſtrâ: in imâ parte C. *Fouc. Regius Frad. RDR.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani, ad pectus cum clavâ & ſpoliis in humero lævo.

COMES AVGG. Typus ut ſuprà, cum C. in imâ parte. *Laiſné.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA AVGG. (4) Duæ figuræ muliebres ſtolatæ ſtantes ex adverſo dextras jungunt, cornucopiæ verò geſtant ſiniſtrâ: in imâ parte II. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

CONCORDIA AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte II. *Fouc.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. (5) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto; ſtans à ſiniſtris, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ innixus ſiniſtrâ: ſtat à dextris ex adverſo Maximianus laureatus ac paludatus dextram protendens Victoriæ ſignum accepturus, ſcipionem verò tenens ſiniſtrâ: inter utramque figuram A. in imâ parte ALE. *Fouc.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Γ. in imâ parte ALE. *RE.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram ſtella, & Є. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Γ. in imâ parte ATR. *Fouc.*

acceperat, redundare quis neget? Atqui hunc primordia Imperii ſui victoria de Bagaudis nobilitaſſe conſtat. *Hic eſt* enim, ut ſcribebat Auctor Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti, *qui in ipſo ortu numinis ſui Gallias priorum temporum injuriis efferatas, Reipublicæ ad obſequium reddidit, ſibi ipſas ad ſalutem.* Nummus hic rariſſimus eſt.

(1) Hæc epigraphe primum in Poſtumo, ſed typo diverſo, deinde in Diocletiano occurrit; & quidem Poſtumi & Diocletiani nummus inſcribitur CLARITAS AVG. hic autem AVGG. Cuſus videtur quibuſdam hic nummus primùm Diocletiano ob victorias ab eo in Oriente relatas; deinde ne aliquis honos uni tantùm deferri videretur, eundem nummum qui Diocletiano oblatus fuit, Maximiano dicatum putant; & propterea inſcribi, *Claritas Auguſtorum*, ſed hujus conjecturæ vanitatem demonſtrat laudatus Poſtumi nummus. Hic Maximiani rariſſimus, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum.

(2) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habetur Diocletiani nummus ex ære III. ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic Maximiani rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi inſcripti COMES AUG. in Tetricis primùm occurrunt, deinde in Probo; ſed in Tetricorum nummis pro typo cernitur Victoria; in Probo verò Minerva ipſa cum oleæ ramo, quæ etiam habetur in ejuſdem nummis inſcriptis, COMITI PROBI AUG. ubi vide quæ adnotavimus. Nummos autem hiſce ſimillimos habes primùm in Diocletiano, unde conſtat ab his Auguſtis præter Jovem & Herculem ſummopere cultam fuiſſe Palladem ac propterea Comitem Auguſtorum in eorum nummis dictam. Nummus hic inter rariores recenſendus eſt. Sequens verò ob capitis typum rariſſimus. Uterque deſideratur in Mediobarbo.

(4) Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur nummi & in Diocletiano, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic Maximiani inter rariores recenſendus eſt.

(5) Simillimos habes nummos in Diocletiano, ubi vide quæ adnotavimus.

IMP C M A MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram Γ. in imâ parte XXI. *Frad.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram Δ. in imâ parte XXI. *Frad.*

Alius cum ς. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum I. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram Δ. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ς. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum I. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram B. absque literis in imâ parte. *Fontaine.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram Δ. *Fauvel.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram HΓ. *Fouc.*

Alius cum KA. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum KΔ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. RE.*

Alius cum KϿ. (sic) inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum KЄ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum KΘ. inter utramque figuram; eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram KB. *Fouc.*

Alius cum KΓ. inter utramque figuram; eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad humeros.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram KΔ. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad humeros cum loricâ.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà: inter utramque figuram KΔ. *RE.*

Alius cum KЄ. inter utramque figuram; eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum NΓ. inter utramque figuram; eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum PB. inter utramque figuram; eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIAE AVGG. (1) Typus ut suprà, absque literis inter utramque figuram: in imâ parte T. *RDR.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONSERVATOR AVGG. (2) Imperator & Hercules stantes tripode intermedio: in imâ parte XXIB. KOΥ. *Regius.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

FELICIT PVBL. (3) Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans; caduceum tenet dextrâ, cippo innixa sinistrâ: in imâ parte B. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum; dextrâ gestat scipionem in cujus summitate aquila.

FELICIT PVBL. Typus ut suprà; cum B. in imâ parte. *Hen.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ; sinistrorsum.

FELICIT PVBL. Typus ut suprà, cum B. in imâ parte. *Hen.*

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo primùm occurrunt in Diocletiano; eodemque modo inscripti repeniuntur & in Geta, sed ibi pro typo cernuntur Geta & Caracalla dextris implicitis, sinistris hastas; huic Hercules à tergo lauream imponit, illi figura muliebris nuda, dextra bacillum, sinistra lauream imponit. Nummus hic Maximiani rarissimus, imò singularis, & desideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Typus hic junctus huic inscriptioni in Maximiano tantùm occurrit; in Diocletiani enim nummo eodem modo inscripto Jupiter quem ipse summopere colebat, ut Maximianus Herculem, ex adverso cernitur, tripode intermedio. Nummus hic rarissimus est.

(3) Felicitas sinistra cippo innititur ad denotandum Felicitatem illam firmam ac stabilem fuisse. Nummi hujuscemodi in Maximiano inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILIT. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ : in imâ parte PTR. *Le Roy.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

FIDES MILITVM. (2) Imperator paludatus, ſcipionem ſiniſtrâ tenens, dextram jungit cum figurâ paludatâ : inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Collegii.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

FORTVNAE REDVCI AVG ET CAES. (3) Figura muliebris ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ : à dextris in areâ B. in imâ parte TR. *Collegii.*

INP C M VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

HERCVLI CONSERVAT. (4) Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ ramuſculum, ſiniſtrâ clavam elatam cum leonis exuviis geſtat : à dextris in areâ A. in imâ parte XXIT. *Fontaine.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

HERCVLI CONSERVAT. (5) Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus, dextrâ poſt dorſum reductâ, clavæ rupi impoſitæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias geſtat : in imâ parte XXIT. *Fouc.*

Alius cum SXXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum TXXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Frad. Fontaine.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI CONSERVAT. Typus ut ſuprà : in imâ parte PXXIT. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

HERCVLI CONSERVAT. Typus ut ſuprà : in imâ parte SXXIT. *Fontaine.*

IMP M AVR VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

HERCVLI CONSERVAT. Typus ut ſuprà : in imâ parte VIXXIT. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

HERCVLI INVICTO AVGG. (6) Hercules nudus dextrorſum converſus ſtans, dextrâ globum ſuſtinet cum Victoriolâ, ſiniſtrâ verò clavam humi poſitam cum leonis exuviis tenet : à dextris in areâ S. *RDR.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI INVICTO AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. à dextris in areâ. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

HERCVLI INVICTO AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. à dextris in areâ. *Val.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato nudus, ad humeros leonis exuviis tectos, dextrorſum, clavam geſtat dextrâ humero dextro.

HERCVLI INVICTO AVGG. (7) Typus ut ſuprà, cum S. à dextris in areâ. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Hercules nudus, dextrorſum converſus, oleæ ramum tenet dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ B. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. in imâ parte SML. *Bau.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Maximianus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

HERCVLI PACIFERO. (8) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Frad.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P AVG. Ca-

(1) Nummus hic Maximiani ex ære III. rarus.

(2) Nummi Maximiani cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Fortunam Reducem intellige Maximiani Auguſti, & Conſtantii Cæſaris, quos Treviros conveniſſe probabile eſt poſt debellatos ab hoc Britannos rebelles, ab illo Quinquegentianos Mauros, ut conſilia belli adverſus Germanicas gentes adminiſtrandi communicarent. Nummus rariſſimus, imò ſingularis; epigraphe verò, ut quidem videtur, nova.

(4) Nummi Maximiani cum hoc typo inter rariores recenſendi ſunt.

(5) Eodem planè geſtu cernitur Hercules in nummo Numeriani æreo III. cum epigraphe, VIRTVS AVGG. ubi vide quæ adnotavimus.

(6) Hæc epigraphe & hic typus in Diocletiano primùm occurrunt, ubi vide quæ adnotavimus. Nummi hi rari ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi ex ære.

(7) Nummus hic Maximiani & duo ſequentes ob capitis typum inter rariores recenſendi ſunt.

(8) Nummi inſcripti HERCVLI PACIFERO primùm in Lucio Vero occurrunt, deinde in Poſtumo & in Probo, ac denique in hoc Auguſto, ni fallor, tantùm; alibi verò nulla, quod ſciam, mentio ejus occurrit. Nummus hic ob capitis typum rarus.

put Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*

Alius cum L. à dextris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte SML. *Hen.*

Alius cum B. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum Γ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val. B.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà cum Γ. à dextris in areâ, abſque literis in imâ parte. *Le Roy.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *SG. B.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà, cum Γ. à dextris in areâ. *RE.*

IMP C C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà, cum Γ. à dextris in areâ. *Regius.*

IMP C C VAL MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ Δ. *Fouc. Bau.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani leoninâ pelle ornatum, ad humeros.

HERCVLI VICTORI. (1) Hercules ſedens à fronte, ſiniſtrorſum ſpectans, pelle leonis verenda tegit, ſiniſtrâ clavæ innixâ, dextrâ brachio ſiniſtro : prope eum à ſiniſtris pharetra & arcus. *Brandenburg.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

IMP MAXIMIANVS AVG. (2) Caput Maximiani laureatum, dextrorſum, ſub Herculis ſpecie, cum clavâ in manu dextrâ ad humerum dextrum, & leonis exuviis. *Regius. DC.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato, ad humeros cum leonis exuviis dextrorſum, dextrâ geſtat clavam humero impoſitam.

IOVI AVGG. (3) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtæ adnititur ; pro pedibus à dextris aquila : in imâ parte A. *Regius.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet globum.

IOVI AVGG. Typus ut ſuprà, cum A. in imâ parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani dextrâ tenentis ſcipionem in cujus apice aquila, cætera ut ſuprà.

IOVI AVGG. Typus ut ſuprà, cum A. in imâ parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

IOVI AVGG. Jupiter ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtæ innixus : in imâ parte A. *Fouc. Fauvel.*

(1) Nummi cum hac epigraphe in Æmiliano primùm, ac deinde in hoc Auguſto occurrunt ; ſed in Æmiliano Deus ſtans cum leonis exuviis circà brachium, clavæ innititur dextrâ, arcum ſiniſtrâ tenet. Nummum aureum cum typo Herculis huic ſimillimo ex eodem Brandenburgico Theſauro ſuprà protulimus ; nec multum differt aureus item nummus, quem Mediobarbus poſt Triſtanum in ſeriem ſuam compegit : hic rariſſimus eſt, & in Mediobarbo deſideratur. Herculi *Victoris cognomen* Mamertinus docet adſcriptum ab eo (M. Octavium Herennium appellat Macrob. lib. III. Saturn. cap. 6.) *qui, cum piratas oneraria nave viciſſet, ab ipſo audivit Hercule per quietem, illius ope victoriam contigiſſe.* Monet idem à Romanis inſtitutum olim fuiſſe, ut die Natali Urbis, quo vota pro ejus & Imperii incolumitate nuncupari ſolenne erat, Jupiter Stator & Hercules Victor Deûm maximè invocarentur : ſic enim in Panegyrico Parilibus anni 289. Maximiano dicto : *O quanto nunc, Imperatores, illa civitas eſſet auguſtior, quanto magis hunc natalem ſuum diem coleret, ſi vos ſtipatos veſtro Senatu in illa Capitolini Jovis arce conſpiceret ! quæ nunc ſine dubio præſentiam veſtri ſibi fingit, ædes veſtrorum numinum frequentando, & identidem, ſicut à majoribus inſtitutum eſt, invocando Statorem Jovem, Herculemque Victorem.* At quod die Natali Urbis, id etiam ſingulis luſtris, quibus vota pro ſalute Imperatorum nuncupabantur, factum fuiſſe probabile eſt. Quapropter nummi hujuſcemodi, qui Herculem Victorem poſt labores quieſcentem exhibent, referri poſſe videntur ad vota huic Deo ſoluta, quòd ejus ope Maximianus de pluribus gentibus barbaris victor, perpetuam ſecuritatem ſibi & Reipublicæ præſtitiſſet. Nam quod Erud. Triſtano & Begero placuit, typo Herculis Maximianum ipſum repræſentari, in nobili otio poſt abdicatum Imperium conſeneſcentem, vereor ut ſubſiſtat ; cum nec Dominus, nec Senior Auguſtus in hujuſmodi nummis appelletur.

(2) Nummus hic ob capitis typum rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi cum hac epigraphe in Diocletiano obvii ſunt ; in Maximiano verò rari, præſertim hic ob capitis typum.

Alius cum C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI AVGG. Typus ut suprà : in imâ parte Γ. *Le Roy.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus cum pallio in utrumque brachium trajecto, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ gestat fulmen, sinistrâ hastæ innixus : in imâ parte PXXIT. *Regius. Fontaine.*

Alius cum SXXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVAT. Typus ut suprà : in imâ parte TXXIT. *RE.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT. Typus ut suprà : in imâ parte PXXIT. *Fontaine.*

Alius cum SXXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum TXXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus stans, dextrâ elatâ tenet fulmen, sinistrâ hastæ innixus : à tergo duo signa militaria ; ad pedes aquila : à dextris in areâ S. in imâ parte XXIT. *Fontaine.*

IMP C M VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI CONSERVAT. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte SXXIT. *Val. Fontaine.*

Alius cum TXXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus stans, dextrâ hastæ adnititur, sinistrâ fulmen tenet suprà femur : à dextris in areâ A. in imâ parte XXIT. *RDR.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI CONSERVATORI. (1) Jupiter nudus stans cum pallio in brachium sinistrum rejecto, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ hastæ adnititur : à dextris in areâ C. *Hen.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVG. Jupiter nudus cum pallio in utrumque brachium trajecto stans, dextrâ tenet fulmen, hastæ verò adnititur sinistrâ. *RE.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *B.*

Alius cum XXIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum XXIΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum XXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVAT AVGG. Typus ut suprà : in imâ parte XXIA. *Fontaine.*

Alius cum XXIЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel. Val.*

Alius cum XXIϛ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum XXIZ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVATORI AVGG. (2) Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorsum converso, stans à sinistris, dextrâ gestat globum cum Victoriolâ, sinistrâ hastæ adnititur : à dextris ex adverso Maximianus laureatus ac paludatus stans, dextram protendit Victoriæ signum accepturus, sinistrâ tenet scipionem : inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ЄΔ. & lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum TR. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : inter utramque figuram TR. in imâ parte XXI. & palmæ ramus. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG. (3) Jupiter cum pallio ex humeris pendente stans, dextrâ tenet globum, sinistrâ hastæ adnixus : ante ipsum stat Victoria coronam ei imponens : in imâ parte B. *Fontaine.*

(1) Nummi Maximiani cum hac & sequenti epigraphe desiderantur in Collectione Mediobarbi.

(2) Simillimos habes nummos in Diocletiano, qui quidem illic obvii sunt, sed in hoc Augusto inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(3) Nummus etiam hic rarissimus est, & desideratur in Collectione Mediobarbi. Cum eodem typo habetur nummus etiam in Diocletiano rarissimus.

IMP

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI TVTATORI AVGG. (1) Jupiter nudus cum pallio in brachium sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ sustinet globum cum Victoriolâ, sinistrâ hastæ adnititur; pro pedibus à dextris aquila. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOVI TVTATORI AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte I. *Fouc.*

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

IOV ET HERCV CONSER AVGG. (2) Hercules nudus, vultu dextrorsum converso, stans à sinistris, Victoriæ signum sustinet dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis gestat sinistrâ: stat à dextris ex adverso Maximianus laureatus ac paludatus, globum sustinens dextrâ, hastæ adnixus sinistrâ: inter utramque figuram luna bicornis sub quâ B. in imâ parte XXI. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum stellâ sub quâ Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum lunâ bicorni sub quâ Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ϛ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum lunâ bicorni & Z. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. RDR.

Alius cum H. absque lunâ bicorni inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI ET HERCV CONSER AVGG. (3) Jupiter nudus cum pallio in humeros rejecto, stans à dextris, dextrâ protensâ tenet globum, sinistrâ hastæ innixus: stat à sinistris ex adverso Hercules dextrâ tenens Victoriolam, quam Jovi porrigit, sinistrâ gestans clavam cum leonis exuviis: inter utramque figuram T. in imâ parte XXI. *Brandenburg.*

DIVO MAXIMIANO SEN FORTI..... Caput Maximiani velatum ac laureatum, ad humeros.

MEMORIAE AETERNAE. (4) Leo gradiens à dextris sinistrorsum: in imâ parte AP. *Fauvel.*

DIVO MAXIMIANO SEN FORT IMP. Caput Maximiani ut suprà.

MEMORIAE AETERNAE. Typus ut suprà: in imâ parte AT. *Fouc. nummus minutissimus.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MEMORIAE AETERNAE. (5) Leo gradiens ut suprà, cum clavâ in parte nummi superiore: in imâ parte RT. *Frad.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MEMORIAE AETERNAE. (6) Aquila alis expansis à dextris sinistrorsum, rostro dextrorsum converso: in imâ parte QR. *Fouc.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Diocletiano primùm occurrunt, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum.

(2) Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur etiam in Diocletiano quamplurimi nummi. Hic autem Maximiani nummus perperam in Mediobarbo describitur, ut suo loco videre est. Cæterum cur Jupiter & Hercules Conservatores Augustorum dicantur, pluribus cum in Diocletiano, tum in hoc Augusto monuimus.

(3) Cum eodem typo habentur nummi & in Diocletiano. Nummus hic Maximiani rarissimus est, & desideratur in Collectione Mediobarbi.

(4) Hæc epigraphe & hic typus in Claudio Gothico primùm occurrunt; iisque simillimos proponemus in Constantio: omnes post mortem Principum, quibus dicati sunt cusi; & hi quidem Maxentii jussu; qui cum Maximiani, dum inter homines esset, superba imperia ferre ita non potuisset, ut hunc ex Italiâ ejecerit, mortuum tamen consecrari voluit: ut sic saltem pietatis in patrem speciem præberet, postquam novi motus ab ejus ambitione timendi amplius non erant.

(5) Nummi Maximiani cum hoc typo cæteris, qui eandem præferunt epigraphen, rariores.

(6) Quod de superiori typo diximus, in hunc etiam convenit; nam in Claudio primum; deinde in Constantio tantùm occurrit: qui verò eandem epigraphen præferunt Romuli & Licinii Jun. nummi, ii diversis omninò typis insignes sunt.

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximiani & Herculis capita laureata jugata, ad humeros.

MONETA AVG. (1) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *S Genov.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Maximiani & Herculis capita ut ſuprà.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte KB. *Regius.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

ORIENS AVGG. (2) Sol ſtans vultu dextrorſum converſo, dextrâ elatâ & expansâ, ſiniſtrâ flagrum tenet: in imâ parte R. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AETERN. Figura muliebris ſtans dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte A. *Le Roy.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani galeatum ac laureatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. (3) Figura muliebris galeata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, clypeum humi poſitum cum haſtâ ſiniſtrâ: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte A. *Fouc. Regius.*

Alius cum lunâ bicorni à dextris in areâ, & B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. (4) Figura muliebris tunicata & ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ expansâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in imâ parte A. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte B. *RE. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *RE.*

Alius cum A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Fontaine.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *RE.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani dextrâ geſtantis globum, cætera ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. in imâ parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. in imâ parte. *Fouc. RE.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte B. *Le Roy.*

Alius cum C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte S. *Le Roy.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris P. in imâ parte MLXXI. *Fouc. MDM.*

Alius cum B. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Collegii.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

(1) Nummus hic & ſequens ob capita Maximiani & Herculis jugata rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummus hic Maximiani & ſequens rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum. Habentur ſimiles nummi & in Diocletiano, niſi quod Sol in primo loco flagri globum geſtat, & in ſecundo mulier ſiniſtrâ haſtæ non innititur, ſed eam tranſverſam gerit ſiniſtra.

(3) Minerva pro typo Pacis habetur etiam in Diocletiano, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic Maximiani cum rarioribus adnumerandus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(4) Nummi etiam cum hoc typo in Maximiano rari ſunt.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte S. *Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani galeatum ac radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte III. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. in imâ parte luna bicornis. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PAX AVGGG. (1) Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris P. in imâ parte..... *Le Roy.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVGG. (2) Figura paludata ſtans dextrâ elatâ ; à ſiniſtris ara ſeu cippus : in imâ parte PR. *Bau.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PIETAS AVGG. (3) Figura paludata ac laureata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, figuram muliebrem capite turrito ſtolatam, cornucopiæ geſtantem ſiniſtrâ, ac procumbentem ſublevat dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ : à dextris in areâ C. in imâ parte PTR. *Fouc. Hen.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

P M TR P VIII COS III PP. (4) Leo radiatus gradiens fulmen ore gerit : in imâ parte B. & ſtella. *Regius.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PRIMIS X MVLTIS XX. (5) Herculis ſtantis imago : in imâ parte XXIQ. *Hard.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PROVID AVGG. (6) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ ; juxtà pedes globus : à dextris in areâ P. in imâ parte C. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

PROVIDENT DEOR. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ ; juxtà pedes globus : in imâ parte II. *Fouc. Regius.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

REQVIES OPTIME MERITO. (7) Maximianus inſidens ſellæ curuli à ſiniſtris dextrorſum, dextram expanſam attollit, ſcipionem verò tenet ſiniſtrâ. *RE.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis deſideratur apud Mediobarbum : pertinet ad annum 289. quo anno capta, aut disjecta claſſe quam Herculius ingenti ſumptu per annum integrum ædificaverat & ornaverat, cum Carauſio Tyranno pax ad extremum convenit, cujus hæ leges fuere ; ut duobus Auguſtis tertius ille adjungeretur, Britanniamque & Aremoricæ partem eodem jure teneret, quo ipſi cæteras Orbis Romani Provincias. Nummi cum hac epigraphe in Maximiano, & Carauſio tantùm occurrunt.

(2) Nummi cum hac epigraphe rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum. Pietatem Diocletiani & Maximiani erga Deos duabus de cauſis prædicari à Romanis potuiſſe conſtat : primâ, quod *veteres religiones caſtiſſimè ab his curatæ*, ut tradit Aur. Victor : alterâ, quòd Deorum hoſtes Chriſtianos acerrimè perſecuti ſunt. Sed cum perſecutionem à militaribus viris cœpiſſe, & quidem aliquantum temporis intrà caſtra & prætoria conſtitiſſe Euſebius tradat : ſunt qui exiſtiment, hanc ſingulari typo figuræ paludatæ aris admotæ in ſingulari nummo hocce adumbrari, laudique Auguſtis duci, quòd milites ad Deorum cultum maximo ſtudio revocarent. Sed hæ conjecturæ ſunt.

(3) Nummus etiam hic rariſſimus cum ob epigraphen, tum ob typum peculiarem & novum ; deſideratur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad ſimillimum Conſtantii nummum adnotamus.

(4) Quid de ejuſmodi typo ſentiendum ſit, diximus ad nummum Diocletiani ex Æ. III. inſcriptum, P M TR P VII COS IIII PP. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(5) Nova epigraphe in Diocletiano, hîc in Mediobarbo deeſt : nummus verò rariſſimus, aut etiam ſingularis : ſed ad utrum annum 295. ne, an 296. pertineat, difficile eſt pro certo affirmare ; nam de tempore quo quinquennalia, decennalia, &c. vota ſolvi ſolenne erat, inter eruditos hactenus non convenit. Vide quæ ea de re diximus ad nummum Diocletiani Æ III. cum epigraphe, VOT X MVLT XX. Cæterum ut Diocletianus in nummo aureo inſcripto, PRIMI XX IOVI AVGVSTI. Jovis Statoris beneficio vigeſimum Imperii annum, imo ut decimum à ſe abſolutum, profitetur in nummo æreo cum epigraphe huic ſimillima ; ita hoc in nummo Maximianus Herculis Victoris numinis ſui benignitate ſe decimum annum jam imperaſſe, huicque vota à ſe pro ſalute ſuâ & incolumitate Imperii intrà alterum decennium nuncupari teſtatur : quod ab his more majorum factum eſt, à quibus inſtitutum erat, ut die Natali Urbis, & in ſolennitate Quinquennaliorum, &c. Jovem Statorem, & Herculem Victorem Deûm maximè invocarent, ut diximus ſuprà ad nummum Æ. III. inſcriptum HERCVLI VICTORI.

(6) Nummus hic Maximiani & ſequens cum rarioribus adnumerandi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(7) Hæc epigraphe nova, in Mediobarbo deſideratur ; nummus rariſſimus, aut etiam ſingularis.

DIVO MAXIMIANO SEN FORT IMP. Caput Maximiani velatum ac laureatum, ad humeros.

REQVIES OPTIMOR MERIT. (1) Typus ut suprà : in imâ parte ARS. *Bau.*

Alius cum PQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *S Genov.*

DIVO MAXIMIANO SEN P OPTIMO. Caput Maximiani ut suprà.

REQVIES OPTIMOR MERIT. (2) Typus ut suprà : in imâ parte A S. *Brandenburg.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros.

SALVS AVGG. Figura muliebris stolata, vultu sinistrorsum converso stans, dextrâ tenet serpentem, sinistrâ pateram ex quâ eum pascit. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

SALVS AVGG. Typus ut suprà. *Le Roy.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

SALVS AVGG. Typus ut suprà : in imâ parte A. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut suprà.

SALVS AVGG. Typus ut suprà : in imâ parte C. *Fouc. R.E. Bau. Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ tenet scipionem in cujus summitate aquila.

SALVS AVGG. Typus ut suprà : in imâ parte C. *Fouc. Fauvel. Val.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani dextrâ globum sustinentis, cætera ut suprà.

SALVS AVGG. Typus ut suprà : in imâ parte C. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

SALVS AVGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ C. absque literis in imâ parte. *Fauvel. Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT PERP. (3) Figura muliebris stolata, sinistrorsum conversa stans, dextram capiti admovet, cippo verò innititur sinistrâ. *Fouc.*

Alius cum I. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT PERP. Typus ut suprà : in imâ parte I. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

TEMPOR FELICIT. (4) Genius capite turrito sedens à sinistris dextrorsum, dextrâ tenet pateram, sinistrâ cornucopiæ : in imâ parte TR. *Hen.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

VICTORIA AVGG. Victoria tunicata ac succincta gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ : in imâ parte S. *Fouc.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut suprà.

VICTORIA AVGG. (5) Figura laureata ac paludata, vultu sinistrorsum converso,

(1) Nummi cum hac epigraphe in Claudio Gothico, Augusto hoc & Constantio tantùm occurrunt : & quidem his duobus cusi ab eodem videntur, cujus jussu prodiere superiores nummi inscripti, AETERNA MEMORIA. & AETERNAE MEMORIAE. Maxentio nempe, qui pietatis erga patrem, & cognatum laudem hujusmodi nummis quæsivit, cum illum ex Italia ejecisset, cum hujus verò filio acerrimas inimicitias exerceret. Nummi hujusmodi haud obvii.

(2) Nummus hic ob capitis epigraphen rarissimus est ; sed *Patrine optimo*, an *Principi optimo* legendum sit, haud satis scio.

(3) Nummi Maximiani hujuscemodi inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(4) Hæc etiam epigraphe in Mediobarbo deest : nummus verò rarissimus, aut etiam singularis ; nec scio an alias Felicitatem temporum repræsentet Genius cum paterâ & cornucopiæ : novum etiam Genium sedere.

(5) Nummi cum hac epigraphe rarissimi sunt, & desiderantur in Mediobarbo ; sed æreos huic simillimos in Diocletiano exhibuit, ubi alios etiam Æ. III. aliquantum diversos descripsimus Hi porrò nummi, in quibus Imperatores duo Victoriæ signum aut una sustinent, aut alter ab altero accipit, concordiæ suæ

ſtans à dextris, globum cum Victoriâ ſuſtinet dextrâ, ſiniſtrâ non apparente: ſtat à ſiniſtris ex adverſo figura ſimilis dextram protendens Victoriæ ſignum acceptura, haſtam verò tranſverſam geſtans ſiniſtrâ: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet globum.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria ſtans & pede lævo globum calcans, clypeo inſcribit VOTIS X. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtantis ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

VIRTVS AVGG. (2) Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ ſpiculum in hoſtem contorquet; alter ſub equo proſtratus jacet. *Fontaine*, *Quin.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVGG. Hercules nudus ſtans dextrâ clavæ innixus, ſiniſtrâ arcum & leonis exuvias tenet. *Frad.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. (3) Hercules Antæum enecans. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (4) Hercules cervum cornibus retinens. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (5) Hercules leonem ſuffocans, ad pedes clava jacens. *Regius.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani galeatum ac radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Branburg.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus, dextrâ poſt tergum reductâ, clavæ rupi impoſitæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias tenet: à dextris in areâ C. *Fouc. RE.*

Alius cum D. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte C. *Fontaine.*

Alius cum CI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte C. *Hen.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum III. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

fructum hunc Auguſtos duos reportaſſe ſignificant, quòd victorias ſuas alter cum altero communicaret; quod alias conſtabat ex nummis hujus Auguſti inſcriptis, VICTORIA SARMAT. cum Sarmatæ à Diocletiano profligati eſſent. Sed audiendus eâ de re Mamertinus in altero Panegyrico Maximiano dicto: *Quanta voſmet invicem pietate colitis? quæ unquam videre ſæcula talem in ſummâ poteſtate concordiam? qui germani, geminive fratres indiviſo patrimonio tam æquabiliter utuntur, quam vos orbe Romano? .... Vobis Rhenus, & Iſter, & Nilus, & cum gemino Tigris Euphrate, & uterque qua lucem accipit & reddit Oceanus, & quidquid eſt inter iſta terrarum, & fluminum, & litorum, tam facili ſunt æquanimitate communia, quantum ſibi gaudent eſſe communem oculi diem. Ita duplices vobis divinæ potentiæ fructus pietas veſtra largitur, & ſuo uterque fruitur, & conſortis imperio. Laurea illa devictis accolentibus Syriam nationibus, & illa Rhætica, & illa Sarmatica te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare. Itidem hîc gens Cavionum Erulorumque deleta, transrhenana victoria, & domitis oppreſſa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt. Dividere inter vos Dii immortales beneficia ſua non poſſunt: quidquid alterutri præſtatur, amborum eſt.*

(1) Decimum Maximiani annum Victoria quadam inſignem fuiſſe docet nummus hic rariſſimus, imò ſingularis; ſed de eâ altum eſt apud ſcriptores ſilentium. Quæ de hujus Auguſti Decennalibus monuimus, vide ad nummum inſcriptum PRIMIS X MVLTIS XX.

(2) Nummi Maximiani cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi cum hoc typo rariſſimi in Maximiano ſunt, nec extant apud Mediobarbum. In Antæi fabula non eſt cur diù immoremur, quam omnes norunt.

(4) Nummus hic Maximiani rariſſimus eſt. Vide nummum aureum huic ſimillimum.

(5) Nummi Maximiani cum hac epigraphe, & hoc typo inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum. Vide nummum ſimilem ex auro: ſequentes nummi haud obvii.

VIRTVS AVGG. (1) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà pedes clypeus humi poſitus: in imâ parte C. *Brandenburg.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum III. in imâ parte. *Fouc. Val.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVGG. Figura militaris ſiniſtrorſum converſa ſtans, & captivum manibus poſt tergum revinctis humi ſedentem pede lævo premens, haſtæ adnititur dextrâ, parazonium femori impoſitum tenet ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ C. in imâ parte PTR. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. (2) Jupiter nudus cum pallio à tergo pendulo ſiniſtrorſum converſus, ſtans à dextris, fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ſtat à ſiniſtris ex adverſo Hercules nudus dextram protendens, clavam verò cum leonis exuviis geſtans ſiniſtrâ: inter utramque figuram A. in imâ parte SML. *Fouc.*

IMP C VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram B. in imâ parte SML. *RDR.*

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram B. in imâ parte SML. *Regius. RDR.*

Alius cum D. inter utramque figuram, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy. Val.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Hercules nudus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, vultu retrorſum converſo, clavam geſtat dextrâ, trophæum verò erectum & leonis exuvias ſiniſtrâ: in imâ parte XXIA. *Frad.*

Alius cum XXIΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum XXIЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M VAL MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. (3) Victoria globo inſiſtens, Herculi coronam imponit. *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIT. *Regius.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGGG. (4) Mars galeatus cum pallio pendente ex humeris, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ haſtæ innititur, ſiniſtrâ clypeo humi poſito: à dextris in areâ S. à ſiniſtris P. in imâ parte MLXXI. *MDM.*

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGVSTORVM. (5) Hercules nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, leonis verò exuvias cum arcu geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ B. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXIA. *Frad.*

Alius cum XXIC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani galeatum ac radiatum, ad pectus cum loricâ.

(1) Nummi Maximiani cum hoc typo rari, cum ſequenti verò rariſſimi. Uterque deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummus hic Maximiani cum rarioribus adnumerandus eſt, nec extat apud Mediobarbum; cum ſequenti typo etiam rarus.

(3) Nummi Maximiani cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt.

(4) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & apud Mediobarbum deſideratur: cuſum verò conſtat, poſtquam Carauſio Auguſti titulus confirmatus eſt, hoc eſt poſt annum 289. quo pax cum tyranno facta, ut Britanniam & Aremoricæ partem eodem jure deinceps retineret, quo alii duo Auguſti cæteras Orbis Romani Provincias. Addunt quidam, quibus literas ML. *Moneta Londinenſis* interpretari libet, nummum hunc Carauſii juſſu cuſum; ſed quantum hujuſmodi conjecturis fidendum ſit, hactenus me neſcire fateor.

(5) Nummi Maximiani cum hac epigraphe inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum: cum ſequenti epigraphe & typo haud obvii.

VIRTVTI AVGG. Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus cum leone luctatur. *Fauvel. MDM.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà, cum clavâ à dextris. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani galeatum ac radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Val.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy.*

IMP C MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Maximianus capite radiato, ad pectus dextrorſum, dextrâ geſtat clavam humero dextro, leonis exuvias humero ſiniſtro.

VIRTVTI AVGG. (1) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. *Val.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani galeatum & radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VIRTVTI AVGG. Hercules typo quo ſuprà: retro Victoria ſublimis tunicata & ſuccincta, coronam lauream capiti ejus imponit, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP ● MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius. Val.*

IMP C MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani ut ſuprà.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà; ſed Victoria clavæ à tergo inſiſtit. *Stoſchii.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VIRTVTI AVGG. (2) Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus, dextrâ poſt tergum reductâ, clavæ rupi impoſitæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias geſtat: à dextris in areâ S. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Maximianus capite radiato, ad pectus nudum, dextrorſum, cum leonis exuviis ſuprà humeros, clavam geſtat dextrâ humero dextro.

VIRTVTI AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. à dextris in areâ. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

VOTIS X. (3) Figuræ duæ togatæ ſtantes ex adverſo, libant ad tripodem intermedium ſuprà quem ignis accenſus, dextrâ tenentes ſcipionem. *Fouc. Bau. SG.*

Alius cum C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VOT X M XX. (4) in coronâ. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VOT XX. in coronâ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX Θ. in coronâ. *RE.*

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOT XX. in coronâ. *Fouc. RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX A. in coronâ. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX Γ. in coronâ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX P. in coronâ. *Bau. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VOT XX Δ. in coronâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX ϛ. in coronâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX P. in coronâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad humeros.

VOT XX ϛ. in coronâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX P. in coronâ. *MDM.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maxi-

(1) Nummus hic Maximiani ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus eſt; ſequentes rari.
(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt, ſequens verò ob capitis typum rariſſimus.
(3) Vide quæ ad ſimillimum nummum argenteum ſuprà adnotavimus. Nummus hic inter rariores recenſendus eſt, nec extat apud Mediobarbum.
(4) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

miani radiatum, ad pectus cum lorica.

VOT XX Δ. in coronâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX Θ. in coronâ. *Fouc.*

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VOT XX Δ. in coronâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX Є. in coronâ. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX ς. in coronâ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX FK. in coronâ. *Fouc. RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOT XX ς. in coronâ. *RE.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani radiatum, ad humeros.

VOT XX P. in coronâ. *Fouc.*

MAXIMIANVS AVG. Caput Maximiani laureatum.

VOT XX AVGG. (1) in coronâ. *Hard.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOTIS XXX. in coronâ. *Regius. Val.*

IMP MAXIMIANVS P AVG. Caput Maximiani ut suprà.

VOTIS XXX. in coronâ. *MDM.*

MAXIMIANVS P F AVG. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

VTILITAS PVBLICA. (2) Figura muliebris stans utrâque manu ad pectus compositâ, & stolâ involutâ: in imâ parte R. *Regius.*

(1) Nummus hic Maximiani, & duo sequentes cum rarioribus adnumerandi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Simillimus huic nummus occurrit & in Diocletiano, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic Maximiani rarissimus est, & desideratur in Collectione Mediobarbi.

## *NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.*

MAΞIMIANOC CEB. *Maximianus Augustus.* Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

L. A. *An.* 1. Victoria gradiens coronam lauream tenet dextrâ: ad pedes palmæ ramus. *RE.*

A K M A OYA MAΞIMIANOC CEB. *Imp. Cæsar Marcus Aurelius Valerius Maximianus Aug.* Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. A. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, oleæ ramum tenet dextrâ, hastam transversam sinistrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, caput Serapidis adversum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Jupiter stans, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ hastam. *Hard.*

A K M OYA MAΞIMIANOC CEB. Caput Maximiani ut suprà.

L. A. Figura muliebris stans, dextrâ elatâ, sinistrâ geminum cornucopiæ tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. *An.* 2. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorsum converso stans, florem tenet dextrâ, tunicam verò colligit sinistrâ. *Fouc. Regius. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris, cætera ut suprà, sinistro cubito cippo innititur. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris dextrorsum gradiens, florem tenet dextrâ, tunicam verò colligit sinistrâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris galeata ac stolata, sedens à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum adversum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: juxtà sellam clypeus. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Aquila à sinistris dextrorsum, coronam lauream gestat rostro sinistrorsum converso: à dextris in areâ stella. *Fouc.*

A K M A OYA MAΞIMIANOC CEB. Caput Maximiani ut suprà.

L. B. Victoria tunicata ac succincta gradiens à dextris sinistrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. *An.* 3. Typus ut suprà. *Fouc. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ extensâ & expansâ, cornucopiæ geminum gestat sinistrâ. *Fouc.*

MAΞIMIANOC CEB. Caput Maximiani laureatum, ad humeros.

L. Γ. Aquila alis expansis coronam lauream gestat rostro: à dextris in areâ stella. *RE.*

Α Κ Μ ΟΥΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Maximiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. Γ. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. *An.* 4. Figura muliebris capite turrito ſtolata ſtans, caput Serapidis adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ vero adnititur ſiniſtrâ. *Regius.*

Α Κ Μ Α ΟΥΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Maximiani ut ſuprà.

L. Δ. Typus ut ſuprà. *Fouc. Fontaine.*

ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Maximiani ut ſuprà.

L. Δ. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet trophæum, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

Α Κ Μ Α ΟΥΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Maximiani ut ſuprà.

L. Є. *An.* 5. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Α Κ Μ ΟΥΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Maximiani ut ſuprà.

L. Є. Typus ut ſuprà. *Regius.*

ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Maximiani ut ſuprà.

L. ϛ. *An.* 6. Figura nuda dextrâ geſtat galeam, ſiniſtrâ clavam. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ϛ. Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis tenet ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ϛ. Victoria tunicata ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Z. *An.* 7. Victoria typo quo ſuprà, gradiens à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Z. Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, clavam verò demiſſam cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Z. Hercules ſedens ſiniſtrâ clavam geſtat: in imâ parte Β. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Z. Spes ſtans cum flore: supernè ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Η. *An.* 8. Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ЄΝΑΤΟΥ. *An.* 9. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protensâ & expansâ, cornucopiæ geminum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ЄΝΑΤΟΥ. Typus ut ſuprà: in imâ parte Γ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Ι. *An.* 10. Figura muliebris ſtans, dextrâ geſtat ramum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Ι. Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Fontaine.*

Α Κ Μ ΟΥΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕ. Caput Maximiani ut ſuprà.

L. ΙΕ. *An.* 15. (1) Aquila inſtans clavæ, coronam lauream roſtro tenet: retrò ſpicæ duæ: ex adverſo tridens, cui ſerpens circunvolvitur. *Triſtan.*

(1) In decimo Herculii anno deſinunt ejus nummi Ægyptiaci, quos hactenus contrectare licuit; ſed hunc cum anno decimo quinto Triſtanus exhibuit, alium etiam Occo cum anno vigeſimo: Α Κ Μ Α ΟΥΑ Α ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *alii* ΕΕϹΕ. L. Ι Η. *Imp. Cæſar Marcus Aurelius Valerius Maximianus Auguſtus.* alii, *Pius Felix Auguſtus. an.* 18. At Occonis nummos Ægyptiacos multum ſalvere jubent eruditiſſimi aliquot Antiquarii: in Triſtani verò nummo L. E. *an.* 5. ſcriptum fuiſſe, eo magis conjicere licet, quod ipſe L. I E. deſcribat; ſcilicet ut literæ, I, levia admodum veſtigia apparere indicet. Cæterum vide quæ ad nummum hunc acutè (verè enim dicere vereor) adnotat laudatus Triſtanus.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *incerti moduli.*

MAXIMIANVS P F AVG.

ABVNDANTIA AVGG. Abundantia ex cornucopiæ fundens nummos.

DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIVS AVG F.

AETERNA MEMORIA...ST. Templum ſex columnarum rotundum, ſemiapertum, in cujus ſummitate aquila.

IMP MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO PATRI SOCERO.

AETERNA MEMORIA NOSTP. (1) Typus ut ſuprà.

(1) Nummum hunc ex Occone exſcripſit Mediobarbus; ſed is vel Gal. Maximiano cuſus eſt, vel ejus capitis epigraphe è duobus nummis conflata eſt, quorum deſcriptio haud ſatis accurata ad Occonem

. . . . . . . . . . . . . .

AETERNIT AVGG. Elephas, cui insidet puer.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

COMES AVGG. (1) Figura militaris.

. . . . . . . . . . . . . . .

COMES AVGVSTORVM NN PT. Hercules nudus, dextrâ clavam, sinistrâ arcum cum leonis exuviis caput tectum habens.

. . . . . . . . . . . . .

CONCORDIA AVGG. Duæ figuræ stantes.

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG.

CONCORD MILITVM. KΔ. Duæ figuræ sibi invicem porrigentes Victoriolam.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA MILITVM F ALE. Typus ut suprà.

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG.

CONCORDIA MILITVM KB. Duæ figuræ jungentes dextras, in medio Victoria lauream tenens.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA MILITVM KΓ. Duæ figuræ militares globum sustinentes in quo Victoriola.

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG.

CONSERVATOR AVGG XXIBKOV.(2) Duæ figuræ super aram ignitam jungentes dextras.

Eadem epigraphe.

CONSERVATOR AVGG XXIBKOV.(3) Hercules cum clavâ, & Jupiter cum hastâ.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

CONSERVATORES KART SVAE. Templum.

Alius cum PKA. in imâ parte, eodem typo.

IMP MAXIMIANVS SEN AVG.

CONSERVATORES KART SVAE PKA. Templum sex columnarum, in quo mulier sedet, utrâque manu protensâ fructus tenens.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

CONSERV VRB SVAE TT. Templum sex columnarum.

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

CONSERV VRBS SVAE TT. Templum sex columnarum, in cujus medio Roma sedens.

Eadem epigraphe.

CONSERVATORES VRB SVAE. Typus ut suprà: in imâ parte PT.

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

CONSERVATORES VRBIS SVAE PT. Typus ut suprà.

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.

FELIX ADVENT AVGG NN. Figura militaris, dextrâ labarum cum icunculâ.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

FELIX ADVENT AVGG NN KKS. Figura peregrinantis habitu, dextrâ labarum; ad pedes icuncula.

. . . . . . . . . . . . . .

FELIX ADVENT AVGG NN PKS. Figura muliebris stans, capite elephantis proboscide ornato, dextrâ labarum, sinistrâ cornu elephantis; ad pedes leo.

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

FIDES MILITVM. Figura sedens sinistrâ signum militare: in imâ parte PTA.

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo.

DN MAXIMIANO SEN AV AVG.

FIDES MILITVM AQP. Figura stans singulis manibus signum militare.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. Typus ut suprà: in imâ parte AQP.

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo.

IMP C MAXIMIANVS P F AVG. *in alio* Caput galeatum, dextrâ hastam, sinistrâ scutum.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN AQST. Figura stans inter duo signa militaria.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO AVGVSTI SIS. Genius stans, dextrâ pateram, sinistrâ cornucopiæ.

Alius cum GPT. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & Δ SIS eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & GSIS. eodem typo.

IMP MAXIMIANVS PIVS AVG.

GENIO CAESARIS. (4) luna bicornis, BSIS. Typus ut suprà.

transmissa fuerit: & in primo quidem legi potuit, DIVO MAXIMIANO PATRI. hoc est, Herculio: in altero, DIVO MAXIMIANO SOCERO. hoc est Galerio: quod cum ignoraret horum nummorum possessor, hos ita descripsisse verisimile est, DIVO MAXIMIANO PATRI. *al.* SOCERO.

(1) Hunc nummum exhibet Mediobarbus ex Occone, sed perperam descriptum; quippe pro typo non figura militaris, sed Pallas habetur, ut videre est suprà in nummis æreis III. sequentem nummum rarissimum, imò singularem exhibuit ex Tristano.

(2) Videtur hic nummus haud diversus ab eo quem inter nummos æreos III. suprà protulimus, ubi Imperator & Hercules stantes tripode intermedio cernuntur, & cum iisdem literis in ima parte, nisi quod ibi loco V. habetur Y. Nummus hic ex Occone, qui pro more pessimè descripsit, exhibetur.

(3) Nummum hunc rarissimum ob typi novitatem profert Mediobarbus ex proprio cimelio.

(4) Nummum hunc rarissimum imò singularem cum nova epigraphe profert Mediobarbus ex Occone.

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG.

GEN POP ROM. C I NSPLC. Genius ante aram accensam, cum paterâ, & cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

GENIO POP ROM. ANT. Genius stans, dextrâ pateram, sinistrâ cornucopiæ.

Alius cum HHT. eodem typo.

Alius cum PTR. eodem typo.

Alius cum SB. eodem typo.

IMP C M AVREL VAL MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO POP ROM. SAPTR. Typus ut suprà.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO POP ROM. ZPLN. Typus ut suprà.

DN MAXIMIANO P F S AVG.

GENIO POP ROM. PIN. Typus ut suprà.

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO POPVLI ROMANI. AA. Typus ut suprà.

Alius cum KE. eodem typo.

Alius cum S. eodem typo.

IMP MAXIMIANVS AVG.

GENIO POPVLI ROMANI. AQS. Typus ut suprà.

Alius cum BLC. eodem typo.

Alius cum PTR. eodem typo.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà.

Alius cum AQS. eodem typo.

Alius cum NT. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & ASIS. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & BSIS. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & TSIS. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & ΔSIS. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & ESIS. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & GSIS. eodem typo.

Alius cum ATTR. eodem typo.

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO POPVLI ROMANI. PT. Genius nudus, dextrâ pateram, sinistrâ cornucopiæ, capite calathro tecto.

Alius cum RTPT. eodem typo.

Alius cum ST. eodem typo.

MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO POPVLI ROMANI. SFPTR. Deus Genius capite turrito, dextrâ elatâ cum paterâ, sinistrâ cornucopiæ.

IMP C MAXIMIANVS AVG. Capite laureato, dextrâ jaculum, sinistrâ scutum.

GENIO POPVLI ROMANI. APLC. Deus Genius ad aram.

Alius cum AQT. eodem typo.

DN MAXIMIANO P F S AVG.

GENIO POPVLI ROMANI. PTR. Genius nudus radiatus, dextrâ pateram, sinistrâ cornucopiæ; hinc & inde S A.

IMP M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.

HERCVLI CONSERVAT PXXIT. Hercules nudus stans, dextram fœmori imponit, sinistrâ leoninam cum clavâ cippo insistentem tenet.

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.

HERCVLI CONSERVAT SXXIT. Typus ut suprà.

Eadem epigraphe.

HERCVLI CONSERVAT. Hercules nudus coronatus cum leonis exuviis: in imâ parte PXXIT.

Alius cum VXXIT. in imâ parte, eodem typo.

IMP C M VAL MAXIMIANVS AVG.

HERCVLI CONSERVAT. AXXIT. Hercules stans, dextrâ ramum, sinistrâ clavam, & leonis exuvias.

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG.

HERCVLI CONSERVAT. Hercules cum leonis exuviis, arcu, & clavâ: in imâ parte PXXIT.

Alius cum SXXIT. in imâ parte, eodem typo.

DN MAXIMIANO P F S AVG.

HERCVLI CONSERVATORI IPV. Typus ut suprà.

. . . . . . . . . . . . .

HERCVLI DEBELLATORI. Hercules cum hydrâ victor pugnans.

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG.

HERCVLI PACIFERO. Hercules stans, dextrâ ramum, sinistrâ leonis exuvias.

IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG.

HERCVLI PACIFERO. T. Hercules dextrâ ramum, sinistrâ clavam.

IMP MAXIMIANVS AVG.

IOVI AVGG. Jupiter sedens, dextrâ Victoriolam, sinistrâ hastam.

. . . . . . . . . . . .

IOVI AVGG. Stans.

IMP M A VAL MAXIMIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVAT. PXXIT. Jupiter stans, dextrâ fulmen, sinistrâ hastam.

IMP M A VAL MAXIMIANVS AVG.

IOVI CONSERVAT. PXXIT. Typus ut suprà.

IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVAT TXXIT. Typus ut suprà.

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVAT. Typus ut suprà: in imâ parte IXXIT.

Alius cum PXXIT. in imâ parte, eodem typo.

IMP C M VAL MAXIMIANVS AVG.

IOVI CONSERVAT. SXXIT. Jupiter ut suprà; à tergo duo signa militaria; ad pedes aquila.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVAT AVGG. Jupiter dextrâ fulmen, sinistrâ hastam.

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.

IOVI ET HERCV CONSER AVGG. XXIZ. (1) Duæ figuræ militares porrigentes dextras, cum Victoriolâ in medio.

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS AVG.

IOVI ET HERCVLI MONETA AVG. (2) Dea Moneta cum attributis stat inter Jovem & Herculem; hic dextrâ clavam, sinistrâ leonis exuvias tenet; ille dextrâ hastam, sinistrâ fulmen.

. . . . . . . . . . . . . .

MEMORIAE AETERNAE. FT. Leo, & clava.

DIVO MAXIMIANO SEN FORT IMP.

MEMORI AETERNAE. RP. Leo gradiens, suprà quem astrum.

Eadem epigraphe.

MEMORIAE AETERNAE RP. Aquila.

DIVVS MAXIMIANVS SEN FORT IMP.

MEMORIAE AETERNAE GP. Aquila.

DIVO MAXIMIANO SEN OPTIMO FORT IMP.

MEMORIAE AETERNAE. Aquila.

Eadem epigraphe.

MEMORIAE AETERNAE. Aquila insistens fulmini.

Eadem epigraphe.

MEMORIAE AETERNAE. Leo gradiens.

VIRTVS MAXIMIANI AVG. Bustum capite laureato, dextrâ capistro equum retinens, sinistrâ scutum, in quo lupa cum gemellis.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis.

Eadem epigraphe. Bustum Maximiani, dextrâ equum fræno retinens, sinistrâ scutum, in quo lupa cum gemellis, & Ficus ruminalis; in thorace caput Medusæ.

MONETA AVGG. Typus ut suprà.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

MONETA S AVG ET CAESS NN FITR. Moneta stans cum bilance, & cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

PAX AVG. Figura stans, dextrâ ramum, sinistrâ hastam: in areâ I. & stella: in imâ parte BTR.

IMP MAXIMIANVS AVG.

PAX AVGG B. Figura stans, dextrâ globum cum Victoriolâ, sinistrâ hastam per transversum.

Alius cum III. eodem typo.

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

PAX AVGG S. Typus ut suprà.

IMP MAXIMIANVS PIVS AVG.

P M TR P II COS PP. SC. Currus triumphalis.

DN MAXIMIANO BEATISSIMO SEN AVG.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. PLC. Duæ figuræ stantes, quarum una hastam sinistrâ, dextrâ spicas tenet.

DN MAXIMIANO FELICISSIMO SEN AVG.

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG RQS. Duæ figuræ sese mutuò aspicientes.

MAXIMIANVS P F AVG.

QVIES AVG. BAPTR. Figura stans, dextrâ spicas, sinistrâ hastam.

DIVO MAXIMIANO OPTIMO.

REQVIES OPT MAX. (3) Figura sedens.

DIVO MAXIMIANO SEN FORTISSIMO. Figura velata & laureata.

REQVIES OPTIMO MERIT. RS. Figura laureata sellæ curuli insidens, dextrâ elatâ, sinistrâ sceptrum.

DIVVS MAXIMIANVS SEN FORT IMP.

REQVIES OPTIMO MERIT. RP. *alius* RT.

. . . . . . . . . . . . . . .

REQVIES OPTIMO PRINCIPI. (4)

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

SACR MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Moneta stans cum bilancibus & cornucopiæ: in imâ parte AQPVI.

Alius cum AQSIII. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TSIS. in imâ parte, eodem typo.

(1) Exhibet hunc nummum Mediobarbus ex Occone, sed perperam pro more descriptum, ut suprà videre est in nummis æreis III. ubi ex altera parte Hercules, ex altera verò Maximianus cernuntur; hic cum globo & hasta; ille cum Victoriola & clava.

(2) Vide nummum maximi moduli inscriptum MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG.

(3) Hunc nummum rarissimum profert Mediobarbus ex Occone.

(4) Nummus hic rarissimus exhibetur à Mediobarbo ex Patini Indice, fol. 31.

Alius cum ſtellâ in areâ, & BRT. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum ſtellâ in areâ, & TT. in imâ parte, eodem typo.

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR TT. Typi diverſi.

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.

SACRA MONETA AVGG ET CAESS NN. Moneta ſtans, dextrâ bilances, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. B. Figura ſtans ornamento capitis inſtar coronæ cincta, & habitu veſtita peregrino, utrâque manu expanſâ tenens fructus.

IMP MAXIMIANVS AVG.

SALVS AVGG. Dea Salus cum ſerpente.

Eadem epigraphe.

TR P II COS II PP. (1)

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

VIRTVS AVG. XXIC. Hercules nudus, dextrâ clavam, ſiniſtrâ arcum cum leonis exuviis.

IMP MAXIMIANVS AVG.

VIRTVS AVGG. Hercules nudus, dextrâ clavam, ſiniſtrâ leonis exuvias.

IMP MAXIMIANVS P F AVG.

VIRTVS AVGG. XXIT. Hercules nudus, dextrâ clavam, ſiniſtrâ leonis exuvias cum trophæo.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVGG. XXIT. Victoria globo inſtans, ſiniſtrâ palmam, dextrâ lauream imponit Herculi, dextro fœmore clavæ innixo.

. . . . . . . . . . . .

VIRTVS AVGG. PROM. Hercules nudus cum leonis exuviis, cervum Menalium cornibus apprehendit.

INP MAXIMIANVS P F AVG. Caput cum buſto, humeris haſtam tenens.

VIRTVS AVGG ET CAESS NN. AQP. Equeſtris figura captivum ſupplantans.

. . . . . . . . . . . .

VIRTVTI AVGG. Hercules nudus aprum Erymanthium humeris ferens, dextrâ clavam.

(1) Nummum hunc qui in Mediobarbo deeſt, nulla vel metalli vel moduli mentione facta, Emin. Card. Noris exſcripſit è Panvinio; qui, cum ex eo conjeciſſet Maximianum Conſulem II. fuiſſe anno 287. quia ejus anni Kalendis Aprilis alterum Tribunitiæ poteſtatis, ſive Imperii annum occœperat; Faſtos Conſulares ab eruditiſſimo & diligentiſſimo alioqui viro depravatos hac in parte fuiſſe, laudatus Cardinalis demonſtravit ope ſingularis nummi quem in Diocletiano deſcripſimus, inſcripti, DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO CCSS. Maximianumque Conſulem II. anno 288. cum Januario fuiſſe, ut in Faſtis Græcis apud Scaligerum, & ab Anonymo Bucheriano ſcriptum erat, perſpicuè oſtendit. Cæterum Inſcriptionem Tarracone repertam, cui de altero Herculii Conſulatu cum hocce nummo convenit libet hîc è Grutero pag. 281. exſcribere: nec verò abs re erit, opinor, eas proponere, quæ de tertio ejuſdem Auguſti Conſulatu mentionem faciunt, cum nullus ad hanc ætatem nummus prodierit, qui illum celebraret: quatuor porro Gruterus publico dedit; primam & tertiam pag. 281. ſecundam pag. 192. è laudato Panvinio; (cæteræ Romæ repertæ) quartam denique pag. 1086.

IMP. CAES. MAR. AVREL
VAL. MAXIMIANO. P. F. IMP. AVG
PONT. MAX. TRIB. POTEST. II. CONS
II. PROCONS
POSTVM. LVPERCVS. V. PERF
PRAESES. PROV. HISP. CITER
DEVOTVS. NVMINI
MAIESTATIQ
EORVM

1

MAGNO. INVICT. AC
SVPER. OMNES. RETRO
PRINCIPES. FORTISSIMO
IMP. CAES. M. AVRELIO
MAXIMIANO. PIO. FEL
INVICTO. AVG. COS. III.
P. P. PROCOS
SEPTIMIVS. VALENTIO. V. C
AVG. PRAEF. PRAET. COM. VV
D. N. M. Q. EIVS

2

IMP. CAES. M. AVRELIVS
VALERIVS. MAXIMIANVS
INVICTVS. AVGVSTVS. SARM
MAX. GOTH. MAX. PONT. MAX.
IMP. VIII. COS. III. P. P. PRO. COS
ITER. REPARAVIT

3

M. AVREL VAL
MAXIMIANO
INVICTO. AVG
PONT MAX. IMP
VIII. COS. III
P. P. P

4

M. AVRELIO
VAL. MAXIMIANO
INVICTO. AVG. PONT
MAX. IMP. VIII
COS. III
P. P. P

.............

VIRTVTI AVGG. Hercules cum leone pugnans, ad pedes clava.

..............

VIRTVTI AVGG. Hercules cum leone pugnans, à Victoriâ coronatur.

............

VIRTVTI AVGG NN. Typus ut suprà.

.............

VIRTVTI HERCVLIS. SC. Hercules nudus clavæ nixus sinistro brachio cum leonis exuviis.

IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG.

VOT XXA. in coronâ.

Eadem epigraphe.

VOT XX FK. in coronâ.

IMP C M A MAXIMIANVS AVG.

VOT XX FK. in coronâ querceâ.

IMP C M A MAXIMIANVS.

VOT XX P. in laureâ.

IMP C MAXIMIANVS P F AVG.

VOT XX P. in laureâ.

.............

VOT XXX AVGG. in laureâ.



## EUTROPIA.

GALERIA VALERIA EUTROPIA Syra mulier, Maximiani Herculii uxor fuit, Maxentiique & Faustæ Constantini conjugis mater. Quæ ad mores, vitam, mortemque ejus pertinent oblivio intercepit: sed ignoto cuidam viro, antequam Maximiano uxor daretur, nupsisse constat; eique filiam pepererat Theodoram, quam vitricus Constantio Cæsari in manum convenire jussit anno 292.

*Eutropiæ hanc nummi partem exscripsit Mediobarbus Comes è Goltzio.*

GAL VAL EVTROPIA AVG.



## ÆLIANUS.


LUCIUS POMPONIUS ÆLIANUS, quem ignobili genere ortum conjicimus, cum Gallorum plerosque Romanæ dominationis impatientes ad defectionem spectare cerneret, Ducem se nonnullis agricolis anno 284. præbuit, incursatisque primùm agris, ubi affluentibus in diem copiis justum exercitum conflavit, purpuram tandem sumpsisse, atque ipsas urbes tentasse fertur. Huic Comitem Amandum adjungunt Scriptores, Bagaudasque appellant, qui utriusque authoritatem secuti sunt: sed fœdissimam rebellionem Maximianus Herculius sub ipsum adventum suum conpescuit anno 287. cæsisque in acie, ut videtur, Ducibus, plerique eorum milites in suos quisque agros dilapsi, aratrum tandem retractare cœperunt.

*Æliani hanc nummi partem Mediobarbus ex Occone exscripsit.*

IMP C L AELIANVS P F AVG.

# AMANDUS.

Cneus Salvius Amandus alter Bagaudarum Dux Augusti quoque nomen sumpsit: sed quæ de Æliano diximus, hæc de Amando etiam dicta velim existimes: quamobrem illum videsis suprà.



## NUMISMATA LATINA Æ. III.

Imp c c amandvs p f avg. Caput Amandi radiatum cum barbâ, ad humeros.

spes p a iv p iii. (1) Figura muliebris galeata ac paludata stans dextrorsum conversa, dextrâ hastam tenet, sinistrâ clypeo humi posito innixa. *Fouc.*

(1) Nummus hic Amandi rarissimus imò singularis est, & desideratur in Collectione Mediobarbi. Amandi hanc nummi partem è Goltzii Thesauro exscripsit Mediobarbus: imp c cn sal amandvs p f avg. sed Thesaurum illum quis nescit plurima dubiæ saltem fidei continere?

# JULIANUS.


Julianus quoque inter tyrannos hujus ætatis ab utroque Victore recensetur: sed hunc Aurelius in Africâ, Junior contrà in Italiâ rebellasse scribit. Marcum Aurelium Julianum vidimus suprà Pannoniarum ac Venetiæ tyrannum à Carino devictum: an ambos confundit Victor Junior? huic enim omnia turbare solenne est: sed hunc adacto per costas pugione, se in ignem conjecisse prodit. Quod si alterum in Africâ regnasse velis, anno 298. una cum Quinquegentianis Mauris debellatum dicendum est, ad eumque Inscriptionem referre poteris, quam Mediobarbus ex Goltzio exscripsit, quamque tibi hîc exhibere libet.

imp c q trebon ivlianvs avg.

# VAL. CONSTANTIUS.

FLAVIUS VALERIUS CONSTANTIUS nobilissimus omnium suæ ætatis Imperatorum, præcipuam quoque comitatis & clementiæ laudem tulit. Eutropii filium fuisse ferunt, viri inter Dardanos conspicui, & Claudiæ, cujus pater Crispus, alter Claudii Gothici frater. Quâ de causâ Sertorius quidam in Inscriptione Ravennæ propositâ, quam Gruterus pag. 283. exhibet, Constantinum hujus Principis filium Claudii nepotem appellabat: quod etiam Trebellium Pollionem impulit ad scribendum, Claudio de posteris suis consulenti responsum à nescio quodam Apennini oraculo fuisse, his *nec metas rerum nec tempora* poni: hoc enim effatum idcirco literis à se consignatum vetus Scriptor profitetur, ut intelligerent homines Constantium, sanctissimum Cæsarem, ut ex Augustâ familiâ ortum esse, & multorum Augustorum parentem fore. Quominus humanioribus literis operam daret obstitit temporum calamitas, quibus tuendum erat magis quàm ornandum Imperium: quamobrem militiæ, ut primum per ætatem licuit, dato nomine, parendo imperare didicit, eamque sub Principibus Aureliano & Probo rei militaris peritiam comparavit, quâ sibi deinde locum inter maximos Imperatores vindicavit. Protector primum ac deinde Tribunus, postremo Dalmatiæ Præsidatum à Caro accepit, cui ita acceptus fuit, ut Carini filii moribus offensus Princeps gravis, si quidem fides Vopisco habenda est, Constantium Cæsarem creare in animo habuerit: sed hoc fulmine assumpto, Numeriano deinde & Carino cæsis, Diocletianus ad Imperium pervenit, à quo Constantius Cæsar unà cum Galerio Maximiano renuntiatus est Kal. Martiis anni 292. missusque in Gallias, privignam Herculii Theodoram uxorem duxit, cum priori Helenæ, è quâ Constantinum susceperat, repudium renuntiasset. Sarmatas à Constantio adhuc privato è Ponto ejectos, Constantinus Porphyrogenitus prodidit; sed huic scriptori nugari solenne est; quamobrem quæ ab eodem jam Cæsare gesta sunt, enarrare præstat. Tenebat eâ tempestate non Britanniam Insulam solùm, sed eam quoque Galliarum partem quæ Oceano alluitur Carausius, cui post disjectam classem pax ab Herculio concessa fuerat anno vel 289. vel 290. Hunc statim adoriendum censuit Cæsar noster, obsessamque sub adventum suum Gessoriacum fame, & omnium rerum inopiâ ad deditionem tandem compulit, cum objecto aggere hujus urbis portum occlusisset. Gessoriaci fortunam secutæ sunt cæteræ Galliarum urbes, receptaque eodem virtutis ac felicitatis impetu Batavia, quam à Francis anno 287. occupatam suo loco monuimus; sed Britannia Imperio ante annum 297. restitui non potuit: quod interjectum fuit temporis, id omne ædificandis navibus, informandisque ad nauticas artes classicis impensum est. Hostem interea mutaverat fortuna, Carausioque anno 294. interfecto Allectum ejus sicarium suffecerat, qui partum scelere Imperium triennium tamen integrum retinuit. Hunc duplici classe aggressus Constantius, quarum unam ipse duxit, alteri Asclepiodotum Prætorio Præfectum præesse jussit. Alterutri suam classem obstituram confidebat tyrannus; sed ubi amborum exercituum appulsu res suas in angusto collocatas

catas vidit, consilii inops, cum Asclepiodoto tamen quàm cum Constantio decertare maluit; quamobrem conversis in illum viribus, fata sua illic invenit: in acie enim fuisse cæsum Eumenius testatur, reliquias exercitus cum Londinum se reciperent, à Romanis qui cæterâ classe avulsi illuc appulerant, confectas. Postquam Britanniæ saluti & quieti consuluit Cæsar, Gallias quoque superioribus temporibus à Germanis devastatâs reparare statuit; & sicut in Treverorum & Nerviorum arva ante aliquot annos Lætos & Francos Herculius, ita in Bellovacum, Ambianum, Tricassinum & Lingonicum Francos bello captos ipse deduxit, quos indigenis mixtos mansuescere aliquando posse confidebat. Sed hanc in curam incumbentem assidua cum Germanis bella sæpè retardabant, quos Herculius non ita domuerat, ut Rhenum transgredi, Galliasque infestis signis petere non interdum auderent. Tres Constantii pugnas contrà illos memorant Scriptores: primam Lingonicam, quâ oppressus ab hoste incautus, penè accidit ut caperetur, sed adventante post quinque horas exercitu ingentem barbarorum stragem edidit: alteram in Vindonis campis nobilissimam: tertiam denique in Insulâ quâdam Rheni, quam Germani per occasionem acerbissimi frigoris quo amnis hic concretus fuerat, occupaverant: sed laxato flumine interclusi, deditionem Romanis facere coacti sunt. Hæc à Constantio Cæsare gesta invenimus: anno demum 305. Kal. Maii Imperator in Maximiani Herculii locum suffectus est, retentisque Galliis, Hispaniis, Britanniâ quas ipsi Diocletianus olim attribuerat, Italiam & cæteras Occidentis Provincias novo Cæsari Flavio Valerio Severo reliquit: sed supremam potestatem, quâ ad suorum magis, quàm ad propriam felicitatem usum fuisse auctores omnes tradidere, haud multo plus anno retinuit; cum enim Pictos & Caledonios in Britanniâ turbantes aliquot præliis profligasset, repentino morbo oppressus, die Julii 25. anno 306. Eboraci obiit in complexu Constantini filii, quem moriens Cæsarem appellasse fertur. Liberos sex ex alterâ uxore Theodorâ susceperat Constantius, Delmatium, quem Censoriâ dignitate Constantinus frater ornavit, Annibalianum quoque à Theophane appellatum: Julium Constantium Galli Cæsaris, & Juliani Apostatæ patrem, Constantii Augusti jussu anno 337. interfectum: Constantinum, pro quo nonnulli Gallum, aut Annibalianum scribunt: de quo altum apud Scriptores silentium: Constantiam Licinio Augusto nuptam anno 313. Anastasiam Bassiani uxorem: ac denique Eutropiam, quæ Nepotianum tyrannum Nepotiano Consulari viro, ut quidem videtur, peperit.













































F. Ertinger sc.

## NUMISMATA AUREA.

CONSTANTIVS N C. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

COMITATVS AVGG. (1) Duo Imperatores in equis ſedentes, ad dextram converſi, dextris expanſis & elatis, ſiniſtrâ ſceptrum tenent: in imâ parte PT. *M.*

CONSTANTIVS P F AVG. Conſtantius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

CONCORDIA AVGG ET CAESS. (2) Figuræ duæ paludatæ ac ſuccinctæ una globum tenentes; quæ à dextris eſt capite nudo, ſiniſtrâ veſtem colligit; quæ verò à ſiniſtris capite laureato, ſceptrum geſtat ſiniſtrâ: infrà inter utramque figuram corona laureâ in quâ XX. in imâ parte SIS. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

FELICITAS AVGG NOSTROR. Figura muliebris capite turrito ſedens, dextrâ tenet caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte SMT. *Regius.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii laureatum & barbatum, cum medio pectore nudo.

HERCVLI CONS CAES. (3) Hercules nudus dextrâ tenet clavam, ab humeris pendent exuviæ leonis quas brachio ſiniſtro ſuſtinet: in imâ parte SMAN. & ſtella. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVG. (4) Jupiter nudus cum pallio in humerum ſiniſtrum rejecto, dextrâ tenet fulmen, lævâ haſtæ innixus: pro pedibus aquila. *Brandenburg.*

DN CONSTANTIO NOB C. Caput Conſtantii ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator habitu militari ſtans, dextrâ ſpiculum, ſiniſtrâ globum tenet: in imâ parte PROM. *Regius. Ducang. MB.*

CONSTANTIVS CAES. Caput Conſtantii ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVGG. (5) Ædificium, ſeu caſtra prætoria: in imâ parte PR. *Ducang. MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii laureatum & barbatum, ad humeros.

VICT CONSTANT AVG. (6) Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmam tenet: ad pedes hinc inde duo captivi humi ſedentes averſi: in imâ parte SMT. *Fontaine.*

CONSTANTIVS N C. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

VIRTVS ILLVRICI. (7) Navis Prætoria, Imperatore ex equo decurrente, & haſtam emittente: in imâ parte TR. *Hard.*

CONSTANTIVS CAES. Caput Conſtantii ut ſuprà.

(1) Epigraphe nova, & in Mediobarbo deeſt; nummus ipſe elegantiſſimus & ſingularis: pertinere videtur ad annum 292. quo Conſtantius Cæſareo faſtigio auctus, & ad ſpem Imperii vocatus eſt; ipſe enim cum Maximiano Herculio Treviros, Imperii in Galliis caput adiens exhibetur eodem habitu, quo plerique Imperatores in nummis, qui eorum in Urbem adventum celebrant.

(2) Epigraphe nova, ſicut & ſequens: nummus uterque rariſſimus, imò ſingularis, nec apud Mediobarbum extat. De concordia & fide mutua Auguſtorum & Cæſarum pluribus locis in Diocletiano & Maximiano diſſeruimus; hæc verò quæ inter Conſtantium & Gal. Maximianum Auguſtos, Severum & Maximianum Cæſares aliquandiu perduravit, felicitatis Auguſtorum pars fuit, ut jam diximus ad nummum Diocletiani ex Æ. III. cum epigraphe FELICITAS AVG. quanquam non ea mente id dicimus, ut ejuſmodi felicitatem in hocce nummo prædicari intelligatur: non enim Imperatorum magis, quam Imperii felicitas hîc commendari videtur: hoc eſt, quia Conſtantii & Gal. Maximiani imperio felices Romani, idcirco & ipſi felices dicti.

(3) Nummi cum hac epigraphe in Diocletiano primùm occurrunt: rariſſimus hic eſt, & deſideratur in Mediobarbo: vide quæ ad nummum inſcriptum IOVI CONS CAES. in Gal. Maximiano monemus.

(4) Nummi cum hac epigraphe in Conſtantio rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum. Cæterum omnes hujus Auguſti nummi ex auro rari ſunt, licet nonnulli aliter ſcripſerint, decepti prima Occonis editione. Nummus ſequens rariſſimus ob capitis epigraphen.

(5) Nummi hujuſcemodi in Conſtantio cum rarioribus adnumerandi ſunt. Vide quæ ad ſimilem Diocletiani nummum adnotavimus.

(6) Plures victorias de Carauſio, & Allecto retulit Conſtantius; tres etiam Victorias ab eo de Germanis relatas memorant Scriptores, ſed ad nullam ex iis referri poteſt hic nummus, in quo ipſe Auguſtus dicitur, nam Victorias illas Cæſar adhuc cum eſſet reportavit. Auguſtam dignitatem haud multo plus anno retinuit, quo temporis ſpatio ab eo in Britanniâ Pictos & Caledonios aliquot præliis profligatos produnt Scriptores; in cujus ſanè victoriæ monimentum cuſus videtur hic nummus rariſſimus, imò ſingularis, & qui deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(7) Deeſt nummus hic, qui quidem rariſſimus, imò ſingularis eſt in Mediobarbo; ſed vide quæ ad nummum huic ſimillimum in Maximiano monuimus; in utrumque enim æquè conveniunt; ſequens etiam nummus ex auro deſideratur in Mediobarbo.

VIRTVS MILITVM. Caſtra prætoria: in imâ parte PR. *RE.*

CONSTANTIVS N C. Caput Conſtantii ut ſuprà.

VIRTVTI AVGG. Hercules cum clavâ adverſus hydram: in imâ parte TR. *Regius. MB.*

## NUMISMATA ARGENTEA.

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (1) Figuræ duæ muliebres ſtolatæ dextras jungunt: quæ à dextris eſt florem tenet ſiniſtra; quæ à ſiniſtris cornucopiæ: in imâ parte II. *Fouc.*

CONSTANTIVS CAES. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

F ADVENT AVGG NN. (2) Africa ſtans dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ dentem elephanti; ad pedes leo cubans: in imâ parte T. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENTVS AVGG NN. Typus ut ſuprà, ſed abſque literis in imâ parte. *DC.*

CONSTANTIVS NOBIL C. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum modio & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, dextrorſum converſus ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: in imâ parte ATR. *Fouc. nummus maximi moduli.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. (3) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. à ſiniſtris Γ. in imâ parte TR. *Fouc. nummus maximi moduli.*

CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii radiatum, ad pectus cum paludamento.

ORIENS AVGG. Sol capite radiato nudus ſtans, dextrâ extenſâ, ſiniſtrâ tenet flagellum: in imâ parte B. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. (4) Imperator laureatus & paludatus haſtæ adnixus ſiniſtrâ, dextram porrigit figuræ muliebri capite turrito, in genua procumbenti, & cornucopiæ ſiniſtrâ geſtanti: à dextris in areâ C. in imâ parte PTR. *Fontaine. MB.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. (5) Imperator laureatus & paludatus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ globum. *Fontaine, Quin.*

CONSTANTIVS CAESAR. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIA AVGG. Caſtrorum porta valvis apertis: in imâ parte SMNT. *Fontaine.*

(1) Nummi cum hac epigraphe rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum, in quo etiam deſunt ſequentes quatuor ex argento; qui quidem inter raros recenſendi. Flavium Valerium Conſtantium nummi plerique appellant: ſed unam Inſcriptionem in Inſula Gaulo repertam Gruterus pag. 192. protulit, quæ Caium Aurelium Valerium Conſtantium nominat: hanc ſubjungere libet.

D. N. C. AVR. VALER
CONSTANTIO. AVG
R. P. GAVL. CVRANTE
F. POLLIONE.. ..RVFO
M. F....III. VIR. R..

(2) Vide quæ ad ſimillimos nummos Valerii Maximiani adnotavimus.

(3) Profert Mediobarbus ex Golzio nummum argenteum inſcriptum, GLORIA EXERCITVS, cum epigraphe capitis, CONSTANTIVS CAESAR, quem ad Conſtantium Conſtantini Magni filium, cujus obvii ſunt cum hujuſmodi epigraphe nummi, ſpectare minime dubitamus.

(4) Licet omnes hujus Auguſti ex argento nummi rari ſint, & deſiderentur in Collectione Mediobarbi exceptis paucis admodum, quibus Mediobarbi nomen pro more noſtro ſubjunximus, hic tamen rariſſimus eſt. Simillimum profert Mediobarbus ex Triſtano, qui eum ſic explicat: Pietas, inquit, nec erga parentes, nec erga Deos, ſed erga Orbem Romanum hîc commendatur, quem reſtituiſſe dicuntur Maximianus Auguſtus & Conſtantius Cæſar, ut fidem facit Hadriani nummus eodem typo inſignis, cum epigraphe, RESTITVTORI ORBIS TERRARVM. Niſi fortè Galliarum reſtitutionem hîc prædicari velis, ut in ſimilibus Gallieni & Poſtumi nummis; quod ejus ſcilicet Provinciæ non urbes ſolum reſtauraverint, ſed publicas etiam ſcholas reſtituerint; nam hac potiſſimum de cauſa in Auguſtorum pietatis laudem excurrit Eumenius in oratione pro reſtaurandis ſcholis: *Quos ego quidem, quantum ad votum pietatemque pertinet, liberorum noſtrorum parentes appellare non dubito, qui nobiliſſimam indolem Galliarum ſuarum reſpicere dignati ſunt.* Tametſi nec eam pietatem quæ univerſo Orbi reſtaurando incumberet, prætermittit: *Quandoquidem ego erga honorem domûs ac familiæ meæ ſtudium non confiterer, V. P. niſi ſi ipſis Imperatoribus Cæſaribuſque noſtris gratum eſſe conſiderem, ut publicam eorum in reſtaurando orbe pietatem pro ſuo quiſque captu in renovandis ſuorum veſtigiis æmuletur.* Simillimus nummus occurrit ex Æ. III. in Valerio Maximiano.

(5) Vide quæ ad ſimillimum ejuſdem Auguſti nummum æreum II. infrà adnotamus.

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVGG C NN. (1) Castra prætoria. *MB.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENT DEOR. (2) Figura muliebris stolata sedens à sinistris dextrorsum, scipionem demissum tenet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: ad pedes globus: in imâ parte r. *Fouc.*

CONSTANTIVS NB. (sic) Caput Constantii laureatum, ad humeros.

VICTOR SARMAT. (3) Castra cum turribus, ante quorum portam quatuor figuræ militares sacrificantes ad tripodem. *Fouc.*

CONSTANTIVS CAESAR. Caput Constantii ut suprà.

VICTORIA SARMAT. Typus ut suprà. *Fontaine.*

CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii ut suprà.

VICTORIA SARMAT. Typus ut suprà. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTIVS CAES. Caput Constantii ut suprà.

VICTORIA SARMAT. Typus ut suprà: in imâ parte Z. *Fouc. DB.*

DN CONSTANTIO NOB C. Caput Constantii ut suprà.

VICTORIA SARMATI. (4) Typus ut suprà, cum Z. in imâ parte. *Farnesianus.*

CONSTANTIVS CAES. Caput Constantii ut suprà.

VIRTVS MILITVM. (5) Typus ut suprà, absque literis in imâ parte. *Fouc. RE.*

Alius cum Z. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTIVS N C. Caput Constantii ut suprà.

VIRTVS MILITVM. Typus ut suprà, absque literis in imâ parte. *Albert.*

Alius cum clavâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii ut suprà.

VIRTVS MILITVM. Typus ut suprà, absque clavâ in imâ parte. *Fontaine.*

Alius cum C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum D. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DC.*

Alius cum SIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

CONSTANTIVS CAESAR.

VIRTVS MILITVM. Typus ut suprà, absque literis in imâ parte. *MB.*

Alius cum C. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS MILITVM. R P. Castra prætoria. *MB.*

CONSTANTIVS N C. Caput Constantii laureatum, ad humeros.

VOT X SIC XX. (6) in coronâ laureâ. *Brandenburg.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii radiatum, ad pectus cum paludamento.

VOT XXX. in coronâ laureâ. *Brandenburg.*

CONSTANTIVS CAES. Caput Constantii laureatum, ad humeros.

VCVC. in coronâ laureâ. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

XCVI. in laureâ. *Ducang. MB.*

CONSTANTIVS CAESAR. Caput Constantii ut suprà.

XCVI. in coronâ laureâ. *Regius. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

XCVIT. in coronâ laureâ. *Fouc.*

(1) Nummum hunc rarissimum exhibet Mediobarbus ex Occone, nisi literæ CNN. malè lectæ sint, aut in imâ parte exhibeantur, & eædem sint, quod probabile est, quæ in superiori nummo.

(2) Hic nummus ex argento cum rarioribus adnumerandus. Vide quæ ad similes ex Æ. III. monemus.

(3) Typus hic junctus huic inscriptioni primùm in Diocletiano occurrit, ubi vide quæ adnotavimus.

(4) Nummus rarissimus ob capitis epigraphen, quæ superiùs etiam occurrit in nummo aureo inscr. PRINCIPI IVVENTVTIS. Domini titulum ab adulatoribus sibi oblatum respuit Augustus, eoque nomine laudatus est à Scriptoribus plerisque: eundem à Caligula & Domitiano affectatum secuti Principes retinuere; quapropter Trajanum ipsum Plinius in Epistolis non aliter nuncupabat: in nummos tamen non irrepsit ante ætatem Caracallæ, cujus fratris Getæ nummum cum lemmate, VICTORIA DD NN. exhibet Mediobarbus. Philippos deinde duos Dominos videmus appellatos in nummis apud Harduinum, & post hos Aurelianum & Carum; sed hi quoque Dii dicti, quapropter vivisne an Divis cusi fuerint hujusmodi nummi, eruditi dubitant. Hinc apparet, quàm injuria Diocletianum superbiæ insimularint recentiores quidam, quasi invidiosum Domini nomen affectarit, quod superioribus Imperatoribus tum in salutationibus, in epistolis, in Inscriptionibus plerumque (nam in his quoque frequens est) tum etiam interdum in nummis attributum constat. Quanquam ex his Diocletiani nummis qui ante annum 305. quo Imperium abdicavit, cusi sunt, nullus Dominum dicit, ut sæpè monuimus; sed utut aliquot occurrerent, minime invidiosam fuisse ejusmodi appellationem inde liquet, quod Cæsaribus ipsis, ut huic nostro, collata sit.

(5) Hæc etiam epigraphe juncta huic typo, ubi ante Castrorum portam quatuor milites ad tripodem sacrificantes, seu fidem mutuò obstringentes cernuntur in Diocletiano primùm occurrit; nec satis scio an Augustos duos & totidem Cæsares exhibeat, cum è militaribus figuris duæ tripodi propiores, paludamento insignes sint, quod aliis duabus deest.

(6) Nummus hic rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum; pertinet ad annum 302. quo Constantius Decennalia vota solvit, & Vicennalia suscepit.

## NUMISMATA ÆREA LATINA *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricà.

FELIX ADVENTVS AVGG NN. (1) Figura stans cum pileo, dextrâ tenet vexillum, sinistrâ cornucopiæ: ad pedes bos cubans; à dextris in areâ r. in imâ parte PKT. *RE.*

IMP C CONSTANTIVS P F AVG. Constantius capite coronâ ex lauro & gemmis redimito, ad medium pectus.

FIDES MILITVM. Figura muliebris galeata sedens, dextrâ tenet lignum militare, sinistrâ hastam: in imâ parte TT. *RE.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. (2) Genius cum modio stans, dextrâ gestat pateram super aram accensam, sinistrâ cornucopiæ; à sinistris in areâ A. in imâ parte PLC. *RE.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

SACRA MONETA AVGG ET CAESS NOSTR. Figura muliebris stolata stans, dextrâ gestat bilancem, sinistrâ cornucopiæ: in imâ parte ST. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVIS AVGG ET CAESS AVCTA KART. (3) Figura muliebris stans, dextrâ gestat ramum, sinistrâ spicas: in imâ parte T. *RE.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii ut suprà.

SALVIS AVGG ET CAESS AVCTA KART. Typus ut suprà: in imâ parte r. *Collegii.*

(1) Hujus Augusti nummi ex ære maximi moduli omnes rarissimi sunt. Vide quæ ad similes æreos II. infrà adnotamus.

(2) Hîc adjiciendus erat nummus inscriptus, LARGITIO. quem Vaillantius ad Constantium hunc retulit; sed inspecto ectypo nummi, quem Erud. Spanhemius in æs incidi curavit, & præclarè interpretatus est pag. 825. in altera editione eximii operis de præstantia & usu Numismatum, hunc ad Constantium Constantini filium pertinere perspicuè deprehendimus: hunc itaque illic vide, simul alios duos, quos idem ad Augustum nostrum pertinere existimavit, unum cum epigraphe VICTORIA AVG N. alterum VIRTVS AVG NOSTRI. & pro certo habe Vaillantio in nummis nomine pluribus Augustis communi insignibus turbare solenne esse.

(3) Nummi Constantii cum hac epigraphe rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi, ut infrà ad nummos Æ. II. monemus.

## NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO ADFINI. Caput Constantii velatum, ad humeros.

AETERNA MEMORIA. (1) Templum rotundum, in cujus summitate aquila: in imâ parte NOSTR. *Regius.*

Alius cum NOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

.....CONSTANTIO COGN MAXENTIVS AVG. Caput Constantii ut suprà.

AETERNA MEMORIA. Templum sex columnis suffultum, in cujus vertice aquila: in imâ parte NOST.... *Cham.*

IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO COGNAT. Caput Constantii ut suprà.

AETERNAE MEMORIAE. (2) Typus ut suprà: in imâ parte RET. *Fouc. Frad.*

DIVO CONSTANTIO AVG. Caput Constantii laureatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Aquila alis expansis à dextris sinistrorsum, rostro sursum verso: in imâ parte PLC. *Fouc. Regius. Ducang. Cham.*

DIVO CONSTANTIO PIO. Caput Constantii ut suprà.

CONSECRATIO. (3) Ara rotunda, cui insistit aquila expansis alis: in imâ parte PLC. *Cham.*

(1) Simillimos huic nummos Æ. II. Maximiano patri cudi curavit Maxentius, in quos vide quæ adnotavimus. Nummus hic rarissimus ob capitis etiam epigraphen.

(2) Nummus hic & superior præsertim ob capitis inscriptionem rarissimi sunt; cum simili epigraphe nummi occurrunt etiam in Valerio Maximiano, sed hic desideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Constantium statim post mortem ab exercitu Britannico consecratum, & quidem ante, quam Constantinus ejus filius purpuram induisset, Eumenius docet in Panegyrico Constantino dicto: *Purpuram statim tibi, cum primus copiam tui fecit egressus, milites, utilitati magis publicæ quàm tuis affectibus*

CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

Eadem epigraphe incusa cum eodem capitis typo, pariter incuso. (1) *Regius.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii laureatum, ad humeros.

FELIX ADVENT AVGG NN. Figura muliebris stolata stans, dextrâ tenet labarum, sinistrâ stolam colligit: in imâ parte KTZ. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut suprà: à dextris in areâ H. in imâ parte PKT. *Hen.*

CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii ut suprà.

FELIX ADVENT AVGG NN. Africa seu Carthago labarum tenet dextrâ, sinistrâ dentem elephantinum: in imâ parte PKT. *Regius.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii ut suprà.

FELIX ADVENT AVGG NN. (2) Figura muliebris tunicata cum pallio peculiari ac proboscide suprà caput, vultu dextrorsum converso stans, labarum tenet dextrâ, elephanti dentem sinistrâ: à dextris juxtà pedes leo & bos cubantes: in imâ parte PKT. *Nummus dearg. Fouc. Cham.*

Alius cum PRT. in imâ parte; eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut suprà: à dextris in areâ Γ. in imâ parte PKT. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENT AVGG NN. Typus ut suprà: à dextris in areâ H. in imâ parte PKT. *Bau.*

Alius cum H. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

FIDES MILITVM. Figura muliebris stolata sedens à sinistris dextrorsum, signum militare tenet dextrâ, alterum sinistrâ: in imâ parte PT. *Regius.*

IMP C CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

FIDES MILITVM. Typus ut suprà; in imâ parte PT. *Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. (3) Figura muliebris ut suprà, dextrâ gestat sertum, sinistrâ signo militari innixa: in imâ parte PT. *Ducang.*

IMP CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. (4) Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, signum militare tenet dextrâ, alterum sinistrâ: in imâ parte AQP. *Brandenburg.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Constantius capite galeato ac laureato, ad pectus cum loricâ; dextrorsum, spiculum gestat dextrâ humero dextro, clypeum verò sinistrâ.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. Typus ut suprà: in imâ parte AQS. *Fouc.*

IMP C CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii laureatum, ad humeros, sinistrorsum.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. Typus ut suprà: in imâ parte AQS. *Regius. Fontaine.*

CONSTANTIVS NOBIL CAES. Caput Constantii ut suprà.

FORTVNAE REDVCI CAESS NN. (5) Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, gubernaculum navis, juxtà quod rota tenet dextrâ, cornucopiæ verò sinistrâ: in imâ parte TR. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNAE REDVCI CAESS NN. Typus ut suprà: à dextris in areâ B. à sinistris stella: in imâ parte TR. *Regius.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii ut suprà.

FORTVNAE REDVCI CAESS NN. Typus ut suprà, cum B. à dextris in areâ, & stellâ à sinistris: in imâ parte TR. *Ducang.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii ut suprà.

*servientes, injecere lacrymanti; neque enim fas erat diutiùs fleri principem consecratum.* An igitur ejusmodi nummi in Galliis, an Romæ, ut superiores, cusi? viderint peritiores. Nummi cum hoc typo rarissimi sunt. Superior nummus rarus.

(1) Nummus hic Constantii inter rariores recensendus est.

(2) Vide quæ ad simillimos Diocletiani & Valerii Maximiani nummos suprà adnotavimus. Nummi hi rari.

(3) Nummi superiores rari, sed hic cum rarioribus adnumerandus est.

(4) Hæc epigraphe primùm in Valerio Maximiano occurrit. Nummi hi Constantii cum rarioribus adnumerandi sunt.

(5) Nummi cum hac epigraphe primùm in Diocletiano occurrunt; ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic Constantii rarissimus.

GENIO AVGG ET CAESARVM NN. (1) Genius cum modio & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, dextrâ geſtat pateram, ex quâ liquorem effundit, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RDR.*

Alius cum KB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO AVGG ET CAESAVM (ſic) NN. Typus ut ſuprà: in imâ parte KB. *Hen.*

CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS AVGG. Capita duo jugata.

GENIO POPVLI ROMANI. Caput galeatum. *Hard.*

CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS NN C. Capita Conſtantii & Gal. Maximiani conjuncta, ambo laureata, & ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. (2) Genius ſtans ut ſuprà, dextrâ tenens pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

CONSTANTIVS NOBIL C. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Hen. Fontaine.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Fouc. RE.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP CONSTANTIVS PIVS F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Val.*

IMP CONSTANTIVS PIVS P AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Collegii.*

IMP CONSTANTIVS P FELIX AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP CONSTANTIVS PIVS FEL AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *RE.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ R. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris B. *SG.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ K. à ſiniſtris A/V.

*Fouc.*

Alius cum K. à dextris, & B/V. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, à dextris in areâ S. à ſiniſtris A/P. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ XX. à ſiniſtris A/I. in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ XXI. à ſiniſtris Γ. in imâ parte ALE. *Cham.*

Alius cum XXI. à dextris, & Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum XXI. à dextris, & Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. in imâ parte AL E. *Collegii.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ XXI. à ſiniſtris Δ. in imâ parte ALE. *RE.*

IMP C FL V CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Δ. à ſiniſtris Є. in imâ parte ANT. *RE.*

(1) Hæc epigraphe in Conſtantio & in Galerio ejus Collega primùm occurrit. Nummus hic Conſtantii rariſſimus eſt.

(2) Nummus hic & ſuperior ob capita Conſtantii & Gal. Maximiani jugata, rariſſimi ſunt.

FL VAL

FL VAL CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte ANT. & ſtella. *MDM.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum I. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ⁄ᵥ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ K. à ſiniſtris V. in imâ parte ANT. & ſtella. *Fontaine.*

CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte AQT. *Fouc. Bau.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ R. à ſiniſtris S. in imâ parte H. *Hen.*

GENIO POPVLI ROMANI. APLC. Genius stans, dextrâ pateram cum stellâ, sinistrâ cornucopiæ: *in aliquibus adest* ara.

Alius cum AQS. eodem typo.

Alius cum BPLC. eodem typo.

Alius cum Γ. eodem typo.

Alius cum ΓTS. eodem typo.

Alius cum IITRLS. eodem typo.

Alius cum PT. eodem typo.

Alius cum PLC. eodem typo.

Alius cum stellâ & PT. eodem typo.

Alius cum ST. eodem typo.

Alius cum STIITR. eodem typo.

FL VAL CONSTANTIVS NC. Caput Constantii cum hastâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà.

(1) Nummus hic & superior perperam describuntur, ut videre est suprà in nummis Æ. III.
(2) Hunc rarissimum Constantii nummum exhibet Mediobarbus ex proprio cimelio.
(3) Figura sinistra fortassis non cornucopiæ, sed elephanti dentem, ut videre est suprà in nummis Æ. II.

FL VAL CONSTANTIVS NOB C.
GENIO POPVLI ROMANI. B. Deus Genius, &c. *plures diversi.*
FL VAL CONSTANTIVS NOB CAES.
GENIO POPVLI ROMANI. KBVANT. Genius ſtans ante aram accenſam.
Alius cum RZVANT. eodem typo.
CONSTANTIVS NOBIL C.
GENIO POPVLI ROMANI. HRS. Deus Genius ſtans, &c.
Alius cum HTR. eodem typo.
Alius cum SFHTR. eodem typo.
Alius cum TR. eodem typo.
Alius cum ſtellâ & TR. eodem typo.
IMP C FL VAL CONSTANTIVS P F AVG.
GENIO POPVLI ROMANI. ESMSB. Genius ſtans, ut ſuperiores.
Alius cum SMSD. eodem typo.
Alius cum STPTR. eodem typo.
CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS AVGG. Duo capita jugata.
GENIO POPVLI ROMANI. Caput armatum.
DIVO CONSTANTIO AVG. Caput Conſtantii velatum.
MEMORIA DIVI CONSTANTI. Templum, cui inſiſtit aquila: in imâ parte PT.
Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo.
DIVO CONSTANTIO PIO.
MEMORIA FELIX. Columna & tres aquilæ.
Eadem epigraphe.
MEMORIA FELIX. Duæ aquilæ juxtà aram: in imâ parte PEN.
Alius cum PLN. in imâ parte, eodem typo.
Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo.
IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO COGNAT.
MEMORIAE AETERNAE.
DIVO CONSTANTIO PIO PRINC. *in aliis* Caput velatum, & laureatum.
MEMORIAE AETERNAE. RS. Leo gradiens.
Eadem epigraphe.
MEMORIAE AETERNAE. Leo gradiens, ſuprà quem clava tranſverſa.
Eadem epigraphe.
MEMORIAE AETERNAE. Aquila: in imâ parte EI.
Alius cum RD. in imâ parte, eodem typo.
. . . . . . . . . . . . .
ORIENS AVGG. Stans.
CONSTANTIVS NOB CAES.
PRINCIPI IVVENTVTI. Figura ſtans, dextrâ haſtam per tranſverſam, ſiniſtrâ globum.
Eadem epigraphe.
PRINCIPI IVVENTVTIS. PROM. Typus ut ſuprà.
. . . . . . . . . . . .
PRINCIPI IVVENTVTIS. SIRM. Figura militaris paludata, dextrâ ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam puram, ponè quam aliud ſignum militare.
FL VAL CONSTANTIVS NOB C.
PROVIDENTIAE CAES. RQ. (1) Ædificium.
FL VAL CONSTANTIVS NOB CAES.
PROVIDENTIAE CAES. AΩQ. Arcus, in cujus ſummitate hinc, & inde duo equi, in medio Sol.
DIVO CONSTANTIO OPT IMP.
REQVIES OPT MER. Figura ſedens porrectâ dextrâ, ſiniſtrâ ſceptrum tenens.
DIVO CONSTANTIO PIO PRINCIP.
REQVIES OPTIMO MERIT. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
REQVIES OPTIMO MERITO. AS. Typus ut ſuprà.
. . . . . . . . . . . . .
REQVIES OPTIMO PRINCIPI. Figura ſedens.
CONSTANTIVS NOB CAES.
SACRA MONETA AVGG ET CAESS NN. Moneta ſtans, dextrâ bilances, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo.
Eadem epigraphe.
SACRA MON VRB AVGG ET CAESS NN. RT. Typus ut ſuprà.
IMP C CONSTANTIVS P F AVG.
SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN. ſtella & AP. Typus ut ſuprà.
CONSTANTIVS NOB CAES.
SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. T. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ fructum.
FL VAL CONSTANTIVS NOB C.
VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. (2) Victoria ſedens, in cujus clypeo VOT X.
. . . . . . . . . . . . .
VICTORIA CAESS NN. Victoria alata, dextrâ clypeum tenens ramo palmæ innixum.

(1) Nummus hic & ſequens rariſſimi ſunt; primum exhibet Mediobarbus ex Occone, ſecundum ex Hulſio.


(2) Nummus hic haud dubiè Conſtantii eſt alterius Conſtantini filii, apud quem ſimillimos nummos deinceps tibi exhibebimus: qui verò ſequitur, hunc ex Arſchotano cimelio exſcripſit Mediobarbus, nummum rariſſimum, imò ſingularem.

VICTORIAE SARMATICAE.
FL VAL CONSTANTIVS NOB C.
VIRTVS AVGG. XXIT. Hercules dextrâ clavam, sinistrâ leonis exuvias; ponè eum arbor cum pomis Hesperiis, & Dracone arbori implicito ea custodiente.
Eadem epigraphe.
VOT XT. in laureâ.
Eadem epigraphe.
VOT XPT. in laureâ.
Eadem epigraphe.
VOT X T K. in laureâ.
CONSTANTIVS NOB CAES.
VOT XX A. in laureâ.
Eadem epigraphe.
VOT XXT. in laureâ.
Eadem epigraphe. Capite radiato.
V XX. in laureâ.

# HELENA.

Flavia Helena, prima Constantii Chlori uxor, & Constantini Magni mater. Hanc Drepani in Bithyniâ natam plerique volunt, sed quibus parentibus incompertum: stabulariam suâ ætate creditam Divus Ambrosius tradit: quem à nonnullis avitæ superstitioni addictioribus, in errorem inductum post Tristanum existimo, dum sanctissimæ fœminæ pietatem irriderent, quæ stabulum illud in quo Christus olim natus fuerat, pulcherrimâ æde ornasset; nam quod idem addit, vitium Helenæ à Constantio, quem hospitio exceperat, allatum fuisse, rancidius est, quàm ut post tot eruditorum virorum lucubrationes hîc denuò refellatur. Enimvero Helenam non ignobili genere ortam conjicio: sed tamen primum illud Constantii matrimonium pro obscuriori habitum à Scriptoribus, quod alteram uxorem post viginti fermè annos duxerit, Theodoram Herculii privignam, dignitate matris haud paulo commendabiliorem. Id porro anno 292. contigit, quo Constantius Cæsar creatus est; ac de Helenâ quid inde factum sit, haud facile & pronum est pro certo affirmare, nisi quod in iis Provinciis quæ Constantio parebant hanc remansisse, ejus Principis benignitas suadet: sed post ejus mortem maximo in honore apud Constantinum filium habita, Augustæque titulo etiam anno 325. ornata est. Cæterum fuere qui scriberent hanc à primâ ætate Christianam fuisse, precibusque & assiduis hortatibus filium ad veri numinis cultum adduxisse: sed contrà Eusebius nostram religionem ab eâ non priùs, quàm à Constantino susceptam, adeoque hujus exempla & admonitiones matri non parum profuisse testatur. Quicquid sit, reliquum ætatis ab agnito Christo ita vixit, ut non minùs propè ipsi quàm filio pleræque Provinciæ se debere profiteantur, cum indulgentiâ Constantini, qui ærarium ipsi patere voluerat, non ad luxum, sed ad levandam pauperum inopiam, construendasque ædes sacras uteretur. Duas maximè celebrant Scriptores, quorum altera stabulum Bethleemiticum, altera montem è quo cœlos Christus repetierat, ornabant: sed nihil illâ ætate memorabilius accidit, quàm quod crucem illam in quâ Christus vitam pro hominum salute profuderat, eodem anno quo Augusta nuncupata est, reperit. Quamobrem felicissima videri poterat, nisi nepotem Crispum malis novercæ artibus periisse eâdem fermè tempestate vidisset; cujus amissi dolor jam affectum senectâ corpus ita concussit, ut ipsa denique haud multo post naturæ satisfecerit. Enimverò quo mense, quove anno è vivis excesserit eruditi inter se hactenus disputant, nec ita tantum nobis arrogamus, ut eorum

lites componere ſperemus : ſed quod ex Euſebio & Theophane nonnulli mortuam Romæ Auguſto menſe anni 326. conjiciunt, in hoc Euſebium ſibi adverſari non vident, qui Auguſtam noſtram in complexu filii vitam morte commutaſſe, ejuſque corpus Romam deinde allatum non obſcurè ſcribit : atque inde Theophanem hallucinatum eſſe conſtat, cum eodem ac ſuperiori menſe Conſtantinum Romæ fuiſſe plurimarum legum ſubſcriptiones fidem faciant.



## NUMISMATA AUREA.

FL HELENA AVGVSTA.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (1) Figura ſtans, dextrâ ramum protendens : in imâ parte STR. *MB.*

(1) Nummum hunc Helenæ ex auro rariſſimum imò ſingularem profert Mediobarbus ex Fæſchiano cimelio.

## NUMISMATA ARGENTEA.

FL HELENA AVGVSTA. Caput Helenæ cum ſtolâ, ad pectus.

SECVRITAS REIPVBLIGE. (1) (ſic) Figura muliebris ſtolata ſtans, lauri ramum inverſum tenet dextrâ, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ : in imâ parte r. SIS. *Fouc.*

Alius cum R S. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà, ſed loco laurei rami, oleæ videtur eſſe : in imâ parte PTRE. *Fontaine. Brandenburg.*

Alius cum TAQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Farneſianus.*

(1) Hæc epigraphe in Carauſio primùm occurrit, ſed typo diverſo, nam ibi cernitur mulier ſtans columnæ innixa, dextra haſtam tenens ; deinde eadem epigraphe reperitur in nummis Liciniorum, Conſtantini Magni, &c. ſed varii in iis ſunt typi, ut ſuo loco videre eſt. Mulier autem in hiſce Helenæ nummis Securitatem repræſentans lauri ramum inverſum tenet ; quia laurus adverſus fulmina & venena, aliaque pericula plurimum valere, eaque avertere creditur. Hinc Proverbium : Δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν, *Laureum geſto baculum* ; de iis qui ſecuri ſunt, nec pericula, aut inſidias metuunt. Vide Eraſmum in Chiliadib. Nummi Helenæ ex argento rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

## NUMISMATA LATINA Æ. III.

FL IVLIA HELENA AVGVSTA.

PAX PVBLICA. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ oleæ ramum tenet, ſiniſtrâ baculum. *MB.*

FL IVLI HELENAE AVG.

PAX PVBLICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

PAX PVBLICA. Typus ut ſuprà : in areâ ſtella : in imâ parte TRS. *MB.*

FL IVL HELENAE AVG. Caput Helenæ margaritis ornatum, ad pectus cum ſtolâ.

PAX PVBLICA. Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ in areâ : in imâ parte CONSE. *Hen.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX PVBLICA. (1) Figura muliebris ſtolata, dextrorſum converſa ſtans, dextrâ

(1) Helenæ Inſcriptiones tres Gruterus pagg. 284. & 1086. quartam Sponius pag. 197. exhibuere : prima Romæ reperta in Cœlio monte, altera & tertia Neapoli, quarta denique Surrenti : has exſcribere libet.

tenet ſceptrum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in imâ parte PTR. *Brandenburg.*

FL HELENA AVGVSTA. Caput Helenæ ut ſuprà.

PROVIDENTIAE AVGG. (1) Caſtra cum ſtellâ ſupernè: in imâ parte S AR. ſtellâ intermediâ. *Regius.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. (2) (ſic) Figura muliebris ſtolata ſtans, lauri ramum tenet dextrâ demiſsâ, ſiniſtrâ ſtolam colligit: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte ARLS. *Fouc.*

Alius cum ARLT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum TARL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy. Collegii.*

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. (ſic) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte ЄSIS. *Fontaine.*

Alius cum ЄSIS. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum MNT. in imâ parte; eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum MNΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum PLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum PLON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum P T. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum P T. palmæ ramo intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PTRE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

1

DOMINAE. NOSTRAE. FL. IVL
HELENAE. PIISSIMAE. AVG
GENETRICI. D. N. CONSTAN
TINI. MAXIMI. VICTORIS
CLEMENTISSIMI. SEMPER
AVGVSTI. AVIAE. CONSTAN
TINI. ET. CONSTANTI. BEATIS
SIMORVM. AC. FLORENTIS
SIMORVM. PRINCIPVM
IVLIVS. MAXIMILIANVS. V. C. COMES
PIETATI. EIVS. SEMPER. DICATIS

2

PIISSIMAE. ET. CLEMENTISSIMAE
DOMINAE. NOSTRAE. AVGVSTAE
HELENAE. MATRI
DOMINI. NOSTRI. VICTORIS
SEMPER. AVG. CONSTAN
TINI. ET. AVIAE
DOMINORVM. NOSTRORVM
CAESARVM. BEATORVM
VXORI. DIVI. CONSTANTII
ORDO. NEAPOLITANORVM
ET. POPVLVS

3

PIISSIMAE. AC. VENERABILI
DOMINAE. NOSTRAE. HELENAE
AVGVSTAE. MATRI
DOMINI. NOSTRI. VICTORIS
SEMPER. AVG. CONSTANTINI. ET
AVIAE. DOMINORVM. NOSTRORVM
BEATISSIMORVM. CAESARVM
ORDO. ET. POPVLVS. NEAPOLITANVS

4

PIISSIMAE AC VENERABILI
MATRI D. D. N. MAXIMI VICTORIS
AVG. CONSTANTINI
ET. AVIAE. DD. NN. CONSTANTII
ET. CONSTANTIS
ORDO. ET. POPVLVS. SVRRENTINORVM

Cæterum licet hæc epigraphe in nonnullis Imperatoribus occurrat, in Auguſtarum tamen nummis nunquam niſi in hac Auguſta, & in Helena Juliani reperitur. Nummi cum hoc typo rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum, cum ſuperiori verò rari.

(1) Nummi Helenæ cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt. Helenam Auguſtam à Conſtantino filio nuncupatam anno 325. fuiſſe Scriptores produnt; quo anno pacem publicam, & ſecuritatem Reipublicæ jactitari potuiſſe conſtat; cæſo enim Licinio, Conſtantini non laudis quidem, ſed potentiæ æmulo, novi motus ab ambitione Ducum vix timendi erant; barbaros verò variis cladibus attritos apparebat ſaluti ſuæ deinceps magis conſulturos, quam alienas opes invadere conaturos eſſe: quapropter utriuſque Inſcriptionis ratio ſatis conſtat: ſed hæc, ut verum fatear, negotium non leve exhibet: nam Auguſtum quidem unum illo anno reperio, Conſtantinum Maximum, cui & pax publica, & ſecuritas Reipublicæ acceptæ referuntur, alterum non reperio. Itaque illud tantum ſuccurrit, nummos hujuſmodi cuſos fuiſſe anno 326. in paucis illis menſibus qui inter Fauſtæ cædem & mortem Helenæ effluxerunt, Auguſtoſque duos quorum providentia commendatur, Helenam ipſam & Conſtantinum eſſe. Nummum Cl. Ducangius hîc exhibet cum epigraphe capitis, FL IVLIA HELENA AVGVSTA. Helenæ caput ad pectus cum ſtola; in adversâ verò parte SECVRITAS PVBLICA. Mulier ſeminuda ſedens, ramum dextrâ tenet; ſed ejus nummi nec metallum, nec modulum erud. vir notavit; dumque eum à ſe in tabula Helenæ Juliani conjugis iterum deſcriptum iri monuit, (in ea tamen deſcriptus non eſt) ad utram Helenam referendus ſit, dubitare ſe perſpicuè, ut quidem videtur, oſtendit. Cæterum nummi inſcripti PROVIDENTIAE AVGG. licet in variis Imperatoribus occurrunt, nunquam tamen in Auguſtis, præterquam in Helenis; de quarum quidem nummis nonnulla in Præfatione, vel præliminariis dicemus.

(2) Vide quæ ad ſimillimum Helenæ nummum ex argento paulò ſuperius adnotavimus.

Alius cum R Q. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum R S. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMANTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMANTI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Frad.*

Alius cum SMANTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTSF. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum SMTSΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STRE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Bau.*

Alius cum T T. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. (ſic) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ corona; à ſiniſtris II. in imâ parte SMAL. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. (ſic) Typus ut ſuprà, abſque coronâ: à ſiniſtris in areâ F. in imâ parte PCONST. *Bau.*

Alius cum T. à dextris in areâ & F. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Helena velata ac ſtolata ſtans dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum: in imâ parte PTRE. *Brandenburg.*

Alius cum QT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

FL AELENA (ſic) AVGVSTA. Caput Helenæ ut ſuprà.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte TXAR. *Fauvel.*

FL HELENA AVGVSTA.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte PLC. *MB.*

Alius cum PCONS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SMA. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SMNΔ. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

# THEODORA.

FLAVIA MAXIMIANA THEODORA altera Conſtantii Chlori uxor, quam ipſe Cæſar ab Herculio creatus repudiatâ Helenâ duxit anno Chriſti 292. patrem habuit nobilem Syrum, cujus nomen Scriptores non produnt, matrem Eutropiam quæ Maximiano Herculio poſtea nupſit. Liberos ſex marito peperit Theodora, quos in illius Vitâ jam recenſuimus; ſed quo anno mortua ſit, fruſtra apud illius ævi hiſtoricos quæras; licet horum ſententia qui Conſtantium ei ſuperſtitem fuiſſe exiſtimant, non improbabili ratione ſubnixa ſit, quod nullam Principis fœminæ mentionem faciunt, qui Conſtantini ætate geſta literis mandarunt.



## NUMISMATA ARGENTEA.

CAput Theodoræ abſque epigraphe. K. in mediâ areâ. (1) *Fouc.*

FL MAX THEODORAE AVG. Caput Theodoræ cum ſtolâ ad pectus.

PIETAS ROMANA. Figura ſtans cum puerulo lactente: in imâ parte TRP. *MB.* ex *Patini Theſauro.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS ROMANA. (2) Figura muliebris ſtolata ſtans, infantes duos in ſinu fovet: in imâ parte TRS. *Fouc.*

(1) Nummus hic Theodoræ deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Pietatem Theodoræ in liberos, quos è Conſtantio ſuſceperat, hi nummi commendant, qui cum ex argento rariſſimi ſint, ex ære vulgares ſunt, & obvii cum uno infante, cum duobus infantibus rariſſimi, & deſiderantur in Mediobarbo. Epigraphe nova, novus etiam typus, tametſi haud deſunt nummi qui pietatem Auguſtarum in liberos ſuos prædicent. Hujus Auguſtæ ex auro nummi nulli hucuſque reperti ſunt.

## NUMISMATA LATINA Æ. III.

FL MAX THEODORAE AVG. Caput Theodoræ margaritis ornatum, ad pectus cum ſtolâ.

PIETAS ROMANA. Figura muliebris ſtolata ſtans infantem in ſinu fovet. *Brandenburg.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONS. Є. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

FL MAX THEODORA AVG. Caput Theodoræ ad pectus cum ſtolâ.

PIETAS ROMANA. Typus ut ſuprà: in imâ parte TRO. *Ducang.*

Alius abſque literis in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

FL MAX THEODORAE AVG. Caput Theodoræ laureatum, ad pectus cum ſtolâ.

PIETAS ROMANA. Typus ut ſuprà: in imâ parte TRP. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS ROMANA. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ crux: in imâ parte TRP. *Fontaine.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.. Fontaine.*

FL MAX THEODOR....... Caput Theodoræ laureatum, ad humeros cum ſtolâ.

PIETAS ROMANA. Typus ut ſuprà, abſque cruce: in imâ parte T..... *RE.*


FL MAX THEODORAE AVG. Caput Theodoræ ad pectus cum ſtolâ.

PIETAS ROMANO. Typus ut ſuprà: in imâ parte R Є. ſtellâ intermediâ. *RE.*

# CARAUSIUS.

VALERIUS CARAUSIUS obſcuris parentibus apud Menapios ortus, cum egregiam ſibi famam variis in bellis peperiſſet, Belgicæ tandem atque Aremoricæ præfectus anno 287. pacandum mare accepit, quod Franci & Saxones infeſtabant. Ibi verò bellum ab eo ita adminiſtratum ferunt, ut incertum eſſet, utrum Barbaris an Romanis exitiabilius foret, cum illos conſulto admitteret, ut redeuntium prædam exciperet, cujus deinde partem interverte-bat: quamobrem hunc Maximianus tandem juſſit occidi, ſed ab impendenti periculo præmonitus Carauſius, ſceleris pœnam altero ſcelere effugit, communicatiſque cum Francis, qui Bataviam anno ſuperiori invaſerant conſiliis, non Britanniam Inſulam ſolùm, ſed eam quoque Belgicæ partem quæ Oceano alluitur à Romano Imperio avulſit anno, ut quidem nobis videtur, Chriſti 288. Bellum deinde à Maximiano contra Francos Carauſii ſocios geſtum in

ejus Vitâ obſervavimus : ſed horum cladibus non magnopere adverſus tyrannum profici poterat, qui univerſam claſſem abduxiſſet : quamobrem licet omnia circum ſe ruere cerneret, ſpecie tamen pacis ad annum uſque 289. fruitus eſt, quo novâ claſſe comparatâ Herculius, navali prælio decertare tandem conſtituit. Fœdam cladem à Romanis tunc acceptam fatentur Scriptores omnes, quòd plerique in re maritimâ novi, & nauticarum artium rudes; Carauſiani contrà longo uſu exerciti, trepidatione hoſtium præclarè uſi ſint: itaque pax illis tandem conceſſa, quæ ad annum uſque 292. perduravit. Hoc Conſtantius Cæſar creatus, ſub adventum ſuum Geſſoriacum cepit, cum objecto aggere mari eam intercluſiſſet, ejuſque urbis fortunam cæteræ Galliarum urbes brevi ſecutæ ſunt : ſed quamvis Francorum plerique & ipſi in deditionem paulo poſt accepti ſint, Britannia tamen ante annum 297. recipi non potuit. Hujus porro belli finem Carauſio per Allectum ejus ſatellitem, inquit Eumenius, ut opinor, ejus Prætorio Præfectum videre non licuit: hujus enim inſidiis vel extremo anni 294. vel initio anni 295. periit, cum ſeptimum tyrannidis annum inchoaſſet.



## *NUMISMATA AUREA.*

IMP CARAVSIVS AVG. Caput Carauſii laureatum, ad pectus cum paludamento.
CONCORDIA MILIT. Duæ figuræ muliebres tunicatæ ac ſtolatæ ſtantes, dextras jungunt: in imâ parte VM. *Brandenburg.*

VIRTVS CARAVSI. Carausius capite galeato, ad pectus cum loricâ dextrorsum, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum in quo equus alatus.

ROMANO RENOVA. (1) Lupa cum gemellis à dextris sinistrorsum : in imâ parte RSR. *Fontaine.*

(1) Nummi cum hac epigraphe in Carausio tantùm occurrunt, & rarissimi sunt : hanc porro plus æquò ambitiosam esse nemo non videt : Romanum enim Imperium restauratum dici à tyranno, qui Britanniæ Insulæ, & Aremoricæ parti imperitavit, quis ferat ? sed frivola hujusmodi jactantia in tyrannorum nummis haud insolens : vel Postumum vide, qui Restitutor Orbis dici voluit ; cum Gallias vix retineret. Quanquam uterque fortè non tam quid à se præstitum sit, quàm quid præstari possit, venditat ; nam & idcircò ROMAE AETERNAE nummos cudi voluerunt, ut hanc urbem, spe clementiæ ostentata, in partes suas traherent, vel ne à Romano Imperio avulsi viderentur. Cæterum qui nummi in Carausio, & ejus satellite ac successore Allecto, notam (*MB*) non habent, quales sunt plerique ex omni metallo, hi omnes in Mediobarbo desiderantur. Nummi hujus aurei rarissimi sunt.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad humeros cum paludamento.

Epigraphe exesa. Taurus stans. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Carausii laureatum, ad humeros cum paludamento.

EXPECTATE VENI. (1) Figura muliebris stolata, dextrorsum stans, & Carausius paludatus stans ex adverso, hastæ adnixus sinistrâ, dextras jungunt. *Fouc. DC. Fontaine.*

Eadem epigraphe.

FELICITAS AVG. RSR. Triremis prætoria. *MB.*

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM. Figura stans inter duo signa militaria. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Carausii laureatum, ad pectus cum paludamento.

FIDEM MILITVM NN. (2) Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ sinistrâ. *Fouc.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii laureatum, ad humeros cum paludamento.

FORTVNA AVG. Fortuna rotæ insidens, dextrâ tenet temonem, sinistrâ cornucopiæ : in imâ parte RSB. *DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

.......AVGG. (3) & tres cruciculæ. Jupiter fulmen dextrâ, hastam sinistrâ tenens : ex adverso Hercules cum clavâ. *E schedis Petrescii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol stans, dextrâ elatâ, globum sinistrâ tenet : in imâ parte RSR. *E schedis Petrescii.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVG. Figura muliebris stans dextrâ gestat oleæ ramum, sinistrâ hastam : in areâ L. in imâ parte ML. *Regius, maximi moduli.*

Eadem epigraphe. Caput Carausii laureatum, ad pectus cum paludamento.

RENOVAT ROMANNO. (4) Lupa cum gemellis à dextris sinistrorsum : in imâ parte RSR. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMA. (literis inversis) Typus ut suprà : in imâ parte RSR. ipsa quoque inversa. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. Roma insidens clypeo à sinistris dextrorsum, sinistrâ hastæ adnixa, dextram porrigit Victoriæ stanti, & palmam dextrâ tenenti : in imâ parte CXXI. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

ROMAE AETERNAE. RSC. Templum sex columnarum, in quo Roma sedens à

(1) Epigraphe nova nec in altero Principe occurrit : nummus ipse rarissimus est. Inscriptiones quæ Imperatores ipsos compellent, jam inde à Vespasiano reperiuntur, quem in nummo æreo Judæa lugens sic affatur, VICISTI CAES. perpaucæ tamen rarissimæque apparent, saltem in vasto Mediobarbi opere. Mulierem quæ dextram hîc cum Carausio jungit, Britanniam esse satis constat, quæ adventum Principis sui summa cupiditate à se experi significat. Cæterum licet Carausii ex omni metallo nummi rari sint, ex argento tamen inter rariores recensendi sunt.

(2) Nova epigraphe, cum qua an hujusmodi typus alias conjunctus sit nescio : æquitatem enim hîc repræsentari constat : nummus ipse rarissimus, imò singularis est.

(3) Nummus excesus, sed legendus ex typo videtur IOVI ET HERCVLI CONS AVGG. Vide nummos Diocletiani, & ejus Collegæ Maximiani, ubi varii typi. Nummus hic & sequens rarissimi.

(4) Vide quæ ad nummum aureum ejusdem Augusti inscriptum ROMANO RENOVA. eodem typo paulò suprà adnotavimus.

Victoriâ coronatur. *MB.*

IMP CARAVSIVS P F AG. (sic) Caput Carausii laureatum, ad pectus cum paludamento.

ROMANO RENOV. (5) Lupa cum gemellis : in imâ parte RSR. *Regius.*

(5) Vide quæ ad nummum aureum huic simillimum suprà adnotavimus ; ubi etiam duo superiores nummi illustrantur : vide etiam alterum tertii moduli infrà, inscriptum VICTORIA PR. hoc est, *Populi Romani*, quem Carausius, perinde ac cæteri tyranni, obsequii specie demereri studebat.

## *NUMISMATA LATINA Æ. III.*

CARAVSIVS AVG. Carausius capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ hastam gestat ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques pacificatoris habitu, cum captivo ad pedes : in imâ parte ML. *Regius. MB.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

COMES AVG. (2) Victoria stans, coronam lauream dextrâ, palmæ ramum tenet sinistrâ. *E schedis Peirescii.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

CONSTAVNT (sic) AVG. (3) Figura virilis nuda, Hercules videtur, dextrâ nescio quid, sinistrâ hastam tenet : in areâ SC. *Fontaine.*

IMP C VAL CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

Epigraphe exesa. (4) Caput galeatum. *E schedis Peirescii.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

FIDES MILIT. Figura muliebris stans, dextrorsum spectans, signum militare tenet dextrâ, alterum sinistrâ. *B.*

IMP CARAVSIVS P II AVG.

FORTVNA AVG. *MB.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

FORTVN..... Figura muliebris stans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ sinistrâ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVG. Figura muliebris stans, dextrâ gestat coronam, sinistrâ anchoræ innititur. *Regius.*

IMP CARAVSIVS P AVG. Caput Carausii ut suprà.

LAETITIA AVG. Typus ut suprà. *MDMI.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

LEG VII......(5) Taurus à dextris sinistrorsum. *Fontaine.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

MONET AVG. Figura muliebris stans, dextrorsum spectans, dextrâ tenet bilancem, sinistrâ cornucopiæ : in areâ SC. *Fontaine.*

IMP CARAVSIVS P II AVG.

MONETA AVG. Typus ut suprà. *MB.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

ORIENS AVG. (6) Sol capite radiato, cum pallio post terga volitante, dextrorsum gradiens, dextrâ elatâ, flagrum sinistrâ

(1) Carausii adventum triumphi specie insignem hoc in nummo expressum constat ; sed qua è gente captivum trahat incompertum est ; cum Francis enim, postquam Insulæ Britanniæ imperitare cœpit, non modo bella non gessit, sed etiam fœdus icit, eorumque auxiliis exercitum auxit, quem ex una tantum legione, & aliquot militum peregrinorum cuneis primùm constitisse Eumenius tradit. Nummum igitur dicemus cusum post navalem de Romanis, hoc est, de Val. Maximiano Victoriam ? at pacem continuò Maximianum inter & Carausium sancitam constat, quam etiam nummi aliquot prædicant. Quamobrem ita existimo, devictos à Carausio sive Pictos, sive Hibernos, quos Eumenius laudatus assiduos Britannorum hostes fuisse testatur. Nummus hic rarissimus est.

(2) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Tetricis primùm occurrunt. Vide quæ ad nummum Valerii Maximiani inscriptum COMES AVGG. sed typo diverso suprà adnotavimus. Nummus hic rarissimus est.

(3) Nummi etiam nonnulli occurrunt in Antonia Drusi, & in Claudio inscripti CONSTANTIAE AVGVSTI. Sed in illis nummis ad exprimendam *Constantiam* varii sunt typi, ut videre est in Collectione Mediobarbi. Cæterum licet omnes Carausii nummi rari sint, hic tamen rarissimus, imò singularis est.

(4) Nummus etiam hic Carausii ob Valerii nomen, & sequens rarissimi, imò singulares sunt.

(5) De Legione VII. vide quæ adnotavimus ad Gallieni nummum argenteum inscriptum, LEG. VII. CL. VI. P. VI. F. ubi in altero nummo pro typo Leo cernitur ; in altero vero Taurus. Cæterum Legionem VII. à Julio Cæsare in Britanniam transmissam fuisse testatur idem lib. IV. de bell. Gal. Nummus hic rarissimus, imò singularis est.

(6) Nummus hic Carausii cum rarioribus adnumerandus est.

gestat: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte C. *B.*

IMP C CARAVSIVS I I AVG. (sic) Caput Carausii ut suprà.

PAX AVG. Figura muliebris stolata stans, capite coronato: in imâ parte XX. *E schedis Fontaine.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

PAX AVG. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ. *Fouc.*

IMP C CARAVSIVS F AVG. Caput Carausii ut suprà.

PAX AVG. Typus ut suprà: in areâ SC. *E schedis Fontaine.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris P. *Frad.*

Alius cum ML. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum ML. in imâ parte, absque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *E schedis Fontaine.*

Alius cum MLXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *E schedis Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVG. Typus ut suprà: à dextris in areâ B. à sinistris S. in imâ parte VIXXI. *Fouc.*

IMP C CARAVSIVS AVG. Caput Carausii ut suprà.

PAX AVG. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte C. *Fontaine.*

IMP CARAVSIVS AVG.

PAX AVG C. Typus ut suprà. *MB.*

IMP CARAVSIVS P II AVG.

PAX AVG SP. Typus ut suprà. *MB.*

IMP CARAVSIVS P F AVG.

PAX AVG. BEMIXV. *MB.*

IMP CARAVSIVS P P AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGGG. (1) Figura muliebris stolata stans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte MIXXI. *RE. MB.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

PAX AVGGG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte VIXXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDEN AVG. Figura muliebris stans, globum sustinet dextrâ, hastam verò tenet sinistrâ, quâ & stolam colligit. *Fouc.*

. . . . . . . . . . . . . . .

PROVIDENTIA AVG. Typus ut suprà. *MB.*

IMP C CARAVSIVS P AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVID AVGGG. (2) Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte C. *Regius.*

IMP CARAVSIVS P F AVG.

SALVS. Figura Salutis stans. *MB.*

IMP C CARAVSIVS AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso, stans ad aram suprà quam ignis accensus, pateram tenet dextrâ. *Fouc.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

SALVS AVG. Figura muliebris stans, dextrâ tenet pateram ex quâ serpentem pascit aræ circunvolutum, sinistrâ hastæ adnititur. *Brandenburg.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

SALVS AVG. Figura muliebris ut suprà, sed cornucopiæ tenens sinistrâ. *Frad.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

SALVS AVG. Typus ut suprà: in imâ parte MC. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIP. (3) Figura muliebris stans columnæ innixa, hastam tenet dextrâ: à sinistris in areâ H. *RE.*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum loricâ.

SPES PVBL. Spes stans cum flore: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte C. *Regius.*

IMP C CARAVSIVS A. Caput Carausii radiatum, ad pectus cum paludamento.

TVTELA AVG. (4) Mulier tutulato capite

(1) Nummi cum hac epigraphe in Maximiano Herculio primùm occurrunt, pertinentque ad annum 289. vel 290. quorum alterutro post Victoriam navalem inter paucas nobilem Carausius pacem denique cum Maximiano Herculio pepigit eâ lege, ut Britanniam & Aremoricæ partem eodem jure deinceps retineret, quo cæteras Provincias duo Augusti.

(2) Nummus hic qui trium Augustorum providentiam commendat, rarissimus, imò singularis est.

(3) Hæc epigraphe in Carausio primùm occurrit, deinde in Helena, Licinio, Constantino Magno, &c. sed varii sunt typi, ut videre est suo loco. Nummus hic & sequens inter rariores recensendus est.

(4) Nummi cum hac epigraphe in Vespasiano primùm occurrunt; sed illic figura muliebris signa duo quæ dignosci nequeunt, manibus sustinet, deestque ara: hic figura iisdem, quibus Genius, attributis

vultu dextrorsum converso, stans ad aram, dextrâ tenet pateram, sinistrâ cornucopiæ: in imâ parte LO. *E schedis Cham.*

IMP CARAVSIVS P AVG. Caput Carausii ut suprà.

VICTORIA AVG. Victoria ad sinistram gradiens, corônam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ. *Regius.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii ut suprà.

VICTORIA AVG. Typus ut suprà. *Fontaine.*

IMP CARAVSIVS AVG. Caput Carausii ut suprà.

VICTORIA CEA. (1)(sic) Trophæum ad cujus imum duo captivi aversi manibus post tergum revinctis humi sedentes. *E schedis Fontaine.*

IMP CARAVSIVS P F AVG. Caput Carausii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA P R. (2) Figura muliebris tunicata & stolata stans, dextrâ tenet sagittam, ut videtur, sinistrâ hastæ innititur. *Brandenburg.*

IMP CARAVSIVS P F......

VICTOR..... Typus Victoriæ gradientis, seu duæ Victoriæ cum sceptro in unum coalescentes. *MB.*

insignis est, ut appareret Deam esse sexu tantum diversam à Genio, quem Censorinus ex veterum mente scribebat Deum esse, *in cujus tutela, ut quisque natus est, vivit.* Nummus hic rarissimus, imò singularis est.

(1) Nummus rarissimus, de quo variæ sunt eruditorum sententiæ.

(2) Nummus hic rarissimus, imò singularis mirè confirmat quæ monebamus ad nummum aureum, ROMANO RENOVA. tyrannum hunc variis nummis, vel Romanorum benevolentiam quæsisse, vel saltem operam dedisse, ne à Romano Imperio avulsus videretur; nam & idcirco Victoriam à se, de Pictis fortè an de Hibernis relatam, Populo Romano tribuit.

# ALLECTUS.

ALLECTUS cujus patriam & parentes hactenus ignoramus, præclaram virtutis famam consecutus videtur, cum summæ rerum à Carausio difficillimis temporibus præfectus sit; ita enim prodit Aur. Victor; Eumenius verò, dum Carausii satellitem appellat, Præfectum Prætorio fuisse innuit; sed bellicas laudes immani perfidiâ fœdavit: potestate enim ad ejus perniciem à quo illam acceperat abusus, Carausium per insidias interfecit vel exeunte anno 294. vel ineunte anno 295. sumptisque Imperii insignibus, Britanniam Insulam ad annum usque 297. tenuit. Hoc demum duæ Romanorum classes in Britanniam appulere, quarum unam Constantius ipse ducebat, alteri Asclepiodotum Prætorio Præfectum præesse jusserat: quamobrem mirum in modum conturbari tyranni spes cœpere, cum classem suam aditu iis interclusuram confidisset. Sed cum saluti suæ consulere se aliter quàm virtute ac audaciâ non posse cerneret, arreptis Francorum auxiliarium promptissimis Asclepiodotum aggressus est; editoque ingenti prælio, fuso fugatoque exercitu, ipse in acie cæsus est, cum tertium tyrannidis annum degeret: receptaque ejus morte Britannia, quæ decimum jam annum à Romano Imperio avulsa fuerat.



## NUMISMATA AUREA.

IMP C....ALLECTVS P F AVG. Caput Allecti radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. (1) Figura muliebris stans, serpentem dextrâ, pateram sinistrâ tenet: in imâ parte ML. *E schedis Peirescii.*

(1) Licet Allecti ex omni metallo nummi rari sint, hic tamen ex auro rarissimus, imò singularis est, & desideratur in Collectione Mediobarbi, quemadmodum & sequentes argentei, qui cum rarioribus adnumerandi sunt.

## NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C ALLECTVS P F AVG. Caput Allecti radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, oleæ ramum tenet dextrâ, hastam transversam sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte ML. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris stolata; vultu dextrorsum converso stans, globum sustinet dextrâ, hastam verò transversam gestat sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte MSL. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDEN DEOR. (1) Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte M.... *Fouc.*

(1) Providentiæ Deorum Allectus acceptum refert Imperium, ad quod immani perfidia evectus est; cæso Principe suo, cujus Prætorio Præfectus fuerat. Nummus rarissimus, imò singularis.

## NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C ALECTVS PIVS FEL AVG. Caput coronâ radiatâ.

AEQVITAS AVG MI. *MB.*

IMP C ALLECTVS P F I AVG. Caput Allecti radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVG. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, corollam tenet dextrâ, temonem sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte C. *Regius.*

IMP C ALLECTVS P F AVG. Caput Allecti ut suprà.

LAETITIA AVG. Figuræ muliebris ut suprà, sed anchoræ adnixâ sinistrâ; cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVG. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris A. in ima parte MSL. *Fouc. SG.*

Alius cum MSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ex schedis Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Allecti radiatum, ad humeros cum paludamento.

LAETITIA AVG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte ML. *Bau. Fontaine.*

Alius absque literis in areâ: in imâ parte QC. eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP C ALECTVS PIVS FEL AVG. Caput Allecti ut suprà.

LAETITIA AVG. Lætitiæ typus, dextrâ lauream. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVG. Navis expansis velis. *MB.*

IMP C ALLECTVS P F AVG.

LAETITIA AVG. Lætitia dextrâ ramum oleæ tenens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Allecti radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVG. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, hastam transversam sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris L. in imâ parte C. *RE.*

IMP C ALECTVS PIVS FEL AVG. Caput Allecti ut suprà.

PAX AVG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *MB.*

IMP C ALLECTVS P F AVG. Caput Allecti ut suprà.

PAX AVG. Typus ut suprà; absque literis in areâ: in imâ parte ML. *Brandenburg.*

Alius cum S. à dextris in areâ, & Δ. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. à dextris in areâ, & P. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Allecti radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte ML. *Fauvel.*

Alius cum S. à dextris, & A. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura stolata coronata, dextrâ jaculum, sinistrâ pilum tenet: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte LASL. *Ex schedis Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, baculum demissum tenet dextrâ, cornucopiæ verò gestat sinistrâ; à dextris juxtà pedes globus: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte C. *Fouc. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris stans, globum tenet dextrâ, cornucopiæ sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte ML. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Allecti radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris stans, dextrâ tenet serpentem, sinistrâ pateram: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte AL. *Brandenburg.*

Alius cum ML. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Allecti radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Mars nudus capite galeato, cum pallio in humeros rejecto, hastæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte ML. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris stans, dextrâ pilum, sinistrâ peltam tenet: in imâ parte ML. *Ex schedis Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. (1) Triremis à sinistris dextrorsum cum gubernatore ad puppim, & quinque remigibus; malus etiam erecta cum rudentibus absque antennâ & velo. *Regius.*

Alius cum QC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum QL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. MDM. MB.*

IMP C ALECTVS PIVS FEL AVG. Caput Allecti ut suprà.

VIRTVS AVG SA. Figura militaris, dextrâ pilum. *MB.*

(1) Per virtutem Allecti haud dubium quin hîc intelligi debeant vires maritimæ, hoc est classis à Carausio rei navalis peritissimo jamdudum instructa, in quo Tyranni spes omnes sitas Eumenius testatur: quapropter hanc apud Vectam Insulam in speculis & insidiis collocarat, ut egressam è Galliæ portubus Constantii classem adoriretur.

# SEVERUS.

FLAVIUS VALERIUS SEVERUS, Illyricianæ gentis, quem non natalibus magis quàm moribus ignobilem fuisse tradunt Scriptores, aliquam tamen ex fide erga Imperatores, & rei militaris peritiâ laudem consecutus videtur, ante quàm Cæsaream dignitatem adipisceretur. Hanc porro Galerio Maximiano acceptam retulit, cui cum similitudine morum commendatus esset, non indignus visus est qui Imperii partem administraret: quamobrem ad Herculium missus, purpuram ab hoc Mediolani accepit Kal. Maii anni 305. Attributæ novo Cæsari præter Italiam Rhætiæ, Illyrici pars & Africa: sed cum avaritiæ Galerii satiandæ acriùs incumberet, in Italorum invidiam incurrit, qui Maxentium Herculii filium Cæsarem creatum præesse sibi deinceps voluerunt mense Octobri anni 306. Enimverò Severum Mediolano Romam statim infestis signis petiisse proditur: sed ubi auditum est Herculium resumptis Imperii insignibus auctoritatem suam filio commodasse, desertus à suis Ravennam profugit, cumque alteram ibi defectionem reformidaret, remissâ ad seniorem Augustum purpurâ se dedidit, nec aliud turpi abdicatione impetravit, quàm ut incisis venis, leniter moreretur: nonnulli

fauces laqueo elisas, funusque Gallieni sepulcro illatum scribunt. Augusti titulum ante paucos menses Galerio jubente sumpserat, cum Cæsaris nomen haud multo plus anno habuisset. Filium cui Severiano nomen post se reliquit, qui Maximini partes secutus, post fœdissimam ejus mortem affectati Imperii insimulatus, Licinii jussu capite plexus est anno Christi 313.



## NUMISMATA AUREA.

SEVERVS NOB CAES. Caput Severi laureatum, ad humeros.

CONCORDIA CAESS NOSTR. (1) Figura muliebris sedens, dextrâ tenet pateram, sinistrâ cornucopiæ: in imâ parte SMT. *Hard.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI CONSER AVGG ET CAESS NN. Hercules pharetratus stans, cum spoliis leonis in humerum sinistrum rejectis, dextrâ tenet clavam, sinistrâ arcum. *Brandenburg.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

(1) Nummi cum hac & sequenti epigraphe in Severo tantùm occurrunt, & rarissimi sunt, nec extant apud Mediobarbum. Cæterum hujus Principis nummi aurei rarissimi sunt, nec extant in Collectione laudati Mediobarbi.

## NUMISMATA ARGENTEA.

SEVERVS NOB C. Caput Severi laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. (1) Genius capite turrito seminudus, dextrorsum conversus stans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ sinistrâ; à dextris ara ignita: à sinistris in areâ stella: in imâ parte PLC. *Bau. Fontaine. Nummus maximi moduli.*

FL VAL SEVERVS NOB C. Caput Severi laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut suprà, absque arâ: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Fouc. Nummus maximi moduli.*

SEVERVS NOB CAES. Severus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum.

VIRTVS AVGG ET CAESS NN. Imperator eques spiculum in hostem supplicem contorquet, sinistrâ tenet clypeum: sub equo alter hostis prostratus cum clypeo projecto & hastâ fractâ: in imâ parte AQT. *Bau.*

(1) Nummi Severi ex ge nto rarissimi etiam sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi.

## NUMISMATA ÆREA LATINA
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

IMP C SEVERVS P F AVG. Caput Severi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AV..(1) Imperator eques dextrâ equum regit, ſiniſtrâ haſtam tenet. *Ba.*

SEVERVS NOB CAES. Caput Severi galeatum ac laureatum ad humeros, dextrorſum.

VIRTVS AVGG ET CAESS NN. Figura equeſtris decurrens & conculcans captivum, altero jam oppreſſo: in imâ parte AQP. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Severi laureatum ad humeros, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVGG ET CESS (ſic) NN. Figura nuda galeata ſtans, dextrâ tenet pilum, ſiniſtrâ trophæum: in imâ parte PT. *RE.*

(1) Severus hîc exhiberi videtur, eo habitu quo Mediolano profectus eſt, ut pœnas de Maxentii rebellione, & Herculii levitate repeteret; ſed quàm infeliciter expeditio illa ſucceſſerit in ejus Vitâ jam diximus. Nummi maximi moduli hujus Auguſti rariſſimi ſunt.

## NUMISMATA LATINA Æ. II.

FLA VAL SEVERVS NOB C. Caput Severi laureatum, ad humeros.

CONCORDIA IMPERII. (1) Figura muliebris ſtolata cum modio, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, ſtolam verò colligit ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ VI. in imâ parte SISA. *Fouc.*

IMP C SEVERVS P F AVG. Caput Severi ut ſuprà.

FIDES MILITVM. (2) Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ſignum militare inclinatum tenet dextrâ, alteri verò erecto adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ punctum: in imâ parte PT. *Le Roy. Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. (3) Typus ut ſuprà, abſque puncto in areâ: in imâ parte AQP. *Regius. Cham.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Severus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ verò clypeum.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà, cum AQS. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. Figura muliebris ſtolata ſtans ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte AQS. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Severi laureatum, ad humeros.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà, cum AQS. in imâ parte. *Bau.*

FL VAL SEVERVS NOB CAES. Caput Severi ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

GENIO AVGG ET CAESARVM NN. (4) Genius nudus cum pallio in brachium

(1) Hæc epigraphe tum primùm in nummis occurrit; nec alio tempore magis commendari potuit Concordia Imperii, cum Auguſti Seniores duo in otio à ſe quæſito ita conſeneſcerent, ut Reipublicæ curam eos aliis delegaſſe, ſed ſummam interea dignitatem retinuiſſe appareret; alii verò duo quamvis diviſis inter ſe Provinciis, indiviſam tamen poteſtatem gererent, ſimul Pontifices Maximi, ſimul omnibus honorum titulis, qui Auguſtis attribui ſolebant, decorati; Cæſareſque eandem illis fidem, quam ipſi olim Diocletiano & Val. Maximiano, præſtarent. Nummus rariſſimus, imò ſingularis, in Mediobarbo deſideratur.

(2) Nummi hujuſmodi cuſi ſtatim atque Severum Gal. Maximianus ad communionem Imperii vocavit: novis enim Imperatoribus ſolenne erat Concordiam Exercituum, Concordiam Militum, Fidem Militum in nummis prædicare; imò ſunt qui haud improbabiliter exiſtiment, nummos ſic inſcriptos ſingulis luſtris, hoc eſt, cum vota Decennalia, Quindecennalia, Vicennalia ſuſcipiebant Imperatores, cudi ſolitos: utut ſit, fidem militum parum tutam eſſe brevi expertus eſt Severus: cum enim plerique milites ejus Herculii auſpiciis per viginti circiter annos militaſſent, ubi purpuram ab illo reſumptam auditum eſt, à ſuis deſertus, ac deinde Ravennæ obſeſſus, poſtremo deditione facta, nihil aliud impetravit, quàm ut inciſis venis leniter moreretur. Nummi hi rari.

(3) Nummi Severi cum hac epigraphe & hoc typo, necnon cum ſequenti inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte KA. *Fouc.*

SEVERVS NOBILIS C. Caput Severi laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Fouc. RE.*

SEVERVS NOBILISSIMVS C. Caput Severi ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *RE. MDM.*

SEVERVS NOBILISSIMVS CAES. Caput Severi ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Fouc. RE. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Severi laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà. *Bau.*

FL VAL SEVERVS NOB CAES. Caput Severi laureatum, ad húmeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ I. in imâ parte ANT. *Fouc.*

FL VAL SEVERVS NOBIL C. Caput Severi ut ſuprà.

GAL VAL MAXIMIANVS N C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

MONETA S AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte ITR. *Fouc.*

IMP MAXIMIANVS IVN AVG. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (3) Imperator habitu militari ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ : in imâ parte PLC. *Fouc.*

MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad humeros.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilançem tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ : in imâ parte AQT. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACR MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ III. in imâ parte AQT. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ V. in imâ parte AQ. T. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte PT. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte PT. *Fontaine.*

Alius cum ST. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris B. in imâ parte SIS.

(1) Vide quæ ad nummum aureum cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo ſuprà adnotavimus. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum ; ſequens etiam rarus.

(2) Vide ſimiles nummos Diocletiani & Maximiani ejus Collegæ.

(3) Nummus hic rariſſimus ob capitis epigraphen, ubi Maximianus Junior dicitur. Vide quæ de Maximiano Juniore, quem nonnulli diverſum à Galerio putant, paulo ſuperiùs adnotavimus. Cæterum hæc epigraphe PRINCIPI IVVENTVTIS paſſim in Cæſarum nummis occurrit, nonnunquam etiam in Auguſtorum nummis reperitur, ut tomo primo monuimus.

(4) Vide nummos ſimiles Diocletiani & Maximiani ejus Collegæ, nam in his primùm occurrunt.

& ſtella. *Fouc.* *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MONET AVGG ET CAESS NOSTR. Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ & literis in areâ : in imâ parte ST. *Fouc.* *RE.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SACRA MON VRB AVGG ET CAESS NN. (1) Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ : in imâ parte Q. & fulmen. *RE.* *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Q. *Fauvel.*

Alius cum R Q. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.* *RE.*

Alius cum R T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte R Q. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVIS AVGG ET CAESS AVCTA KART. (2) Figura muliebris cum veſtitu peculiari, vultu dextrorſum converſo ſtans, manibus expanſis tenet fructus : in imâ parte Δ. *Fouc.* *Fontaine.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. Typus ut ſuprà : in imâ parte A. *Fouc.*

MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. Typus ut ſupra : in imâ parte Δ. *Fouc.* *RE.* *Cham.* *Fauvel.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ I. in imâ parte Δ. *RE.*

MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT AVGG. (3) Figura muliebris dextrorſum verſa, ſiniſtro cubito cippo innixa, dextram capiti admovet : in imâ parte B. *B.*

IMP MAXIMIANVS IVN AVG. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT PEPRET (ſic) DD NN. (4) Figura muliebris cippo innititur ſiniſtrâ quâ & haſtam tenet, dextram verò capiti admovet : in imâ parte PLC. *Cham.*

IMP C GAL VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad humeros.

VIRTVS EXERCITVS. (5) Figura militaris galeata gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro cum clypeo : à ſiniſtris in areâ ♀. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum I. & lunâ bicorni ſuprà à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

GAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS EXERCITVS. Typus ut ſuprà abſque clypeo : à dextris in areâ A. in imâ parte MKV. *Fouc.*

(1) Nummi in Galerio rari. Vide hujuſcemodi nummos Diocletiani, in quo primùm ſic inſcripti occurrunt.

(2) Nummus hic Galerii rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo ; ſequentes verò rari. Vide quæ ad ſimiles nummos Diocletiani, & Valerii ejus Collegæ adnotavimus.

(3) Nummus hic Galerii cum rarioribus adnumerandus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummus rariſſimus ob capitis epigraphen, ob averſam verò partem, quæ planè nova eſt, & in Mediobarbo deſideratur, ſingularis : ſed hanc deformat Monetarii menda, qui PEPRET. pro PERPET. ſcripſit ; nam quod Erud. Harduinus lectionem illam tuetur, ut intelligatur *Securitas perpetua Populi Romani & Dominorum noſtrorum* ; in eo induſtriam quidem ſuam oſtendit, quæ nihil prætermittat ad opinionem ſemel conceptam de Senatûs & Populi Romani in Auguſtos poteſtate, ſi vera ſit, illuſtrandam : ſed cum hanc certiſſimis argumentis falſam eſſe conſtet, neceſſe eſt fateatur, Monetarios hîc, ut alias non ſemel erraſſe, itaque legendum ut in Conſtantini nummis alioquin huic ſimillimis, quos Harduinus ipſe ſuo loco refert.

(5) Hæc epigraphe in hoc Auguſto primùm occurrit. Nummus hic inter rariores recenſendus eſt.

## *NUMISMATA LATINA Æ. III.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVG. (1) Duæ figuræ muliebres ſtolatæ, ſtantes ex adverſo dextras jungunt, ſiniſtrâ verò cornucopiæ tenent : in imâ parte B. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Nummus hic & ſequens Galerii inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

CONCORDIA AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte clava. *Fouc. Le Roy. Fontaine. RDR.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum II. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine. RDR.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

CONCORDIA MILITVM. Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, globum cum Victoriolâ ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : à dextris ex adverſo Imperator laureatus ac paludatus ſtans, dextram protendit Victoriæ ſignum accepturus, ſcipionem verò geſtat ſiniſtrâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram A. in imâ parte ALE. *RE.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine. Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram Δ. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte : inter utramque figuram KA. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram AKB. *Brandenburg.*

Alius cum HЄ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum KA. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum KB. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum KΔ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

CONCORDIAE AVGG. (1) Jupiter ſtans Victoriolam tradit Imperatori paludato ſtanti : in imâ parte T. *Regius.*

MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

FIDES MILIT. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ : à dextris in areâ B. in imâ parte PTR. *Le Roy.*

DIVO GAL MAXIMIANO AVG. Caput Gal. Maximiani velatum, ad humeros.

FORTI FORTVNAE. (2) Figura muliebris ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet : à ſiniſtris in areâ B. *Hard.*

IMP MAXIMIANVS P F AVG. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad humeros.

GENIO AVGVSTI. (3) Genius cum modio, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ : à dextris in areâ luna bicornis, à ſiniſtris Є. in imâ parte SIS. *Brandenburg.*

MAXIMIANVS NOB C. Gal. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

IOVI CONS AVG. (4) Jupiter dextrorſum gradiens, & captivi humi ſedentis dorſum pede dextro premens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum tenet : à ſiniſtris alter captivus humi ſedens : in imâ parte B. *Le Roy.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

IOVI PROPVGNAT. (5) Jupiter nudus cum pallio in humeros rejecto ſtans, dextrâ fulmen jaculaturus tenet, ſiniſtrâ aquilam : in imâ parte XXII. *Frad.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI PROPVGNAT. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte XXIT. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi, ſicut & ſequens qui etiam rarus eſt.

(2) Vide alterum nummum cum eadem epigraphe, & eodem typo, ſed accuratiùs deſcripto in Æ. II. & quæ ibi adnotavimus. Nummus hic rariſſimus eſt.

(3) Nummus hic Galerii inter rariores recenſendus eſt. Vide ſimiles ex Æ. II.

(4) Nummus hic rariſſimus eſt, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Hæc epigraphe primùm in Gallieno occurrit, ſed typo diverſo. Vide Diocletiani nummos, ſed vario etiam typo.

(5) Habetur nummus cum eadem epigraphe in Mediobarbo, ſed ibi Jupiter ſiniſtra non aquilam, ſed Victoriolam geſtat. Nummi hi inter rariores recenſendi ſunt.

IOVI ET HERCVLI CONS CAESS. (1) Jupiter nudus cum pallio ſtans à ſiniſtris, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ : à dextris ex adverſo Imperator laureatus ac paludatus ſtans, dextram protendit Victoriæ ſignum accepturus, ſiniſtrâ tenet ſcipionem : inter utramque figuram r. cum puncto : in imâ parte XXI. *Fouc.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

LAETITIA AVGG. Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ demiſsâ tenet corollam, ſiniſtrâ anchoram : in imâ parte B. *Laiſné.*

MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

LAETITIA AVGG. (2) Typus ut ſuprà, cum B. in imâ parte. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVGG. (3) Sol capite radiato, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extensâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ : ad pedes hinc inde captivi duo manibus poſt tergum revinctis humi ſedentes : in imâ parte B. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Gal. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

ORIENS AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

ORIENS AVGG. Sol capite radiato, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ & expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte B. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte A. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Galerii Maximiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. Maximianus paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Regius.*

MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Maximianus paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ globum. *Regius. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Galerii Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

MAXIMIANVS CAES. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIA AVGG. (5) Quatuor figuræ militares, in quarum medio ara, ante caſtrorum portam ſacrificant : in imâ parte r. *Brandenburg.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENT DEOR. Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : ante eam juxtà pedes globus : in imâ parte II. *Fouc. Le Roy. RDR.*

MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

SECVRIT AVGG. Figura muliebris dextrorſum converſa ſtans, dextrâ capiti admotâ, ſiniſtro cubito cippo innixa, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet : in imâ parte B. *Fontaine.*

(1) De Jove & Hercule, Val. Maximiani hoc, illo Diocletiani numinibus paſſim diximus : cooptati verò Cæſares in horum etiam numinum tutelam ſe tradidere, Galerius ſcil. in Jovis, Conſtantius in Herculis ; quapropter huic cuſi nummi cum lemmate HERCVLI CONS CAES. illi, IOVI CONS CAES. in hoc verò nummo, tametſi utriuſque numinis, ſicut utriuſque Cæſaris, mentio fiat, Jupiter tamen ſolus expreſſus eſt, qui Gal. Maximiano Victoriæ ſignum, hoc eſt, Imperium traderet ; contrà quàm in prope ſimili Conſtantii nummo, qui Jovem & Herculem repræſentat. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo : epigraphe verò nova, nec alias comparet.

(2) Nummi cum hac epigraphe in Mediobarbo deſiderantur, & rariſſimi ſunt. Lætitiam fundatam, hoc eſt, perpetuam anchora deſignat ; quam Auguſtis duobus attulerant Cæſarum fides, & Victoriæ de tyrannis ac de Barbaris relatæ.

(3) Nummi Galerii cum hac epigraphe rari ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummus rariſſimus, adeoque ſingularis in hoc Principe, nec apud Mediobarbum extat : referendus verò videtur ad pacem cum Perſis factam, ut ad ſimillimum Diocletiani nummum adnotavimus : ſequentes etiam duo nummi rari.

(5) De ejuſmodi typo diſſeruimus ad nummum argenteum Diocletiani, cum epigraphe PROVIDENTIA AVG. & ad nummum argenteum Conſtantii, inſcriptum VIRTVS MILITVM quos vide. Nummus hic Galerii rariſſimus eſt, & deeſt in Collectione Mediobarbi ; ubi etiam deſiderantur tres ſequentes nummi, qui inter rariores recenſendi ſunt.

MAXIMIANVS NOB·CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

TEMPOR FELICIT. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte PTR. *Hen.*

MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. (1) Figura militaris galeata ſtans, dextrâ clypeum humi poſitum, ſiniſtrâ haſtam tenet: in imâ parte B. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS X. (2) Figura virilis laureata ac togata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ignitam, pateram tenet dextrâ, ſcipionem verò ſiniſtrâ: à dextris in areâ Δ. in imâ parte PTR. *Fouc.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

VOT X F K. in coronâ. *RE. Fontaine. Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X T. in coronâ. *Fouc. Fontaine. Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X M XX. (2) Victoria globo inſiſtens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. in imâ parte PTR. *Fauvel.*

MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

VOT X M XX. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ D. in imâ parte PTR. *Le Roy.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

VOT XX. in coronâ. *RE.*

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOT XX. in coronâ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX Z. in coronâ. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX H. in coronâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX F K. in coronâ. *Fouc. Fauvel.*

MAXIMIANVS NOB CAES. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

VOT XX Δ. in coronâ. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX ϛ. in coronâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX Θ. in coronâ. *Fouc.*

MAXIMIANVS NOB C. Caput Gal. Maximiani ut ſuprà.

VOT XX Θ. in coronâ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX F K. in coronâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad humeros.

VOTIS XX P. in coronâ. *Regius.*

(1) Hæc eadem epigraphe habetur in Mediobarbo, ſed typus diverſus, ut infrà videre eſt. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(2) Nummus hic rariſſimus imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi omnes hujus Cæſaris, qui Votorum Decennalium & Vicennalium mentionem faciunt, deſiderantur in Mediobarbo: hic verò & ſequens rariſſimi ſunt, & pertinent ad annum 302. quo Gal. Maximianus Decennalia ſolvit, & Vicennalia ſuſcepit.

## NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

ΓAΛ MAΞIMIANOC K. *Gal. Maximianus Cæſar.* Caput Gal. Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. A. *An.* I. Figura muliebris galeata & ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte Γ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. *An.* 4. *Hard.*

## NUMISMATA ÆREA
### *incerti moduli.*

DIVO GALERIO VALERIO MAXIMIANO.

IMP MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO SOCERO. (1)

(1) Hæ duæ ſunt capitis epigraphæ nobiliſſimæ in nummis Gal. Maximiani, quarum primam è Goltzio, alteram è Spanhemio exſcripſit Mediobarbus: & hanc quidem ad nummos inſcriptos AETERNA MEMORIA. vel AETERNAE MEMORIAE. cujuſmodi aliquot exhibuimus, pertinere certiſſimum eſt; ſed mirum Spanhemium virum, ut nemo neſcit, pereruditum, cum ſimul hanc capitis epigraphen deſcripſiſſet, DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIVS AVG. eundem putaviſſe patrem & ſocerum à Maxentio appellatum fuiſſe. Scilicet hîc ſe hominem prodidit, ejuſque exempli lectores meminerint velim, ſi quid humani in hoc opere nos paſſos fuiſſe deprehenderint. Altera epigraphe, ita quidem ut

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES *alii* NC.

CONCORDIA MILITVM. ALE. Duæ figuræ jungentes dextras.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA MILITVM. KA. Duo milites globum ſuſtinentes, in quo Victoriola.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA MILITVM. BALC. Duæ figuræ, una palliata ſiniſtrâ parazonium, alia nuda, ſiniſtrâ haſtam, dextris globum ſuſtinent, ſuprà quem Victoriola.

MAXIMIANVS NOB CAES.

FELIX ADVENT AVGG NN. APKQ. Figura ſtans peregrinantis habitu, dextrâ labarum, ſiniſtrâ ſceptrum, cum leone ad pedes.

Alius cum IIPKII. eodem typo.

Alius cum IPKII. eodem typo.

Alius cum ſtellâ, & IIPKQ. eodem typo.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES. *alii* NC.

FIDES MILITVM AVGG ET CAESS NN.

DIVO GAL VAL MAXIMIANO.

FORTI FORTVNAE. SIS. Fortuna ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ cum rotâ.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES.

GENIO AVGG ET CAESARVM NN. KA. Genius ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

GENIO AVGG ET CAESS AAVV NN. KA. (1) Typus ut ſuprà.

IMP C GAL VAL MAXIMIANVS P F AVG. *alii* IVN AVG.

GENIO IMPERATORIS. Typus ut ſuprà.

Alius cum lunâ bicorni, & HTA. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & HTE. eodem typo.

Alius cum ſtellâ, & MTR. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, & NTA. eodem typo.

GAL MAXIMIANVS P F AVG.

GENIO IMPERATORIS B. ſtella, MKV. Typus ut ſuprà.

IMP MAXIMIANVS IVN AVG.

GENIO POP ROM. PCT. Genius ad aram.

MAXIMIANVS NOB CAES.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius ſtans cum attributis.

Alius cum ATTR. eodem typo.

Alius cum LTQ. eodem typo.

Alius cum LTXXISIS. eodem typo.

MAXIMIANVS NOBIL C.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà.

Alius cum SFITR. eodem typo.

MAXIMIANVS NOB C.

GENIO POPVLI ROMANI. APLC. Typus ut ſuprà.

Alius cum BPLC. eodem typo.

Alius cum PTR. eodem typo.

Alius cum SFPTR. eodem typo.

Alius cum T. eodem typo.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES.

GENIO POPVLI ROMANI. BANT. Typus ut ſuprà.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAE.

GENIO POPVLI ROMANI. SFHTR. Typus ut ſuprà.

IMP C GAL VAL MAXIMIANVS P F AVG. *alii* IVN AVG.

GENIO POPVLI ROMANI. ANT. Typus ut ſuprà.

IMP GAL VAL MAXIMIANVS AVG.

HERCVLI CONSERVAT. TXXIT. Hercules clavæ nixus, cum leonis exuviis.

IMP MAXIMIANVS AVG. Caput Galerii.

IMP MAXIMINVS AVG. (2) Caput Maximini.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES.

IOVI PROPVGNAT. BXXIT. (3) Jupiter gradiens, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ Victoriolam.

Eadem epigraphe.

MONETA AVG. Tres Monetæ ſtantes, dextris bilances, ſiniſtris cornucopiæ.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà.

MAXIMIANVS NOBIL C.

M SACRA AVGG ET CAESS NN. Dea Moneta.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES. *alii* NC.

MONETA S AVGG ET CAESS NN. SITR. Typus ut ſuprà.

à Goltzio deſcripta eſt, integra in oculos noſtros adhuc non incurrit; ſed huic ſimillimam propoſuimus, DIVO GAL VAL MAXIMIANO. in nummo Æ. II. cum lemmate FORTI FORTVNAE. quem Licinii juſſu cuſum fuiſſe probabiliſſimum eſt.

(1) Nummum hunc Mediobarbus exhibet è Muſeo ſuo, ſed perperam, ut quidem exiſtimo, lectum, ſuperiorique omninò ſimilem.

(2) Nummus rariſſimus, aut etiam ſingularis, quem Mediobarbus exhibet è Muſeo Seb. Fæſchii Baſileienſis.

(3) In nummis cum eadem epigraphe paulò ſuprà exhibitis Jupiter ſiniſtra non Victoriolam, ſed aquilam geſtat.

GAL VAL MAXIMIANVS NOB C.

PRINCIPI IVVENT. Figura ſtans.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENT. Miles gradiens, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

MAXIMIANVS NOB CAES.

SACRA MONETA AVGG ET CAESS NOST TT. Moneta ſtans, cum bilance & cornucopiæ.

MAXIMIANVS CAESAR.

SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN. Typus ut ſuprà.

MAXIMIANVS NOB CAES.

SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN. A. luna bicornis, & Q. Typus ut ſuprà.

Alius cum AQ. & ſtellâ, eodem typo.

Alius cum T. lunâ bicorni, & SIS. eodem typo.

Alius cum PTO. eodem typo.

Alius cum Q. & ſtellâ, eodem typo.

Alius cum TT. & ſtellâ, eodem typo.

Eadem epigraphe.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. A. Figura ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſpicas.

Eadem epigraphe.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. II. Mulier ſtans utrâque manu protensâ ignotos fructus tenens.

MAXIMIANVS CAESAR.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ſpicas tenens.

IMP GAL MAXIMIANVS P F AVG.

VIRTVS AVGG P. (1) Figura militaris galeata ſtans, ſiniſtrâ parazonium, dextram porrigit figuræ paludatæ ſtanti, ſiniſtrâ haſtam ferenti.

IMP C GAL VAL MAXIMIANVS P F AVG. *alii* IVN AVG.

VIRTVS EXERCITVS. HTS. Mars cum ſpoliis.


MAXIMIANVS CAESAR.

XCVII. in laureâ.

(1) Hunc rariſſimum Galerii nummum profert Mediobarbus ex Arſchotano cimelio.

# GAL. VALERIA.

GALERIA VALERIA Diocletiani & Priſcæ filia, Galerio Maximiano Cæſari nupſit anno 292. qui poſtquam primum dignitatis gradum adeptus eſt, eam Pannoniæ partem quam Draus & Danuvius amnes circunfluunt, Valeriam de nomine uxoris appellari deinceps voluit. Hoc menſe Maio anni 311. mortuo, Valeria, cum Licinii libidinem reformidaret, Maximinum adiit apud quem ſe haud paulò tutiùs moraturam confidebat, quod & Galerii ſororis filius eſſet, & uxorem haberet multorum liberorum matrem: ſed quàm pravo conſilio, brevi cognovit: anno enim luctûs nondum tranſacto, connubium ejus per legatos petit Maximinus, uxorem ejecturus, ſi impetraſſet: atque ubi illam alterum virum experiri nolle videt, Auguſtam proſcribit, ſpadonibuſque ejus & familiaribus in tormentis necatis, ipſam in ſolitudines quaſdam Syriæ ablegat. Enimverò literas illinc à Valeriâ ad patrem miſſas, quibus eum ſuæ calamitatis certiorem faceret, Cæcilius prodit: ſed ſenioris Auguſti qua preces, qua minas contempſit Maximinus; manſitque in exilio Valeria ad annum uſque 313. quo ſæviſſimus ille Princeps tandem interiit. Haud tamen meliore conditione Auguſta noſtra deinceps fuit, cum eas Provincias quæ Maximino paruerant, Licinius teneret ipſi jam pridem infenſus; quamobrem aliquandiu latitaſſe fertur: ſed cum Candidianum Galerii è pellice filium in honore apud Licinium haberi audiſſet, comitatui ejus ſe miſcuit: & adoleſcente poſt aliquot menſes per ſummam perfidiam interfecto, fugam iterum arripuit, peragratiſque per decem menſes plebeio cultu variis Provinciis, Theſſalonicæ tandem una cum matre Priſcâ comprehenſa eſt extremo anni 314. ambabuſque capita Licinii juſſu amputata ſunt.



## NUMISMATA AUREA.

GAL VALERIA AVG. Caput Gal. Valeriæ ad pectus cum stolâ.

VENERI VICTRICI. (1) Figura muliebris stolata stans, dextrâ pomum tenet, sinistrâ elatâ stolam : à sinistris in areâ Σ. in imâ parte SMSD. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. NK. LV. XC. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte SMN. *Brandenburg.*

(1) Hujus Augustæ nummi ex auro, & ex argento rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi ; æreі verò haud obvii sunt. De Venere autem Victrice vide quæ ad nummos Saloninæ adnotavimus. Cæterum Veneri Victrici Pompeius altero Consulatu ædem dedicavit, editis celeberrimis & sumptuosissimis ludis ; quâ de re Plutarchus in ejus Vitâ. Meminit ejusdem & Plinius lib. VIII. cap. VII. *Pompeii altero Consulatu, dedicatione templi Veneris Victricis pugnavere in Circo viginti, aut ut alii tradunt, octodecim elephantes*, &c.

## NUMISMATA ARGENTEA.

GAL VALERIA AVG. Caput Gal. Valeriæ ad pectus cum stolâ.

VENERI VICTRICI. Venus stans dextrorsum spectans, dextrâ elatâ gestat globum, sinistrâ stolam sublevat : à dextris in areâ K. à sinistris $\frac{\Gamma}{P}$. in imâ parte ALE. *Fontaine.*

## NUMISMATA LATINA Æ. II.

GAL VALERIA AVG. Caput Valeriæ ad pectus cum stolâ.

VENERI VICTRICI. Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, pomum tenet dextrâ elatâ, stolam verò colligit sinistrâ : à dextris in areâ K. à sinistris $\frac{\Gamma}{P}$. in imâ parte ALE. *Bau. Frad.*

Alius cum P. à dextris in areâ, & $\frac{\Gamma}{P}$. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum lunâ bicorni à dextris in areâ, & $\frac{\Gamma}{P}$. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum $\frac{*}{P}$. à dextris in areâ, & R. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in ima parte ANT. *Regius. MB.*

Alius cum Γ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut suprà : à sinistris in areâ luna bicornis, & Δ. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum ANT. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut suprà : à sinistris in areâ $\frac{O}{B}$. in imâ parte ANT. *Fauvel.*

Alius cum CB. in areâ, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte HTΔ. *Fontaine.*

Alius cum ALE. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut suprà : à dextris in areâ Δ. à sinistris puncta tria ad perpendiculum : in imâ parte MKV. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut suprà : à sinistris in areâ B. in imâ parte SIS. *Cham.*

Alius cum Γ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum Γ. in areâ, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut suprà : à dextris in areâ luna bicornis : à sinis-

tris A. in imâ parte SIS. *Frad.*

Alius cum B. à finiftris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Γ. à finiftris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà, abfque literis in areâ: in imâ parte SMNB. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriæ ad pectus cum ftolâ, lunâ bicorni ad humeros, & duplici monili ad collum.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà: à dextris in areâ fydus Solis, à finiftris Γ. in imâ parte SMSD. *MDM.*

Alius cum Δ. à finiftris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, abfque lunâ bicorni.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà: à dextris in areâ ftella; in imâ parte SM. TS. *Fouc. Regius.*

Alius cum ftellâ à dextris, & B. à finiftris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriæ typo & ornatu diverfo.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà: à dextris in areâ ftella, à finiftris Γ. in imâ parte SM. TS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà abfque ftellâ: à finiftris in areâ D. in imâ parte SM. TS. *Fouc. Frad.*

Alius cum ftellâ à dextris in areâ, & E. à finiftris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà: in areâ luna bicornis: in imâ parte HTA. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriæ ad pectus cum ftolâ, lunâ bicorni ad humeros, & duplici monili ad collum.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà: à dextris in areâ ftella, à finiftris luna bicornis: in imâ parte HTB. *Hen.*

Alius cum RTB. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI. Typus ut fuprà, abfque ftellâ & lunâ bicorni: in imâ parte HTA. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENERI VICTRICI MH (1) Typus ut fuprà: in imâ parte SMNT. *Fouc.*

(1) Nummus hic ob monogramma rariffimus eft, nec extat apud Mediobarbum.

# MAXENTIUS.

MARCUS AURELIUS VALERIUS MAXENTIUS, Maximiani Herculii & Eutropiæ filius, vir defpectiffimæ pravitatis, cum Galerii Maximiani filiam privatus uxorem duxiffet, hunc fuperbiâ fuâ ita offendit, ut in creandis Cæfaribus Severum novum hominem, ac fibi nullo affinitatis vinculo conjunctum genero prætulerit: quamobrem aut Romæ aut in Lucaniâ vitam ignobilem duxit ad annum ufque 306. quo Prætorianos ingentibus promiffis ut Auguftum fe crearent impulit, annitentibus Romanorum plerifque, qui cenfum apud fe agi indignè ferebant. Id autem factum die 28. Octobris, & quidem novam dignitatem à Galerio fibi, ut Conftantino ante paucos dies, confirmatum iri non defperabat Maxentius; fed ubi Severum ad Urbem adventare cognovit, patrem ut ipfe quoque Augufti titulum refumeret hortatus eft, corruptoque Severi exercitu, quem per fummam perfidiam interfectum aliàs monuimus, Galerium anno fequenti defectionis pœnas repetentem Italiâ velociffimè excedere coëgit, cùm plerofque ejus milites folitis artibus in fuas partes traxiffet. Diffenfiones deinde Herculium inter & Maxentium ortæ, eo prorupere ut purpuram filio pater in concione, plurimis ingeftis conviciis tandem detraxerit: fed ubi milites fuæ caufæ magis favere cognovit Maxentius, audacior factus patrem Urbe exegit affiduaque bella cum Licinio deinde geffiffe videtur ad annum 311. quo, cum è vivis

exemptus esset Galerius, Africam sibi adjungere statuit. Provinciæ illius Vicarius tum erat Alexander, cujus filium cum sibi obsidem dari petiisset, milites qui imagines ejus, Galerii memoriâ, adorare jam renuerant, ac præterea sævitiam ejus reformidabant, Alexandrum ipsum ad Imperium provexere; sed missi à Maxentio Rufius Volusianus Prætorio Præfectus & Zenas imbellem tyrannum levi certamine confecerunt, Carthaginemque Provinciæ caput diripuerunt. Secutum deinde bellum adversus Constantinum, tot Principis hujus cladibus, quot præliis nobile: cum enim fortissimum Principem, dejectis ejus statuis, in se convertisset, amissâ primum Secusione, cæsis deinde Augustæ Taurinorum clibanariis, fuso apud Brixiam universo equitatu, Ruricio denique fortissimo Duce Veronæ cum maximâ exercitûs parte amisso, postremo die Octobris 28. cum hostem Romanorum periturum ab aruspicibus accepisset, commisso ad Milvium pontem prælio, fugientium turbâ in Tiberim abreptus periit anno 312. cum sextum Imperii annum complevisset: corpus postridie repertum, caputque Romæ & per Africam maximo populorum gaudio circumlatum est, quorum in invidiam cùm immani avaritiâ, tum etiam infami libidine ac inhumana crudelitate incurrerat. Duorum Maxentii liberorum mentionem faciunt Scriptores, Romuli de quo sermonem suo loco instituemus, & alterius, qui una cum patre interiisse videtur, sed cujus nomen ad nos non pervenit.



## *NUMISMATA AUREA.*

MAXENTIVS NOB C. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

FELIX KARTHAGO. (1) Africa stans, dextrâ gestat spicas, lævâ uvæ racemum:

(1) Nummus hic Maxentii Cæsaris rarissimus, imò singularis, nec apud Mediobarbum extat; cave tamen credas Maxentium Cæsarem unquam fuisse, quem Augusti nomen continuò sumpsisse constat. Nam quod vides Cæsarem appellari in hocce nummo, & in altero quem Mediobarbus exhibuit cum epigraphe SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. hoc idcirco factum, quod imaginem forte suam Maxentius initio Imperii in Africam miserit, quam Carthaginenses ideo recepisse videntur, quia Romanorum judicium à Gal. Maximiano, cui parebant, confirmatum iri existimabant. At, inquiet aliquis, si

in imâ parte PK. *Regius.*

...............

FEL PROCES CONSVLAT AVG N. (1) Quadriga elephantorum, in quâ Imperator, cui Victoria volans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam porrigit. *MB.*

MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

FELIX PROCESS CONSVLAT AVG N. Imperator togatus ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ ſcipionem tenet: in imâ parte PR. *DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI COMITI AVG N. Hercules ſtans, dextrâ clavæ innixus, lævâ arcum cum ſpoliis leonis tenet: in imâ parte PR. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI COMITI AVGG NN. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMT. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI COMITI AVG ET CAES N. (ſic) Hercules ſtans cum pharetrâ, clavâ, arcu & ſpoliis: in imâ parte PR. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI COMITI AVGG ET CAES N. (2) Hercules ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ clavæ innixus, ſiniſtra arcum & ſpolia leonis geſtat: in imâ parte PR. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii nudum à fronte, ad pectus, cum loricâ & paludamento.

PAX AETERNA AVG N. (3) Quatuor figuræ, prima capite nudo, & habitu Imperatorio amicta; altera militis galeati, dextram pectori Imperatoris admoventis, ad cujus pedes clypeus: tertia muliebris coronam Imperatori porrigens; quarta item muliebris, ſuprà cujus caput pileus cum proboſcide ut videtur, coronam pariter geſtans: in imâ parte POST. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (4) Figura paludata ſtans, dextrâ ſpiculum, ſiniſtrâ globum tenet: in imâ parte PTR. *Hard.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG COS II.

VICTORIA AETERNA AVG N NOST M. (5) Victoria gradiens. *MB.*

ſe Auguſtum Romæ appellari voluit Maxentius, quidni & Carthagine? Non repugno; ſed Afri Cæſarem tantum nuncuparunt, quia Conſtantinum noverant, & ipſum Auguſtum à militibus ante aliquot menſes appellatum, nihil ultrà quàm Cæſaris nomen à Galerio impetraſſe. Cæterum nummi ex auro præter proximè ſequentem, & hujus ſeriei ultimum, nulli apud Mediobarbum occurrunt. Epigraphe nova; ſed vide quæ de Carthagine ſcripſimus ad nummos Æ. II. in Maximiano, ubi cur Felix dicta ſit, enarravimus.

(1) Nummum hunc rariſſimum erud. Spanhemius exhibuit primus è Theſauro Chriſtinæ Reginæ; cumque triumphum de Alexandro Africæ tyranno in hoc expreſſum repræſentari ſcripſiſſet, eo nomine reprehenſus eſt ab Emin. Card. Noriſio; ſed quàm rectè haud ſatis ſcio. Cum enim Maxentius quater Conſul fuerit, annis 308. 309. 310. 312. nummuſque tam ad poſtremum, quàm ad primum ejus Conſulatum pertinere poſſit, ejus triumphi ſpeciem in illum additam fuiſſe, non quidem conſtat, ſed tamen haud improbabiliter à Spanhemio creditum eſt. Cæterum ſi nummum quis ad primum Conſulatum referat, quia numerorum nota deeſt, quam tamen in multiplicatis Conſulatibus aliquoties deſiderari perſpicuè oſtendimus in Carino; hic triumphum de Severo & Gal. Maximiano in nummo expreſſum non incommodè dixerit. Quanquam ſint qui triumphum in hoc repræſentari negent, nihilque in ejus typo requirendum contendant præter proceſſum Conſularem, cujus ſolius epigraphe meminit: ſed quia nullus hactenus Scriptor prodiit, qui Conſules in quadrigis elephantorum proceſſiſſe tradiderit; vereor ut hæc ſententia eruditis placeat; tametſi verò ſimile videri poſſit, equos albos, ut in triumphis, ita etiam progreſſu temporis in proceſſibus ab Imperatoribus faſtiditos, cum hos proceſſus ad triumphi ſpeciem proximè acceſſiſſe alioqui ſatis conſtet. Vide nummum aureum Diocletiani inſcriptum IMPP DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO CCSS. in quo quadrigæ elephantorum etiam expreſſæ. Cæterum cur nummum hunc inter aureos retulerit Mediobarbus, non video: niſi quod alterius Conſtantini aurei mentionem paulo ſuperius fecerat Spanhemius, è quo hic exſcriptus eſt: ſed de hujus metallo apud Spanhemium ne γρὺ quidem: ſimilem verò in Æ. II. infrà exhibemus, in quo Imperator dextra lauri ramum, ſiniſtrâ ſceptrum tenet, quæ hîc deſunt. Nummus ſequens rariſſimus, imò ſingularis eſt.

(2) Nummus hic & ſuperiores tres rariſſimi ſunt; proximi etiam & hujus epigraphæ novæ. Maxentium ſolum Romæ Auguſtum primus nummus memorat: eundem alter cum Val. Maximiano, poſtquam hunc filius ex amœniſſimis Lucaniæ campis accerſiverat, & bis Auguſtum nominaverat: hic eoſdem cum Romulo Cæſare: tertius denique Maxentium, & Romulum ſolùm, cum Val. Maximianus ex Italiâ ejectus eſſet. Cæterum Herculem Comitem à Maxentio prædicari mirum non eſt, ex eo viro prognato, qui in ejus Dei tutelam ſe tradiderat, & hunc generis ſui authorem ac parentem haberi volebat.

(3) Nummus hic eximius & ſingularis: novus omninò typus, nova etiam epigraphe, tametſi huic affines occurrunt in aliis Principibus. Pacem hîc accipe, non quæ inter Principes ſanciri ſolet certis quibuſdam legibus, quaſi hanc cum aliis Auguſtis egerit Maxentius, ſed ſecuritatem qualis pace quæritur; quam quidem ipſi ſpondent fortiſſimus exercitus, quem repræſentat miles dextram pectori Imperatoris admovens, eodem propemodum habitu, quo in Commodo I O M SPONSOR SEC AVG. & duæ Provinciæ, Italia nimirum & Africa, quæ tum Maxentio parebant, ut appareat ſub finem anni 311. cuſum fuiſſe hunc nummum, quo ſcilicet tempore bellum contra Conſtantinum aut meditabatur, aut jam inſtituerat.

(4) Hæc epigraphe paſſim in Cæſarum, nonnunquam etiam in Auguſtorum nummis occurrit, uti ſuprà monuimus.

(5) Nummus hic rariſſimus ob capitis epigraphen, ubi Conſul ſecundò Maxentius dicitur; ſed vide quæ infrà adnotamus. Cæterum omnes hujus Auguſti ex auro nummi rari omninò ſunt.

## NUMISMATA ARGENTEA.

IMP MAXENTIVS P F AVG CONS. Maxentius capite laureato, ad pectus cum palmatâ togâ, dextrorsum, dextrâ tenet scipionem, in cujus apice aquila Romana: suprà pectus, corona laurea.

CONSER VRB SVAE. (1) Templi facies cum gradibus sex columnis suffulta, in cujus vestibulo, figura muliebris stolata capite galeato, vultu dextrorsum converso, sedens à fronte; globum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: in imâ parte PT. *Fouc.*

MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros, sinistrorsum.

CONSERVATOR VRBIS SVAE. Typus ut suprà, cum clypeo juxtà hastam: in imâ parte RS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVATOR VRBIS SVAE. Romi sedens in templo sex columnarum: in imâ parte RT. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PROPAG IMP AVG N. (2) Mars stans dextram porrigit figuræ muliebri stanti, lupâ intermediâ: in imâ parte A Q. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TEMPORVM FELICITAS AVG. (3) Lupa à sinistris dextrorsum cum Romulo & Remo: in imâ parte MOS.... *Farnesianus.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG.

VICTORIA AVGG LIB ROMANOR A. (4) *MB.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

VICTORIA AETERNA AVGG. (5) Victoria ad dextram gradiens, dextrâ tenet coronam, sinistrâ palmam: in imâ parte MOSTQ. *Bau.*

MAXENTIVS PRINC INVICT. Caput Maxentii ut suprà.

VIRTVS MILITVM. (6) Castra Prætoria: in imâ parte RS. *Regius.*

(1) Licet omnes hujus Augusti ex argento nummi rari sint, hic tamen ob capitis epigraphen & typum, necnon ob molem & formam nummi rarissimus est. Nummi cum hac epigraphe & hoc typo primum in Diocletiano & Maximiano ejus collega occurrunt.

(2) Epigraphe nova, & typus novus; nummus ipse eximius & singularis, nec extat apud Mediobarbum: cusus videtur, vel statim atque Maxentius Romæ Augustus salutatus est, cum Imperio ejus mœnibus Urbis circunscripto, vota pro finium propagatione Marti Romanorum generis, ut vulgo ferebatur, autori nuncupata essent: vel quo tempore, bello adversus Alexandrum instituto, Africam Italiæ adjungere statuerat Maxentius; quod mihi quidem minus placet.

(3) Hæc etiam epigraphe & hic typus in hoc Augusto tantùm occurrunt. Nummus rarissimus est, & deest in Collectione Mediobarbi, ubi desiderantur hi omnes argentei præter sequentem.

(4) Nummus hic rarissimus, imò singularis, si quidem Maxentii est; sed puto esse Magnentii apud quem simillimi nummi occurrunt: Occonem verò, è quo Mediobarbus nummum exscripsit, fefellerat imperitus quidam affinitate nominum deceptus in legendo nummo fortè detrito.

(5) Nummi Maxentii inscripti VICTORIA AETERNA AVG. vel AVG. N. obvii, AVGG. verò cum duplici G. nimirum *Augustorum* inter rariores recensendi sunt.

(6) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Maxentio rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediodarbi: hujus verò pretium auget & capitis inscriptio, quæ etiam deest in laudato Mediobarbo. Vide quæ ad nummos simillimos Diocletiani adnotavimus.

## NUMISMATA ÆREA LATINA
### maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros cum paludamento.

AETERNITAS AVG N. (1) Castor & Pollux cum equis & attributis: in imâ parte MOSTS. *RE.*


IMP C M A VAL MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut suprà.


MONETA AVG N. (2) Tres Monetæ stantes stolatæ, dextrâ bilancem, sinistrâ cornucopiæ gestant. *Collegii. DeC. Vaillant.*

(1) Hujus Augusti nummi omnes ex ære maximi moduli rarissimi sunt. Vide quæ ad simillimum nummum infrà adnotamus.

(2) Nummi inscripti *Moneta Augusti Nostri* in hoc Augusto tantùm occurrunt. Desideratur hic nummus in Collectione Mediobarbi.

Post pag. 150.



Æ·M·
COS·V.


CONCORDIA AVG
Æ·M·
AEQVITAS PVBLICA


Æ·I
S C


Æ·II
Æ·II·


Æ·II
ADVENTVS AVGG
Æ·II·
HEL


Æ·II·

# NUMISMATA LATINA Æ. II.

...............

ADLOCVTIO AVG. Imperator paludatus ſtans, adſtante retro Præfecto Prætorio, milites adloquitur è ſuggeſtu; captivum nudum ante ſuggeſtum ſiſtit miles: in imâ parte REP. *E ſchedis Bau.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum.

ADLOCVTIO MAXENTII. (1) Imperator paludatus ſtans, adſtante retro Præfecto Prætorio, milites adloquitur è ſuggeſtu: in imâ parte REP. *Hard.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad humeros.

AETERNA FELICITAS AVG N. (2) Lupa cum gemellis: in imâ parte MOSTP. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

AETERNITAS AVG N. (3) Caſtor & Pollux cum modio & pallio à tergo pendulo, ſtantes ex adverſo, uterque cum haſtâ ad equum quem retinent habenis: inter utrumque lupa à ſiniſtris dextrorſum, ſub quâ Romulus ac Remus: in imâ parte MOSTA. *Frad.*

Alius cum MOSTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Alius cum MOSTΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum MOSTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Fontaine.*

Alius cum MOST. H. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum MOSTP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum MOSTQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Alius cum MOSTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum MOSTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNITAS AVG N. Caſtor & Pollux ſtantes ſuum quiſque equum fræno retinet: in imâ parte MOSTT. *Fontaine.*

Alius cum MOSTP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum MOSTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Fontaine. B.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Maxentius capite galeato, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

AETERNITAS AVG N. (4) Lupa cum gemellis: in imâ parte NOSTS. *Regius.*

IMP MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

CONSERVATOR AFRICAE SVAE. Figura muliebris crocodilum calcans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ dentem elephanti: à dextris in areâ SE. à ſiniſtris F: in imâ parte T. *Fauvel. Collegii.*

MAXENTIVS PRINC INVICT. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERVATOR AFRICAE SVAE. (5)

(1) Epigraphe nova aut fortaſſis eadem quæ in ſuperiori nummo, ſed malè hîc lecta; eadem de typo putamus. Nummus uterque rariſſimus, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Mutilum hunc nummum, & abſque typi deſcriptione profert Mediobarbus ex Spanhemio, ut videre eſt infrà. Hæc epigraphe & hic typus in hoc Auguſto tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt.

(3) Duo æternitatis typi hoc in nummo exhibentur, & quidem uterque novus: ſed horum ſententia nonnihil obſcura; quid enim Romanæ lupæ, aut Caſtori ac Polluci cum æternitate? niſi quia eadem fata Romæ & Auguſti eſſe indicare voluerunt Monetarii, cum ejus Urbis, quam æternam fore vulgo credebatur, inſigne lupa fuerit primis ejus conditoribus ubera præbens: eandem verò æquo Marte cum Latinis certantem non parum adjuviſſe exiſtimarentur Caſtor & Pollux, quos etiam pro Urbis Penatibus à Monetariis, ut olim à Dionyſio Halicarnaſſenſi, habitos fuiſſe haud improbabiliter dixeris, utut Dionyſium hîc deceptum eſſe conſtet. Cæterum nova hæc epigraphe, novus & typus.

(4) Nummi Maxentii cum hoc typo rariſſimi ſunt, nec extant in Collectione Mediobarbi.

(5) Hæc epigraphe nova: nummi ipſi, ſuperior quidem inter rariores recenſendus, hic verò rariſſimus ob capitis epigraphen. Alium etiam cum epigraphe, CONSERVATORES KART SVAE. infrà exhibemus: ſed Africam & Carthaginem quomodo conſervarit Maxentius, Zoſimum docentem audi: Τούτου μὲν τοῦ πολέμου δεξαμένου τὸ τέλος, εὐρυχωρία τοῖς συκοφάνταις ἐδόθη παντὸς, ὡς εἰπεῖν, ὅσοι κατὰ τὴν Λιβύην ἦσαν γένους ἢ περιουσίας εὖ ἔχοντες, ὡς τὰ Ἀλεξάνδρου φρονήσαντας ἐνδεικνύναι· καὶ φειδὼ παντάπασιν ἦν οὐδεμία, τῶν μὲν ἀναιρουμένων, τῶν δὲ τὰς οὐσίας, ἃς ἔτυχον ἔχοντες, ἀπολλύντων. εἰσῄει δὲ θρίαμβος εἰς τὴν Ῥώμην ἐπὶ τοῖς Καρχηδόνι κακοῖς. *Bello hunc in modum finito, latus campus ſycophantis apertus eſt, omnes, propè dixerim, quotquot in Africa vel genere, vel opibus præſtabant, velut Alexandri partium ſectatores, deferendi: nec ullis omninò parcebatur; dum alii necarentur, alii facultates ſuas amitterent. Quin & Romæ triumphatum eſt ob perpetrata Carthagine mala.* Item Aurelium Victorem: *Quo victo*, nempe Alexandro; *Maxentius Carthaginem terrarum decus, ſimul Africæ pulchriora vaſtari, diripi, incendi juſſerat, ferus inhumanuſque*, &c.

Typus ut ſuprà : à dextris in areâ H. à ſiniſtris ER. in imâ parte Q. *Hard.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Templi facies cum gradibus ſex columnis ſuffulta, cum coronâ laureâ proximè aquilam quæ eſt in ſummitate : in templi veſtibulo figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à fronte, vultu dextrorſum converſo, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ ; juxtà ſellam clypeus : in imâ parte ADQ. *Regius.*

Alius cum ANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum AQT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen. Val.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RBP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum RBQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum RBS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Le Roy.*

Alius cum RBT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum REP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum REQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum RES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RET. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RQT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG CONS I. Maxentius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

CONSERV VRB SVAE. (1) Typus ut ſuprà, abſque coronâ laureâ ad aquilam : in imâ parte AQT. *Val.*

IMP MAXENTIVS P F AVG CONS II. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà : in imâ parte AQT. *Fouc. Hen.*

IMP MAXENTIVS P F AVG CONS. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. (2) Typus ut ſuprà : in imâ parte..... *Fouc.*

Alius cum AQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà : in imâ parte AQP. *Val. Fontaine.*

Alius cum ſtellâ ad aquilam, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà, cum lunâ bicorni ad aquilam : in imâ parte AQS. *Fouc.*

MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà, abſque lunâ bicorni ad aquilam : in imâ parte BT. *Cham.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen. Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val. Fontaine.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii laureatum, ad pectus cum paludamento.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà : in imâ parte PT. *Fouc.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

IMP MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà : in imâ parte PT. *SG.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà cum coronâ laureâ ad aquilam : à dextris in areâ H. in imâ parte RIP. *Fouc.*

Alius cum RQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

IMP MAXENTIVS AVG CONS N. Maxentius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ geſtat ſceptrum cum aquilâ.

CONSERV VRB SVAE. (3) Templi facies ſex columnis ſuffulta, in quo ſedet

(1) Nummus hic & ſequens ob capitis epigraphen rariſſimi : Maxentius Conſul fuit primùm anno 308. ex XII. Kalendas Maii, cum antea nulli Conſules Romæ fuiſſent : ſecundùm anno 309. & utrumque Conſulatum una cum Romulo filio geſſit.

(2) Rari ſunt etiam hi Maxentii nummi ob capitis epigraphen.

(3) Puto epigraphen capitis perperam à Begero lectam, & pro CONS N, legendum CONS II. ut paulo ſuperius in altero nummo videre eſt.

figura

figura muliebris galeata, dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ globum tenens: in imâ parte AQS. *Brandenburg.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

CONSERV VRB SVAE. (1) Templi facies cum gradibus quatuor columnis ſuffulta, ſuprà cujus zoophorum lupa à ſiniſtris dextrorſum, ſub quâ Romulus ac Remus lactentes: ad veſtibulum figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ adnixa ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo Maxentius laureatus ac paludatus dextram protendens veluti globum accepturus, ſiniſtrâ haſtæ adnixus: ante eum ad pedes captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis, cujus dorſum pede lævo premit: in imâ parte AQ. *RE.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Frad.*

Alius cum OB. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERV VRB SVAE. (2) Typus ut ſuprà, cum Victoriâ ad utrumque templi cornu: in imâ parte AQT. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Alius cum HQR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà, abſque captivo: in imâ parte AQP. *Hen.*

IMP MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà, cum Victoriis & captivo, ſed abſque lupâ: in imâ parte ST. *Fouc.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Templum ſex columnis ſuffultum cum coronâ ad aquilam, ad cujus veſtibulum figura muliebris galeata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, globum tenet dextrâ, haſtæ-adnixa ſiniſtrâ: in imâ parte AQS. *Frad.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RBT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RBP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RBS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RET. in imâ part, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte TT. *Frad.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. (3) Roma ſtans in templo tetraſtylo à Victoriâ coronatur: in imâ parte PT. *Regius.*

IMP MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte PT. *Hen. RE.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Fontaine.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Victoria ſtans in templo tetraſtylo Romæ ſedenti coronam porrigit; pro pedibus captivus humi ſedens: in imâ parte PT. *Regius.*

IMP MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte ST. *Frad.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVATORES KART SVAE. (4) Templi facies cum gradibus, ſex columnis

(1) Varii ſunt horum nummorum typi; in alio enim cernitur Roma ſola ſedens in templo; in alio ante ipſam ſedentem ſtat Maxentius dextram protendens veluti globum accepturus, pede lævo dorſum captivi humi ſedentis premit; in aliis denique loco Maxentii cernitur Victoria coronam lauream Romæ ſedenti porrigens, cum captivo ad pedes humi ſedente. Hujuſcemodi autem nummos omnes in quibus Maxentius vocat ſe Conſervatorem Urbis ſuæ, cuſos putant poſt victoriam à Maxentio de Severo relatam, quem contra ſe Romam venientem prorſus fudit fugavitque; qua quidem victoria Urbem conſervaſſe videri voluit; cum interim Romana Urbs libidinoſius aut crudelius à nemine unquam agitata fuerit, teſte, præter alios, Zoſimo lib. II. Μαξέντιος μὲν οὖν ταῦτα διαπραξάμενος, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τε καὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν μετὰ πάσης ὠμότητός τε καὶ ἀσελγείας προσενεχθεὶς, ἐν τούτοις πῶς ἦν. *Maxentius quidem, cum hæc ita perageret, & omnia per Italiam ac in ipſa Urbe ſumma crudelitate & libidine adminiſtraret, in tali ſtatu erat.* Cæterum nummi hi, in quibus ante Romam ſedentem ſtat Maxentius, rari ſunt.

(2) Laurentius Begerus non Victorias ad templi cornua, ſed milites duos haſtatos hoſtiliter ſe invicem invadentes, hoc eſt Maxentium ipſum & Severum videre ſibi viſus eſt, & captivum qui ad Maxentii pedes humi ſedet, Severum eundem eſſe voluit; ſed in nummo detrito Begerum caligaſſe certum eſt.

(3) Nummi hi Maxentii, in quibus Roma ſedens à Victoria coronatur, rari ſunt omnes.

(4) Nummus hic inter rariores recenſendus; ſed vide quæ ad nummum inſcriptum, CONSERVATOR AFRICAE SVAE. paulò ſuperiùs adnotavimus. Hîc addendum, duos Principes quos velut

fulta, in cujus vestibulo figura muliebris cum vestitu peculiari, vultu dextrorsum converso stans, manibus expansis tenet fructus: in imâ parte PKB. *Collegii. Fontaine.*

Alius cum PKT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut suprà.

CONSERVATORES VRBIS SVAE. (1) Templum sex columnis suffultum, cum coronâ ad aquilam, in quo figura muliebris galeata sedens à sinistris dextrorsum, globum tenet dextrâ, hastæ adnixa sinistrâ: in imâ parte PT. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVATORES VRB SVAE. Templi facies ut suprà, in quo figura muliebris galeata sedens à fronte, dextrâ globum tenet, sinistrâ hastam; juxtà sellam clypeus: in imâ parte R S. stellâ intermediâ. *Frad.*

MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut suprà.

CONSERVATORES VRB SVAE. Typus ut suprà: in imâ parte R T. stellâ intermediâ. *RE.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut suprà.

FEL PROCESS CONSVL AVG N. (2) Imperator in quadrigis elephantorum, dextrâ tenens lauri ramum, sinistrâ sceptrum, à Victoriâ supernè volitante coronatur: in imâ parte RAQ. *Regius.*

IMP C MAXENTIVS P F INV AVG. Caput Maxentii ut suprà.

FIDES MILITVM AVG N. (3) Figura muliebris stolata sedens, dextrâ tenet signum militare, alterum sinistrâ: in imâ parte AQS. *Frad.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut suprà.

FIDES MILITVM AVG N. Figura muliebris stolata stans, cætera ut suprà: in imâ parte MOSTP. *Frad. Fontaine.*

Alius cum MOSTQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum MOST. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM AVGG NN. (4) Typus ut suprà: in imâ parte NOSTP. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVG N. (5) Jupiter nudus imberbis, & galeatus instar Martis, hastæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: in imâ parte RSQ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI COMITI AVG N. (6) Imperator eques paludatus, dextrâ elatâ, milite cum spoliis præeunte. *Regius.*

Conservatores suos Karthago prædicat, Maxentium ipsum & Maximinum esse videri, quos constat amicitiam inter se pepigisse haud multo post, quam Africam Imperio suo adjunxerat Maxentius.

(1) Nummi Maxentii cum hac epigraphe inter rariores recensendi sunt.

(2) Nummus rarissimus; sed vide quæ suprà adnotavimus ad nummum similem, quem post Mediobarbum inter aureos retulimus, tametsi de ejus metallo nobis non constet.

(3) Hæc epigraphe in Maxentio tantùm occurrit. Nummus hic rarissimus est, nec extat hic typus apud Mediobarbum; hujus pretium auget & capitis inscriptio. Inscriptiones Maxentio propositas hîc exscribere eo magis libet, quod in omnibus præter unam invictus perinde atque in hocce nummo dicitur: quatuor primas Fabrettus, quintam Gruterus, postremam denique Norisius exhibuerunt.

1.
IMP. C
D. N. M. AVR
VAL. MAXEN
TIO. P. F. PER
PETVO. INVI
CTO. AVG
III

2
DONINO (sic)
NOSTRO
MAXENTIO
PIO. FELICI
INVICTO
AVGVSTO
VII

3
IMP. CAE. M. AVR
VAL. MAXENTIO
P. FEL
INVICTO. AVG
M. P. XI
IX' d' M

4
D. N. IMP
MARCO. AVRE
LIO. VALERIO
MAXENTIO
AVG
MILIARIVS

5
IMP. CAESARI. M. AVRELIO
VALERIO. MAXENTIO. P
FEL. INVICTO. AVG
M. P. XIIX CL M

6
IMP. CAESARI. M. AVRELIO
VALERIO. MAXENTIO. PIO
FELICI. INVICTO. AVGVSTO
IMP. XI

(4) Nummus hic Maxentii rarissimus est, superiores verò rari. Cusus hic nummus quo tempore fœdus contra Constantinum inter Maximinum & Maxentium initum; unde inscribitur, FIDES MILITVM AVGG NN. id est, *Augustorum Nostrorum.*

(5) Hæc epigraphe & hic typus in hoc Augusto tantùm occurrunt. Nummus rarissimus est, & desideratur in Collectione Mediobarbi.

(6) Epigraphe & typus hujus & sequentis nummi in Maxentio tantùm occurrunt; neque solum Marti Comiti ejus inscribuntur nummi; Herculi quippe Comiti inscriptos vidimus suprà nonnullos aureos. Uterque hic nummus rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI CONSERVAT AVG N. Mars gradiens cum hastâ & clypeo: in imâ parte RES. *Regius.*

IMP C M A VAL MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Imperator paludatus stat cum duobus signis militaribus: in imâ parte PLC. *Regius.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut suprà.

SAECVLI FELIC AVG N. (2) Lupa à sinistris dextrorsum, sub quâ Romulus ac Remus sedentes: in imâ parte MOST. T. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAECVLI FELICITAS AVG N. Typus ut suprà: in imâ parte MOSTS. *Cham.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTOR OMNIVM GENTIVM AVG N. (3) Figura militaris barbata Victoriolam porrigit Imperatori paludato stanti, ad cujus pedes altera figura supplex: in imâ parte MOSTQ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AETERNA AVG N. Victoria tunicata ac succincta gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ. *Regius.*

Alius cum MOSTP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Fauvel.*

Alius cum MOSTQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum RE. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AETERNA AVG.... Typus ut suprà: in imâ parte MO.... *RE.*

Alius cum RQS. & coronâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (4) Victoria gradiens dextrâ sertum, sinistrâ palmæ ramum gestat: in imâ parte MOTP. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG N. Typus ut suprà: in imâ parte ....EP. *Cham.*

(1) Vide quæ ad nummum huic fermè similem aureum adnotavimus. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est.

(2) Hæc epigraphe & hic typus in Maxentio tantùm occurrunt. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est.

(3) Sic comparatus fuit Maxentius, ut cum nullæ laudes in illum convenirent, omnes usurparet: itaque Conservator Carthaginis quam cædibus & proscriptionibus, Romæ quam adulteriis fœdaverat, videri voluit: & sæculum suum felix prædicavit, quod idcirco tantùm infelix omninò non fuisse videtur, quia Constantinum tulit, à quo importunissimus tyrannus vita simul & Imperio deturbatus est: postremo victoris omnium gentium titulum, quem Aurelianus ipse & Probus, quales Principes! respuissent, affectavit, cum bellis civilibus tantùm exercitus esset, in iisque fraude magis, quam vera virtute Imperii sui limites protulisset. Epigraphe nova, nummus ipse eximius & singularis, nec extat apud Mediobarbum.

(4) Nummus hic & sequens Maxentii cum rarioribus adnumerandi sunt, nec extant in Collectione Mediobardi.

## *NUMISMATA LATINA Æ. III.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros.

AETERNITAS AVG N. (1) Castor & Pollux stantes, suum quisque equum fræno retinet: supernè duæ stellulæ: in imâ parte MOSTS. *Brandenburg.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERV VRB SVAE. Templum sex columnarum, in cujus medio sedet Roma. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii laureatum, ad pectus cum paludamento.

HERCVLI COMITI AVG N. (2) Hercules nudus stans, sinistrorsum spectans,

(1) De Castore & Polluce cur æternitatem significent jam diximus ad nummum prope similem Æ. II. hîc addendum duo numina Romæ appellatos à Prudentio lib. I. contra Symmachum, ubi horum habitum, qualis propemodum in hujuscemodi nummis cernitur describit:

*——————gemini quoque fratres*
*Corrupta de matre nothi, Ledeia proles,*
*Nocturnique equites, celsæ duo numina Romæ*
*Impendent, retinentque veru, magnique triumphi*
*Nuntia suffuso figunt vestigia plumbo.*

(2) Licet hujus Augusti nummi omnes ex Æ. III. rari sint, hic tamen cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum. Vide quæ ad nummum similem aureum suprà adnotavimus.

dextrâ clavæ innixus, ſiniſtrâ arcum & leonis exuvias tenet. *B.*

MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii leonis exuviis tectum, ad humeros.

SAECVLO FELICI AVG N. (1) Victoriæ duæ tunicatæ ac ſuccinctæ ſtantes ex adverſo, utrâque manu ſuſtinent clypeum in quo VOT XX. in imâ parte R. *Fouc.*

IMP MAXENTIVS P F AVG. Maxentius capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum geſtat.

VICTORIA AETERNA AVG. Victoria tunicata ſiniſtrorſum converſa, pede lævo baſi, ſuprà quam cippus, impoſito ſtans, clypeo cippo impoſito inſcribit VOT X. retrò captivus averſus manibus poſt tergum revinctis humi ſedet: in imâ parte MOSTS. *Val.*

Alius cum R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AETERNA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte RQ. *Regius*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii ut ſuprà, dextrorſum.

VICTORIA AETERNA AVG. Victoria ut ſuprà, clypeo inſcribit VOT XX. in imâ parte RQ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AETERNA AVG. Victoria ut ſuprà, clypeum cippo impoſitum, in quo VOT X. tenet utrâque manu: retrò captivus ut ſuprà: in imâ parte MOSTS. *Fouc.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Maxentius capite galeato, ad medium dorſum cum loricâ, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ.

VICTORIA AETERNA AVG N. (2) Typus ut ſuprà: in imâ parte MOSTP. *Frad.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AETERNA AVG N. Typus ut ſuprà, ſed in clypeo VOT XX. in imâ parte RS. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

VICTORIA AETERNA AVG N. Typus ut ſuprà: in imâ parte RT. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AETERNA AVG N. (3) Typus ut ſuprà, ſed in clypeo VOT XX. FEL. in imâ parte MOSTS. *Frad.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Maxentius capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrâ ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum geſtat.

VICTORIA AETERNA AVG N. Typus ut ſuprà: in imâ parte MOSTT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii galeatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AETERNA AVGG. (4) Victoria ſtans cum clypeo in quo VOT X. ad pedes captivus: in imâ parte PS. *RE.*

IMP C MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

VICTORIAE AVGG. (5) Victoria ſtans cum corona & palma: in ima parte MOSTT. *Regius.*

MAXENTIVS P F AVG. Caput Maxentii ut ſuprà.

VOT QQ. MVL. X. in coronâ. *Frad.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT QQ MVL X FEL. in coronâ. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT QQ MVL XX. in coronâ. *RE.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT QQ MVLT XX. in coronâ. *Regius.*

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Maxentio tantùm occurrunt; nam in Albini nummo inſcripto, SAECVLO FEL COS II. cernitur figura muliebris ſtans, dextra caduceum, ſiniſtra ramum tenens. Nummus hic Maxentii rariſſimus imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummi inſcripti VICTORIA ÆTERNA in variis Imperatoribus occurrunt; in Gallieno verò primùm legitur VICT. ÆT. AVG. ſed in illis typi diverſi. Hos autem Maxentii nummos cuſos putant ob victoriam de Severo relatam, de qua in ejus vita

(3) Nummi Maxentii cum hac epigraphe in clypeo inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Hic & ſequens nummus ad eandem victoriam de Severo relatam referendi ſunt; Auguſtós autem hîc intellige Maximianum Herculium patrem, & Maxentium; Severus enim Herculii perfidia deditione facta, dum Romam contendit, in via inſidiis Maxentii necatus eſt, teſte Zoſimô. Nummus hic inter rariores recenſendus eſt.

(5) Nummus hic rariſſimus eſt, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi; ubi etiam deſunt ſequentes omnes nummi, qui Votorum Quinquennalium & Decennalium mentionem faciunt.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VOT V Q MVL X. in coronâ. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VOT X FEL. in coronâ. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Maxentii pelle leoninâ tectum.
VOT X FEL T. in coronâ. *Hard.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VOT X FEL RT. in coronâ. *Collegii.*

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

. . . . . . . . . . . . . .
AETERNA FELICITAS AVG......(1)

IMP C MAXENTIVS P F AVG.
AETERNITAS AVG. Duæ figuræ militares ſtantes, ſe mutuò aſpicientes, altera dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam, alia haſtam dextrâ.

Eadem epigraphe.
AETERNITAS AVG N. Caſtor & Pollux cum equis; in imâ parte MOSTS.
Alius cum NOST. in imâ parte, eodem typo.

MAXENTIVS P F AVG.
AETERNITAS AVG N. Caſtor & Pollux pedites equos tenentes; & lupa cum infantibus.
Alius cum MOSTI. in imâ parte, eodem typo.

IMP C MAXENTIVS P F AVG COS II.
AETERNITAS AVGG N. Caſtor & Pollux nudi equos tenentes: in imâ parte NOST.

IMP MAXENTIVS P F AVG.
CONSERVATOR AFRICAE SVAE. SFFFT. Mulier cum ſigno militari.

IMP C MAXENTIVS P F AVG COS II.
CONSERV VRB AET. DVP. (2)

Eadem epigraphe.
CONSERV VRB SVAE.

MAXENTIVS P F AVG. *in aliis* IMP MAXENT.
CONSERV VRB SVAE. Templum in cujus medio figura: in imâ parte ACT.
Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo.
Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.
CONSER VRB SVAE. Templum ſex columnarum, in quo mulier ſedet.
Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo.

IMP MAXENTIVS P F AVG.
CONSERV VRB SVAE. Templum, in quo mulier ſedet, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam, quam coronat Victoria adſtans, cum captivo ad pedes: in imâ parte AQP.
Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo.
Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.
CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà, abſque captivo: in imâ parte AQS.

Eadem epigraphe.
CONSERV VRB SVAE. Templum in quo mulier ſedet, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam, à Victoriâ coronata: in fronte templi lupa, utrinque duæ Victoriæ: in imâ parte TT.

Eadem epigraphe.
CONSERV VRB SVAE. Templum ſex columnarum, in quo figura ſedens; cui alia figura accedens porrigit coronam: ſuprà utramque Victoria.

IMP C MAXENTIVS P F AVG.
CONSERV VRB SVAE. Templum, in cujus medio figura: in imâ parte AQT. & ſtella.

Eadem epigraphe.
CONSERV VRB SVAE. Roma in templo ſcuto inſidens, dextrâ globum adſtanti porrigens, ſiniſtrâ haſtam tenens, cum captivo ad pedes: in imâ parte CON. S.

Eadem epigraphe.
CONSERVA VBS SVAE. Roma ſedens in templo, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte AQP.

Eadem epigraphe.
CONSERVAT VRB SVAE. Templum quatuor columnarum, in quo Roma ſcuto inſidens, globum tradit figuræ laureatæ ſtanti, ad pedes captivum habenti: in imâ parte AQT.

Eadem epigraphe.
CONSERV VRB SVAE CONS II. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte.

IMP MAXENTIVS P F AVG.
CONSERVATORES KART SVAE. Templum in quo figura ſtans ſingulis manibus fructus tenens: in imâ parte KPB.

IMP C M A VAL MAXENTIVS P F AVG. *in alio* Buſtum nudum, capite leoninâ

(1) Nummum hunc rariſſimum, ſed mutilum, & abſque typi deſcriptione profert Mediobarbus ex Spanhemio. Vide nummum integrum ſuprà inter Æ. II.

(2) Profert Mediobarbus hunc Maxentii rariſſimum nummum ex Occone. Vide nummos Hadriani inſcriptos, URBS ROMA ÆTERNA.

pelle tecto, dextrâ lauream, ſiniſtrâ ſcutum cum baltheo.

CONSERVATORES VRB SVAE. Templum in quo mulier ſedet cum globo & haſtâ : in imâ parte TT.

IMP C MAXENTIVS P F AVG.

FIDES MILITVM AVG N. NOSTR. Mulier ſingulis manibus ſignum militare tenens.

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM AVGG. (1) Typus ut ſuprà.

IMP C M A VAL MAXENTIVS P F AVG.

MONETA AVGG. Tres Monetæ ſtantes cum bilancibus, & cornucopiis, ad pedes nummorum acervos habentes.

. . . . . . . . . . .

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.

. . . . . . . . . . . .

PROVIDENTIA DEORVM QVIES AVGG. (2)

. . . . . . . . . . . . .

SAECVLI FELICI AVG VI. (3) Lupa cum Romulo & Remo.

IMP C MAXENTIVS P F AVG.

SAECVLI FELICITAS AVG N.MOSTT. Typus ut ſuprà.

M VAL MAXENTIVS NOB CAESAR.

SALVIS AVGG ET CAESS FEL KART. HM. (4) Figura muliebris ambabus manibus expanſis ignotos fructus tenens.

IMP C MAXENTIVS P F AVG.

VICTORIA AETERNA AVG. MOSTT. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

MAXENTIVS P F AVG.

VICTORIA AETERNA AVG. NOST. Victoria ſedens, clypeum tenens.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AETERNA AVG. Victoria ſtans cum captivo ad pedes, clypeo inſcribens VOT X, in imâ parte MOSP.

Alius cum NOST. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe. Capite galeato, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum.

VICTORIA AETERNA AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte TR.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AETERNA AVG N. Victoria gradiens, ſiniſtrâ palmam.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AETERNA AVG N NOST. Victoria inſcribens clypeo, VOTIS MVLTIS.

. . . . . . . . . . . .

VICTORIA AETERNA AVGG NOST. O. Victoria inſcribens clypeo columnæ impoſito VOT X.

IMP C MAXENTIVS P F AVG.

VICTORIA DD NN AVG ET CAES VOT V MVLT X. (5)

. . . . . . . . . . . .

VICTORIAE AETERNAE. (6) Victoria gradiens.

(1) In Indice Mediobarbi ſcribitur, FIDES MILITVM AVGG N. verum legendum putamus AVGG. NN. ut videre eſt ſuprà inter Æ. II.

(2) Hunc rariſſimum imò ſingularem Maxentii nummum profert Mediobarbus ex Spanhemio, qui eum laudat ex cimelio Reginæ Chriſtinæ. Nummi cum hac epigraphe in Diocletiano & Maximiano ejus Collega obvii.

(3) Sic Mediobarbus ex Patini Indice, at fortaſſis legendum *Aug. N.*, non verò Aug. VI. ut videre eſt ſuprà, & in nummo ſequenti.

(4) Hunc rariſſimum Maxentii nummum exhibet Mediobarbus ex Occone.

(5) Nummum hunc rariſſimum imò ſingularem exhibet Mediobarbus ex Occone. Hæc epigraphe in Maxentio primùm occurrit.

(6) Nummum hunc Maxentii rariſſimum profert Mediobarbus ex Patini Indice.

# ROMULUS.

ROMULUS Maxentii filius natu major, Cæſar à patre anno 307. creatus, vivis exceſſiſſe anno 309. videtur, cum alterum Conſulatum gereret; atque hanc ſententiam Eminentiſſimus Cardinalis Noriſius primus prompſit, quam omnes deinde amplexi ſunt : ſed an ex incerto Panegyrici Sexti Auctore colligi poſſit adoleſcentem in aquis Tiberis periiſſe, peritiores viderint; mihi ſanè nihil in illâ oratione conſpectum eſt, quod Pagium ac Tillemontium hanc in opinionem vel leviter impellere debuerit; quæ

enim de Tiberi illic leguntur, eruditus Triſtanus apertiſſimè planiſſiméque explicaſſe mihi videtur.







## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DIVO ROMVLO NVBIS C. Caput Romuli nudum, ad humeros.

AETERNAE MEMORIAE. Templum rotundum valvis clauſis, cum aquilâ alis expanſis in faſtigio: in imâ parte MOST. *Fouc.*

DIVO ROMVLO NVBIS CONS. Romulus capite nudo ad pectus cum trabeâ, dextrâ ad pectus compoſitâ, ſiniſtrâ volumen tenet.

AETERNAE MEMORIAE. (1) Typus ut ſuprà: in imâ parte REP. *Bau. Nummus maximi moduli.*

(1) Hæc epigraphe ſola in Romulo occurrit, quæ quidem hunc à Maxentio patre conſecratum fuiſſe perſpicuè oſtendit; ſed negotium faciunt literæ NV. & NVBIS in capitis inſcriptione: Triſtanus cum eos ſolùm vidiſſet, in quibus NV CONS. & NVBIS CONS. ſcriptum eſt, *Noſtræ Urbis Conſervatori* legi debere exiſtimabat: ſed neſcio an cuiquam fidem fecerit tantam fuiſſe Monetariorum ſive inſcitiam, ſive oſcitantiam, ut in plurimis numiſmatibus ejuſmodi quæ etiamnum extant, literam R. quæ, ut exiſtimat, deſideratur, nuſquam reſtituerent: non ſanè fecit Emin. Cardinali Noriſio, qui *Nobiliſſimo Conſuli* legit, ut V. ſcriptum ſit pro O. & cætera per compendium ſcripta ſint. Tertia Erud. Harduini ſententia eſt, qui cum præter ſuperiores nummos, alios etiam, in quibus NV FILIO. ſcriptum eſt, conſpexiſſet, ſic exiſtimat, Romulum in his *Noſtræ Urbis Filium*, *Noſtræ Urbis Conſulem*, *Noſtræ Urbis bis Conſulem* appellari; noſtræ urbis, inquam, hoc eſt, Remorum, qua in urbe fingit, pœnè dixeram, ſomniat Maxentium imperaſſe, Romulum Conſulem, ſive Scabinum fuiſſe: cui ſententiæ quominus accedam, cum alia obſtant, tùm quod ſic quoque NVB AVG. in nummo Æ. III. intelligi nequeat. Cæterum Romuli nummi ex auro nulli hactenus reperti ſunt; hi verò ex argento rariſſimi ſunt, nec extant in Collectione Mediobarbi.

## *NUMISMATA LATINA Æ. II.*

DIVO ROMVLO NVBIS CONS. Caput Romuli nudum, ad humeros.

AETERNAE MEMORIAE. (1) Templum ex lapidibus quadratis cum gradibus, hemiſphærio tectum, foribus ſemiapertis, in cujus ſummitate aquila à dextris ſiniſtrorſum, alis expanſis, ac roſtro ſurſum verſo: in imâ parte MOSTS. *Fouc. RE.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RBS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum RBT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum SIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP MAXENTIVS DIVO ROMVLO NV FILIO. Caput Romuli ut ſuprà.

AETERNAE MEMORIAE. Templum cum gradibus hemiſphærio tectum, cum zoophoro ſex columnis ſuffulto, & cancellis à dextris & à ſiniſtris inter binas columnas, foribus ſemiapertis, in cujus ſummitate aquila ut ſuprà: in imâ parte AQS. *Regius.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum REP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum REQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNAE MEMORIAE. Templum abſque cancellis, cætera ut ſuprà: in imâ parte MOSTT. *Frad.*

Alius cum MOSTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum POTTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum REP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNAE MEMORIAE. Templum rotundum quatuor columnis ſuffultum: in imâ parte MTP. *RE.*

(1) Romuli nummi æreï ſecundi & tertii moduli haud obvii ſunt.

## *NUMISMATA LATINA Æ. III.*

DIVO ROMVLO NVB AVG. Caput Romuli nudum, ad humeros.

AETERNAE MEMORIAE. (1) Templum ex lapidibus quadratis hemisphærio tectum, foribus semiapertis, in cujus summitate aquila à dextris sinistrorsum, alis expansis, ac rostro sursum verso. *RE.*

DIVO ROMVLO NVBIS CONS. Caput Romuli ut suprà.

AETERNAE MEMORIAE. Typus ut suprà. *Brandenburg.*

Alius cum AT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum MOSTP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum MOST. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

DIVO ROMVLO NVBIS C. Caput Romuli ut suprà.

AETERNAE MEMORIAE. Typus ut suprà: in imâ parte AR. *Fauvel.*

Alius cum MOSTT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Nummus hic ob capitis epigraphen rarissimus, imò singularis; sed Romulus Augustus fuit? nemini quidem hactenus id in mentem venit: nummus tamen suadere videtur. Desideratur hic nummus in Collectione Mediobarbi.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *incerti moduli.*

IMP MAXENTIVS DIVO ROMVLO NV FILIO.

AETERNA MEMORIA. Templum.

Eadem epigraphe.

AETERNA MEMORIA NOVT T. Templum valvis apertis, in cujus medio aquila.

DIVO ROMVLO NVBIS CONS. *alii* NV F. *alii* NV COS.

CONCORDIA PR. (1) Figura sedens, dextrâ pateram, sinistrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

MEMORIAE AETERNAE. Templum duabus valvis apertis, suprà quod aquila: in imâ parte NOST T.

Alius cum RO. in imâ parte, eodem typo.

IMP ROMVLVS. Caput Romuli galeatum, ad humeros.

SC. (2) in coronâ laureâ. *Tristanus.*

(1) Hunc rarissimum imò singularem Romuli nummum exhibet Mediobarbus ex Occone. Cum eadem verò epigraphe & eodem typo occurrunt nummi in Nerone & in Vitellio.

(2) Hunc nummum Erud. Tristanus qui proposuit, non ad hunc Romulum, sed ad Orestis filium alio nomine Augustulum nuncupatum pertinere existimat; sed hunc vide. Romuli hanc nummi partem Mediobarbus è Goltzio exscripsit.

M AVR ROMVLVS NOB CAES COS.

# ALEXANDER.

ALEXANDER Africæ tyrannus Maxentii ætate fuit. Hunc Zosimus & Victor Junior Phrygem fuisse volunt; sed Aur. Victor Pannonicis parentibus natum testatur: quæ verò ad ejus rebellionem spectant Zosimus ita describit. Gal. Maximiano è vivis exempto, Maxentium Africam quoque ad suam authoritatem adducere voluisse, sed cum plerosque militum Galerii, Principis sui ante aliquot menses hostem sibi imperare nolle comperisset, transvectionis in Africam consilia primum agitasse, ut in eos animadverteret, si quis paulò contumaciorem se præberet, atque ubi illum responsa Aruspicum à transmarinâ expeditione deterruere, ab Alexandro denique Præfecti Prætorii

Prætorii Vicario, ut filium egregiâ formâ juvenem ſibi obſidem daret, petiiſſe. Enimverò ita ſe à parto Imperio geſſerat Maxentius, ut quæ vitia in illo magis reformidanda eſſent, libido, an crudelitas, an perfidia incertum foret: quamobrem repudiatâ ejus legatione Alexander, ubi juſſu ejus parari ſibi inſidias accepit, ſumptâ tandem purpurâ, ſuæ & filii ſaluti conſuluit. Cæterum Tyrannum hunc ætate affectâ jam-tum fuiſſe Scriptores produnt, ad hæc naturâ inertem, & exercitum etiam tumultuarium habuiſſe, cujus dimidia pars armis inſtructa non erat, quamobrem miſſi à Maxentio Rufus ſive Rufius Voluſianus, & Zenas Africam Principi ſuo brevi aſſeruerunt. Leviſſimum prælium editum fuiſſe teſtatur Zoſimus: fusâ enim exercitûs parte, Alexandrum fugæ comitem ſe addidiſſe ſcribit, comprehenſumque ad Romanos Duces adductum fuiſſe, qui cervices ei laqueo frangi juſſerunt.




## NUMISMATA ARGENTEA.

IMP ALEXANDER P F AVG. Caput Alexandri laureatum, ad humeros.

INVICTA ROMA FELIX KARTHAGO. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet papavera, ſiniſtrâ lauri ramum: in imâ parte PK. *Bau.*

(1) Nullus Alexandri ex argento nummus habetur in Collectione Mediobarbi.

## NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP ALEXANDER P F AVG. Caput Alexandri laureatum, ad humeros.

INVICTA ROMA FELIX KARTHAGO. Africa ſtans ſpicas, & uvam tenet: in imâ parte PK. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. (1) Templi facies ſex columnis ſuffulta, ad cujus veſtibulum figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à fronte, vultu dextrorſum converſo, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ: in imâ parte PTR. *Fouc. Fontaine.*

(1) Alexandri nummi omnes rariſſimi ſunt, nullum verò ejus nummum exhibuit Mediobarbus præter eum quem exſcribimus è Triſtano. Tyrannos pleroſque Romam in ſuis nummis celebraſſe jam monuimus, ne ab ea avulſi viderentur. Hanc verò Æternam & Invictam appellari ſolitam quis neſcit? ſicut Carthaginem Felicem: de quo titulo pluribus diſſeruimus in nummis Val. Maximiani.

## *Numiſmata incerti metalli ac moduli.*

IMP ALEXANDER P F AVG. Caput Alexandri diademate gemmato cinctum, ad humeros.


INVICTA ROMA FELIX KARTHAGO. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ ſpicas tenet, ſiniſtrâ papavera: in imâ parte PK. *Triſtanus.*

(1) Alexandrum annos tres & aliquot menſes imperaſſe recentiores quidam idcirco volunt, quod Goltzius, & deinde Occo nummos Ægyptiacos ejus tyranni exhibuerint cum illorum annorum notis: A KAIC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC ΕΥC ΕΥΤ CEB. L. A. *alii* L. B. *alii* L. Γ. *alii* L. Δ. *Imperator Cæſar Alexander Pius Felix Aug. An.* 1. alii *an.* 2. alii *an.* 3. alii *an.* 4. ſed neſcio an Ægyptiaci nummi poſt Diocletianum in mundo ſint, aut unquam fuerint: quos verò Goltzius deſcripſit, ii vel ad libitum conficti, vel Alexandri Severi eſſe videntur.

# MAXIMINUS.

GALERIUS VALERIUS MAXIMINUS, cui privato Dazæ nomen fuisse fertur, Galerii Maximiani sorore natus est in Illyrico, cumque scutarius primùm, deinde protector, mox Tribunus militum factus esset, postremo Cæsar ab avunculo creatus Kal. Maii anni 305. Orientem regendum accepit. Hunc literis haud perinde infestum ac plerosque illius ætatis Principes fuisse, literatosque in honore habuisse testantur Scriptores; sed inextinctæ libidinis, & qui mero se plerumque ita ingurgitaret, ut aliquando tandem constituerit, si quid à prandio juberet, id ut in posterum diem differretur. Idem cum Licinium Augustum à Maximiano creatum audisset, in eas querelas erupit, quibus eandem dignitatem, si sibi non concederetur, ipsum sibi attributurum non obscurè innueret: quamobrem hunc & Constantinum Maximianus Augustorum filios deinceps appellari præcepit: sed cum novo titulo sibi haud satisfaceret Cæsar noster, milites denique, ut se in Campo Martio, hoc est in Equiriis ludis extremo Februarii, vel pridie Idus Martii in honorem Martis celebrari solitis, Augustum nuncuparent induxisse traditur. Id porrò factum anno 308. exercitûsque judicium Maximianus, quando hominis contumaciam haud aliter quàm civili bello frangi posse videbat, sibi non improbari simulavit: sed hoc anno 311. mortuo, Asiam & Bithyniam invasit Maximinus, amicitiamque cum Licinio eâ lege composuit, ut quicquid ultrà fretum Chalcedonis jacebat, ipsi deinde pareret. Sequens annus pestilentiâ in Oriente infamis fuit, quam, cum oculos maximè corriperet, à Deo immissam apparebat, sævitiam Maximini damnante, qui Christianis vitam quidem adimi vetuerat, sed oculos effodiri jusserat. Pestilentiæ accessit bellum cum Armeniis, qui Christianam religionem armis propugnarunt: sed nec clades hoc in bello acceptæ, cujus tamen exitum Eusebius non descripsit, nec Constantini ac Licinii literæ, qui devicto Maxentio incolumitatem nostris præstiterant, huncque ut idem faceret hortabantur, obstitere, quominus crudelitatem suam in eos interdum exerceret. Quamobrem acerrimum Ecclesiæ suæ hostem è numero hominum ejicere tandem statuit Deus, nec ea ultio ultra annum 313. dilata est: cum enim Constantinum & Licinium Mediolanum convenisse, nuptiisque celebrandis intentos esse comperisset, spe conceptâ posse nonnullas hujus Provincias per absentiæ occasionem invadi, Thraciam mediâ hieme petiit, & quamvis frigore & longis itineribus confecto exercitu, Byzantium tamen intrà undecim dies, ac deinde Heracleam cepit. Sed adventante demum Licinio, postquam pax inter eos convenire non potuit, concursum est pridie Kalendas Maii, cæsisque Maximini copiis, ipse fretum transgressus in Cappadociam profugit, ubi collecto exercitu purpuram, quam prælio excedens projecerat, resumpsit. Triginta hominum millia Licinium, Maximinum septuaginta eo die habuisse Cæcilius prodit: sed illis animos addiderat precum formula, quam Licinius ab Angelo per somnum acceptam, ter à suis ante quàm manus consererent, recitari jusserat. Cæterum copias post fugam variis in Asiæ locis collocavit Maximinus, quibus Licinii impetum interea retardatum iri confide-

bat, dum novos exercitus ipſe confirmaret; ubi verò ruptis Tauri clauſtris hoſtem veſtigia ſua premere vidit, de ſalute tandem deſperans, Tarſi, quo ſe ex Cappadociâ receperat, venenum hauſit, eoque poſt quatuor dies periit, cum inter acerbiſſimos dolores, quibus oculi ipſi excuſſi fuere, veri numinis iram ſe tandem experiri clamitaret, Chriſtumque, ut ſcelerum pœnas ſibi remitteret deprecaretur. Decimum Imperii annum tunc agebat, ex quo Cæſar creatus erat: Auguſtus menſes aliquot ſuprà quinquennium fuit. Uxor ac liberi ejus Licinii juſſu interfecti, quorum nomen ad nos non pervenit: ſed Valeriam Diocletiani filiam poſt Maximiani mortem uxorem ducere voluerat, atque ubi hanc in ſuam ſententiam trahi non poſſe viderat, in ſolitudines quaſdam Syriæ relegaverat.




## NUMISMATA AUREA.

**M**AXIMINVS P F AVG. Caput Maximini laureatum, ad humeros.

GAVDIVM ROMANORVM. (1) Figura muliebris ſedens ad trophæum, infanti mammas præbet: in imâ parte PR. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Maximini imberbis laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG. (2) Jupiter ſedens dextrorſum converſus, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtæ innixus: in imâ parte PR. *M.*

MAXIMINVS NOBIL C. Caput Maximini laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG ET CAESS NN. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *Regius.*

(1) Nummus hic rariſſimus, adeoque ſingularis eſt; ſed ejuſmodi epigraphen in Val. Maximiano jam exhibuimus; qua porro de cauſa Gaudium Romanorum in hujus Auguſti nummis commendetur, compertum mihi non eſſe fateor; cum nec Romæ imperaverit Maximinus, nec ullo adverſus Barbaros bello regnum ejus illuſtre fuerit. Potuit tamen nummus hic Maxentii juſſu cudi, quîcum Maximinus fœdus fecerat anno 311. ideo verò mulierem trophæo aſſidentem mammaſque infanti præbentem repræſentatam probabile eſt, quòd in Orientem fortè deductæ fuerint aliquot barbarorum familiæ, quæ arva ſuperioribus bellis devaſtata colerent. Cæterum qui nummi ex auro notam hanc (*MB*) non habent, hi omnes deſiderantur in Mediobarbo; in quo ſanè hæc & ſequens epigraphe deeſt in Maximini nummis.

(2) Hic etiam nummus vel Romæ Maxentii juſſu, vel à Maximino tum, cum fœdus cum Maxentio fecit, cuſus videtur; ideo enim duorum tantùm Auguſtorum mentionem facit, quia hi duo Principes ſimultatem cum Conſtantino & Licinio gerebant.

(3) Hæc epigraphe in Maximino tantùm occurrit, nec extat in Mediobarbo: & licet nummi omnes hujus Auguſti ex auro rari ſint, hic tamen rariſſimus eſt.

MAXIMINVS NOB CAIS. Caput Maximini ut suprà.

IOVI CONSERVATORI CAESS NN. (1) Jupiter nudus cum pallio in utrumque brachium trajecto stans, dextrâ gestat fulmen, sinistrâ hastæ innixus: in imâ parte AQ. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo. PRINCIPI IVVENTVTIS. (2) Figura militaris paludata stans, dextrâ tenet globum, sinistrâ hastam: à sinistris duo signa militaria erecta: à dextris in areâ Ξ. in imâ parte SMSD. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo. PRINCIPI IVVENTVTI. (sic) Figura militaris paludata stans inter duo signa militaria, dextrâ elatâ, sinistrâ hastæ adnititur: in imâ parte PR. *Fontaine.*

MAXIMINVS CAESAR. SOLI COMITI. Sol radiatus in quadrigis. *MB.*

MAXIMINVS NOB CAES. Bustum galeatum, dextrâ scutum, sinistrâ hastam.

SOLI INVICTO. Sol in quadrigis, dextrâ tenet globum, sinistrâ sceptrum. *MB.*

MAXIMINVS CAESAR. Caput Maximini laureatum, ad humeros.

SOLI INVICTO AVG. (3) Sol capite radiato stans, dextrâ elatâ, lævâ tenet flagellum: in imâ parte SMN. *Regius.*

MAXIMINVS P F AVG. Caput Maximini ut suprà.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. (4) Victoria dextrorsum gradiens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte PR. *Brandenburg.*

(1) Hæc epigraphe in Maximino primùm occurrit. Vide nummos Licinii Jun. Constantini M. & Crispi.

(2) Nummi Maximini cum hac epigraphe rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi. Maximinus Principis Juventutis titulo donatur etiam in Inscriptione sequenti, quam Nepete in Faliscis repertam exhibet Gruterus pag. 280.

D. N. C. GALERI
O. MAXIMI
NO. NOB
CAES
PRINCIP. IVV
R. P. NEPESINO
RVM

(3) Epigraphe nova, quæ in Mediobarbo deest: nummus ipse rarissimus, imò singularis: sed monendus est lector vocem AVG. in nummo non ita legi, ut nos expressimus, sed literas simul junctas esse, ac monogramma efficere.

(4) Nummus eximius & singularis, post victoriam de Maxentio cusus, quam hic fremens frendensque celebrat; hoc enim Scriptores produnt, devicto Maxentio, Maximinum metu ne societas cum illo à se juncta fraudi sibi foret, Constantinum & Licinium prompto obsequio placasse: quapropter non mirum si eam quoque victoriam, tametsi ipsius consilia perturbabat, in nummis tamen commendari voluerit. Cæterum hæc epigraphe in Maximino primùm occurrit, & deest in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

MAXIMINVS NOB CAIS. CONCORDIA MILITVM E. B. *MB.*

IMP MAXIMINVS P F AVG. Caput Maximini radiatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. (1) Genius capite turrito, seminudus, vultu dextrorsum converso stans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ sinistrâ: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Fouc. Nummus maximi moduli.*

(1) Nummus hic ex argento alias inter rariores recensendus, ob molem rarissimus est. Quo anno Maximinus Augustus appellari cœperit, eruditi hactenus disputant. Fuere qui existimarent Constantio è vivis exempto Rempublicam à quatuor Imperatoribus administrari cœptam, Constantio & Maxentio filiis Augustorum, Licinio & Maximiano novis hominibus: Maximinum eadem tempestate solum Cæsarem, usque ad Galerii Maximiani obitum in ea dignitate permansisse. His favebant Aur. Victor, qui Maximinum post biennium Imperii Augusti periisse scribit; Eutropius qui ejusdem inter Principes rationem nullam habet, ideoque tantum meminit, ut postremam ejus cladem narret; Sextus Victor denique, qui Cæsarem quadriennio, Augustum triennio fuisse prodit: sed iisdem adversabatur Eusebius lib. VIII. Hist. Eccl. dum Maximinum post quàm Licinius Imperatoriis honoribus auctus erat, Augustum à seipso renuntiatum tradit his verbis: Λικίνιος ἐπὶ τούτοις ὑπὸ κοινῆς ψήφου τῶν κρατούντων αὐτοκράτωρ καὶ σεβαστὸς ἀναπέφηνε. Ταῦτα Μαξιμῖνον δεινῶς ἐλύπει, μόνον καίσαρα παρὰ πάντων εἰσέτι τότε χρηματίζοντα· ὃς δὴ οὖν τὰ μάλιστα τυραννικὸς ὤν, παραρπάσας ἑαυτῷ τὴν ἀξίαν, σεβαστὸς ἦν, αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ γεγονώς. *Post hæc Licinius communi Imperatorum suffragio Imperator & Augustus declaratus est. Quod quidem Maximinus ægrè admodum tulit, qui hactenus Cæsar duntaxat ab omnibus appellabatur: hic ergo præ cæteris tyrannico ingenio præditus, Augustus à semetipso renuntiatus est.* Tametsi enim huic cum Eutropio statim convenire videatur; quia cæteros omnes Augustos, Maximinum unum Cæsarem ab omnibus dictum testatur, tamen penitiùs introspicienti patebit Eusebium verè & ad amussim locutum esse, quod è quinque Principibus duo Augusti ab omnibus dicerentur, Constantinus verò & Maxentius, utut ille in Pannoniis pro Cæsare,

IMP C GAL VAL MAXIMINVS P F AVG. Caput Maximini laureatum, ad humeros.

HERCVLI VICTORI. (1) Hercules nudus, vultu sinistrorsum converso stans, dextrâ post tergum reductâ, clavæ innititur sinistrâ, quâ & leonis exuvias tenet: à dextris in areâ Z. in imâ parte ANTB. *Fontaine.*

IMP MAXIMINV P F AVG. (sic) Caput Maximini ut suprà.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter stans, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ hastam: à dextris in areâ corona laurea, à sinistris B. in imâ parte SIS. *Regius, maximi moduli.*

IMP MAXIMINVS P F AVG. Caput Maximini ut suprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ corona laurea, à sinistris 6. in imâ parte SIS. *Foue.*

MAXIMINVS·NOB CAES.

IOVI CONSERVATORI CAESS NN. Jupiter dextrâ fulmen, sinistrâ hastam. *MB.*

Alius cum AQT. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

hic ne pro Cæsare quidem sed pro tyranno, haberentur, Augusti tamen à suis, authore Maximiano Herculio nuncupati essent, Maximinus unus, vel in Oriente cui præerat Cæsar appellaretur, quod cum indignè ferret, seipse invito Galerio Augustum renuntiavit. Vulgari errori primus obstitit Emin. Card. Noris, quem casus quidam magis quàm judicium ad veri cognitionem deduxit; cum enim in Maximini Augusti nummis has literas, ASIS. BSIS. &c. ς SIS. reperisset, sextum Imperii annum ab hoc cœptum verè quidem, falsissimo tamen argumento probare conatus est: quid enim Constantio fiet, si hujusmodi literæ annos Imperii designent, cujus Augusti nummum exhibuimus cum lemmate IOVI CONSERVATORI. in areâ Γ. in imo SIS. cum annum tantum imperaverit. Haud mirum itaque, si ne mentionem quidem ejus opinionis eruditi fecerint, quam referre pœnè pudebat; sed illud miremur licet, postquam L. Cæcilius è tenebris emersit, neminem intellexisse Maximini Imperii initia ad 27. mensis Februarii diem, vel ad 14. Martii anni 308. pertinere: hunc loquentem audi cap. XXXII. *Nuncupato Licinio Imperatore, Maximinus iratus nec Cæsarem se, nec tertio loco nominari volebat. Mittit ergo* [Gal. Maximianus] *ad eum sæpe legatos, orat sibi pareat,..... Dolet bestia & mugit, quod eum ideo ignobilem fecisset Cæsarem, ut sibi obsequens esset, is tamen voluntati ac precibus suis impiè repugnaret. Victus contumacia tollit Cæsarem nomen, & se Liciniumque Augustos appellat, Maxentium & Constantinum filios Augustorum. Maximinus postmodum scribit, quasi nuncians in campo Martio proximè celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum.* Plana omnia, si Maxentii loco Maximinum reponas; sed ea de re alias disserimus; nunc id agendum quod instat: num satis apertè scribit Cæcilius, Maximinum Augustum haud multò post Licinium à seipso renuntiatum? Ea sanè omnium sententia fuit, postquam illius liber in publicam lucem editus est: itaque amicum quemdam nostrum, alioqui acris & limati judicii virum & miror & doleo eam inaugurationem in annum 310. distulisse; quia sequenti capite Cæcilius de anno Gal. Maximiani decimo octavo agit: sed cæteri incerti utri anno 307. exeunti, an 308. ineunti adscribenda sit, Pagius ad extremum anni 307. refert: quam sententiam suam deducit, primum ex Consulatu suffecto Maximini anno 311. quem ob Quinquennalia assumptum opinatur: deinde ex Consulatu Maximianorum duorum anno 308. suscepto, post pacem, inquit, inter Augustos coagmentatam: nova & Pagio propria probationum genera vides: postremo ex loco quodam Victoris Jun. quem nec ibi, nec alias exscribit, & nos frustra quæsivimus. Sed quia L. Cæcilius Maximinum Augustum ab exercitu appellatum in Campo Martio scribit, is autem campus erat in quo ludi Martis, hoc est, Equiria celebrabantur, vel die 27. Februarii, ut demonstravit Erud. Nicolaus le Nourry, vel die 14. mensis Martii, ut infrà dicemus, constat ad horum alterutrum anni 308. referendam esse Maximini inaugurationem, quæ ita Licinii cooptationem in Principes brevissimo, hoc est, trium mensium intervallo sequuta est. De Campo Martio exscribere juvat quæ amicus noster eruditè, ut solet, notavit. His verbis, inquit, significantur Equiria, quæ festa erant sic cognominata ab *equorum*, ut ait Varro, *cursu. Eo enim*, pergit ille, *die currunt equi in Campo Martio.* Festus verò observat ludos esse, *quos Romulus Marti instituit, per equorum cursum, qui in Campo Martio celebrabantur.* Prius autem Ovidius cecinit lib. II. Fast. in fine.

*Jamque duæ restant noctes de mense secundo,*
*Marsque cito junctis curribus agit equos.*
*Ex vero positum permansit Equiria nomen,*
*Quæ Deus in campo prospicit ipse suo.*

Hi igitur ludi, quia Marti dicati erant, in campo Martio celebrabantur, exeunte Februario mense, uti non solum ab Ovidio, sed in antiquis etiam Kalendariis Romanis tomo 8. Antiquit. Romanarum pagg. 4. 9. & 15. notantur. Nonne autem vero satis simile est Cæcilii nostri verbis designari hunc Equiriorum diem, quo equi in campo Martio, cujus frequens apud Scriptores mentio, cursu exerceri solebant? hæc R. P. Nicolaus le Nourry; sed addere debuerat eadem Equiria pridie Idus Martii celebrata etiam fuisse: nam id quoque à laudato Ovidio proditum:

*Sex ubi sustulerit, totidem quoque deferet ortus,*
*Purpureum rapido qui vehit axe diem:*
*Altera gramineo spectabis Equiria campo,*
*Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.*

& in veteri Kalendario apud Rosinum Equiria hoc etiam die consignata.

(1) De hoc gestu Herculis alibi plura diximus: Maximini nummi ex argento qui notam hanc (*MB*) non habent, hi omnes desiderantur in Mediobarbo. Nummus hic (licet omnes argentei rari sint) inter rariores recensendus est.

IMP MAXIMINVS P F AVG. Caput Maximini laureatum, ad pectus cum loricâ.

S P Q R OPTIMO PRINCIPI. (1) Tria ſigna militaria: in imâ parte MOSTT. *Fouc.*

IMP MAXIMINVS AVG. Caput Maximini laureatum, ad humeros.

SOLI INVICTO COMITI. (2) Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, ſtans in quadrigâ à fronte, dextrâ extensâ & expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Maximini radiatum, ad humeros.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Regius.*

Eadem epigraphe. Maximinus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum tenet.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut ſuprà, cum PTR. in imâ parte. *DC. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Maximini ut ſuprà, abſque globo in ſiniſtrâ.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut ſuprà, cum PTR. in imâ parte. *Fouc. RE. Brandenburg. Farneſianus.*

Eadem epigraphe. Maximinus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum ſuſtinet.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut ſuprà, cum PTR. in imâ parte. *Frad.*

MAXIMINVS NOB CAES.

CAIUS VALERIUS LICINIANUS LICINIUS parentibus ignobilissimis in Daciâ natus, licet se ex Philippi Imperatoris genere ortum jactitaret, Cæsar & mox Augustus à Galerio Maximiano Carnunti in Pannoniâ creatus est die undecimâ Novembris anni 307. Huic veteri amicitiâ junctum fuisse, fortemque in Persico bello operam præstitisse Licinium Scriptores produnt: ideoque ejus consilia Galerius in gravissimis rebus frequentissimè exquirebat: sed ubi Severum Herculii fraude periisse, susceptâque in Italiam expeditione, cœptis haudquaquam prosperè successisse vidit, Licinium tandem ad communionem Imperii vocavit, & Illyrici partem ac Rhætiam illi attribuit, spe injectâ Italiam quoque in jus potestatemque ejus venturam, quam tamen neuter aggredi ausus est ad annum 311. quo Galerius in numero hominum esse desiit. Ad hujus porro mortem adfuisse Licinium, & Valeriæ conjugis Candidianique filii curam in se recepisse Cæcilius testatur: sed Valeria Licinii libidinem reformidans, sive ob vetera quædam odia ævum apud Maximinum degere maluit. Quatuor deinde Principibus paruit Romanus Orbis, Constantino, qui Gallias, Hispaniam, Britanniam: Maxentio qui Italiam & Africam: Licinio qui cæteras Europæ Provincias administrabant: Maximino parebat Oriens universus, cum Asiam & Bithyniam statim à Galerii morte sibi adjunxisset: sed Italia & Africa Constantino Maxentii cæde quæsitæ anno sequenti: Maximinus verò ingenti prælio à Licinio victus periit anno 313. Rem sic narrant Scriptores: Constantinum à Maxentio lacessitum consilia communicasse cum Licinio; simulque Maxentii amicitiam à Maximino quæsitam: cæso verò Maxentio Constantinum & Licinium literas ad Maximinum misisse, quibus eum hortabantur, ut eandem quam ipsi benignitatem Christianis præstaret: quod sævissimus Princeps eo graviùs tulit, quòd primum inter Imperatores locum, quem sibi à Galerii morte deberi contendebat, Constantino à Senatu non repugnante Licinio attributum videret. Amborum tamen preces palam contemnere ausus non est: sed cum hos Mediolanum convenisse, celebrandisque Licinium inter & Constantini sororem Constantiam nuptiis intentos comperisset, spe conceptâ posse nonnullas Licinii Provincias per absentiæ occasionem invadi, Thraciam mediâ hyeme petiit, & quamvis frigore & longis itineribus confecto exercitu, Byzantium tamen intrà undecim dies, ac deinde Heracliam cepit. Porro Licinius illuc cum triginta hominum millibus advolavit, magis ut hostium impetum tantisper moraretur dum cæteras copias contraxisset, quàm quòd prælio decertare vellet, cum septuaginta hominum millia Maximinus secum duxisset: sed ab Angelo per somnum confirmatus, orationis formulam quam ab illo acceperat, ter à suis antequàm manus consererent, recitari jussit, atque ubi pax convenire non potuit, commisso pridie Cal. Maias prælio, ingentem hostium stragem edidit, ac deinde Maximinum in Ciliciam usque persecutus ad eam rerum omnium desperationem adegit, ut epoto veneno mortem sibi maturaverit circà mensem Augustum anni 313. Cæterum non in Maximini uxorem solùm, sed in Valeriam quoque, Candidianum & Severianum, hunc Severi, illum Gal. Maximiani filios, & in eos qui Christianos acriùs persecuti fuerant,

ſeverè, adeoque inhumanè animadvertit Licinius: poſtquam verò univerſum Imperium duorum Auguſtorum arbitrio gubernari cœptum eſt, diſſenſiones inter illos brevi ortæ. His initium à Licinio datum teſtatur anonymus Valeſianus, quod Baſſianum Cæſarem Italiæ à Conſtantino deſtinatum ad defectionem impulerit, ac deinde Sinicium Baſſiani fratrem, cujus operâ ad illum corrumpendum uſus fuerat, Conſtantino ad pœnam repetenti reddere noluerit. Coortum igitur anno 314. civile bellum, quod poſt memorabiles duas pugnas pace intrà aliquot menſes mutatum eſt. Primam ad Cibalim Pannoniæ oppidum die 8. Octobris commiſſam tradunt Scriptores, alteram in Mardienſibus campis haud longè ab Hadrianopoli: utrâque cæſas Licinii copias; ſed cum in poſteriori caſtra Conſtantini diripuiſſet, faciliùs ab illo obtinuiſſe ut ſibi ſatisfieri pateretur. Enimverò horum concordiam retardare nihil magis poſſe videbatur, quàm quòd Valentem Licinius poſt Cibalenſem pugnam Cæſarem creaverat: ſed hoc in ordinem redacto, incertum an & occiſo, Conſulatum ambo Imperatores una geſſerunt anno 315. Liciniique filius Licinianus una cum Criſpo & Conſtantino Conſtantini filiis Cæſar Cal. Martiis anni 317. nuncupatus eſt. Aliquot tamen Provinciis Conſtantino tum ceſſiſſe Licinium apparet; nihil enim in Europâ præter Thraciam, Mœſiæ partem, ac minorem Scythiam deinceps retinuiſſe fertur: ſed cum Chriſtianos in Conſtantinum, quàm in ſe propenſiores deprehendiſſet, ſimul animo ad crudelitatem inclinatiori ſerviens, hos anno 319. exagitare cœpit. Varias leges Euſebius recenſet ab illo promulgatas, quibus noſtros commoveri poſſe ſperabat, cum etiam duas Eccleſias in Eccleſiâ inſtitui vellet, quarum una virorum, altera mulierum eſſet: audito verò quod in votis maximè habuerat, ſuas leges à pleriſque Epiſcopis repudiari, ſuperiorum Principum, quorum miſerabilem exitum ſuis ipſe oculis conſpexerat, prava exempla ſecutus eſt. Alterum deinde bellum anno 323. inter duos Auguſtos ortum, quod ipſum quoque à Licinio cœptum plerique volunt, cum inſidiis in Conſtantinum hactenus fruſtrà graſſatus eſſet: ſed apparatum tunc fuiſſe magis quàm commiſſum opinor; prælio enim non ante menſem Julium anni ſequentis decertatum eſt. Cauſam prætendebat Licinius, quòd Gothos Thraciam & Mœſiam depopulatos propulſans Conſtantinus, per nonnullas regiones quæ ſibi parebant exercitum duxiſſet: initâ verò apud Hadrianopolim pugnâ tantam cladem accepit, ut ſalutem ſuam fugæ committere, obſidionemque intrà Byzantii mœnia pati coactus ſit. Ibi Martinianum Officiorum Magiſtrum ad communionem labantis & mox perituræ poteſtatis vocaſſe fertur: ſed cum claſſem univerſam à Criſpo aut captam, aut ſubmerſam audiſſet, fretum tranſgreſſus, exercitum centum & triginta hominum millium intrà aliquot dies conflavit. Tanto tamen apparatu nihil aliud quam cladem ſuam tantiſper retardavit, dum Conſtantinus in Bithyniam appuliſſet: cum enim ambo exercitus die 18. Septembris concurriſſent, cæſa è Licinianis ſuprà centum millia, ipſe Nicomediam profugit, ubi continuò obſeſſus, deditionem poſtremò fecit, vitam tantùm pactus, quæ tamen illi Theſſalonicæ, ubi exulabat, Conſtantini juſſu erepta eſt. Ita Imperium ipſi decem ac ſeptem propè annorum fuit, quorum tres & aliquot menſes cum Galerio, duos cum Maximino, & Conſtantino, cæteros cum Conſtantino ſolo regnaverat, vir in libidinem effuſus, literarum infenſiſſimus hoſtis, crudelitate & avaritiâ infamis, bello tamen bonus, agrorum cultoribus acceptus, in quos plurima beneficia contulit. Vitam ejus annis circiter ſexaginta circunſcriptam fuiſſe tradit Victor Junior.




## NUMISMATA AUREA.

LICINIVS NOB CAES. Buſtum Licinii patris laureatum, dextrâ ſyngrapham, ſiniſtrâ ſceptrum.

CONCORDIA AVGG DD NN AET. (1)

(1) Nummum hunc rariſſimum, imò ſingularem, ſi quidem genuinus eſt, Mediobarbus è Strada exſcripſit; epigraphe nova & typus novus: nummus verò tum cuſus, cum Licinium Gal. Maximianus Cæſarem nuncupavit, Votorum Quinquennaliorum à Licinio ſuſceptorum meminit: Auguſti hîc memorati, vel ii ſunt, quos ſuprà appellavimus, Auguſtus nimirum, & novus Cæſar; vel plures indicantur, tametſi duo G. tantùm in nummo cælata ſint, iique fuerint Seniores Auguſti duo, & Gal. Maximianus; nam illos Car-

Imperatores duo paludati ſtantes, dextris ſuſtinentes globum, in quo Victoria, quæ ambobus laureas imponit, ſiniſtris haſtas; in eorum medio ſidus, & ara cum igne, in quâ VOT P V. in imâ parte Q. ARL. *MB.*

LICINIVS AVGVSTVS. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter nudus cum pallio ex humeris pendulo ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ ſuſtinet globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtæ innixus; à dextris pro pedibus aquila coronam lauream geſtans roſtro: in imâ parte SMN. *Decleſves.*

LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG. (1) Jupiter ſedens cum fulmine & haſtâ: in imâ parte PTR. *Regius. Brandenburg.*

LICINIVS AVG OB D V FILII SVI. Caput Licinii nudum à fronte, ad pectus cum trabeâ.

IOVI CONS LICINI AVG. (2) Jupiter ſeminudus in ſubſtructione ſedens, dextrâ geſtat Victoriolam à quâ coronatur, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes aquila coronam lauream tenens roſtro: in ſubſtructione, SIC X SIC XX. in imâ parte SMNΓ. *RE. MB.*

LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

PERPETVA VIRTVS AVG. (3) Imperator eques, à dextris ſiniſtrorſum, quem miles galeatus & cum clypeo præcedit pedes: in imâ parte SMT. *Fontaine.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

PROFECTIO AVGG. (4) Imperator paludatus in equo, dextrâ haſtam tenet: in imâ parte SIS. *Regius.*

LICINIVS AVG.

nuntum in Pannonia tum conveniſſe certum eſt; ſed prima ſententia probabilior videtur.

(1) Nummi Licinii ex auro licet rari ſint omnes, cum hoc tamen typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(2) Nummum hunc eximium & ſingularem peculiari diſſertatione illuſtravit Emin. Cardinalis Noris; retulitque ad extremum anni 316. quod Decennaliorum ſolutorum, & Vicennaliorum ſuſceptorum, itemque tertii anni ejus in Aſia Imperii mentionem facere videtur; quodque exiſtimaret doctiſſimus vir Licinium imperare cœpiſſe in Illyrico quidem die XI. Novembris anni 307. in Aſia verò anno 314. ſed huic eruditi omnes adverſantur, Maximinumque anno 313. periiſſe, probabiliſſimis, ne dicam, certiſſimis argumentis contendunt: quapropter aut alia quærenda eſt explicatio notarum, SMNΓ. quæ in ima nummi parte occurrunt, quaſque Erud. Cardinalis ſic interpretabatur, *Sacra Moneta Nicomediæ an.* 3. aut an rectè expreſſæ ſint dubitandum, quam in partem eo magis inclinat animus, quod doctiſſimus Bianchi non SMNΓ. ſed SMNP. in eo legerit. Cæterum literas OB DV. idem Cardinalis *oblationem devotam* ſignificare exiſtimat, muneraque Principibus ob Votorum ſolutionem offerri ſolita, apertiſſimè, planiſſimèque demonſtrat: ſed alii legere malunt, *Ob Decennalia Vota filii ſui*, nimirum ſuſcepta, ut nummus pertineat ad annum 321. quo Cæſar ille Quinquennalia vota ſolvit, cum ejus pater decimum-quartum Imperii annum degeret: quæ quidem interpretatio, ſatis ſcio, haud placebit iis qui pleroſque nummos in quibus Votorum mentio fit, referre ſolent ad annos quo Vota aut ſuſcepta aut ſoluta ſunt; hi enim contendent nummum hunc pertinere ad annum 315. quo Decennalia Vota ob Auguſtis duobus data conſtat: ſed præjudicatam de hujuſmodi quos Votivos vocant, opinionem variis in locis confutamus; de hocque ſic ſentimus, gratulari Principi ſuo Romanos ob Decennalia Vota Licinii Jun. ſimulque ipſi Vicennalia precari haud minus fauſta proſperaque, quàm Decennalia quæ ante aliquot annos peregerat. Tertiam de his literarum compendiis OB DV. imprudens pœnè omiſeram; ſunt enim qui ea ſic interpretentur, *Ob duplicem Victoriam Filii ſui.* Verùm pergratum nobis facient eruditi viri, ſi de duplici illa Victoria, quænam fuerit, nos edocuerint; præclaram enim fuiſſe oportet, quam reportarit puer duodecimum ætatis annum vix egreſſus, cum juſſu Conſtantini interfectus eſt. Enimverò non pauca Principum decora, quorum memoria intermortua erat, veterum nummorum ope velut è tenebris oblivionis eruta fuiſſe non ignoramus; ſed contendimus operam plerumque ludere viros doctos, cum è literis ſingularibus hiſtorias novas comminiſcuntur: ſi verò eo progrediantur, ut veteribus ſcriptoribus fidem hujuſmodi argumentis derogare velint; veluti cum puerum, ac pœnè infantem ex his literis OB DV. colligunt exercitibus præfuiſſe, victorias de hoſtibus reportaſſe, conſilium eorum non vanum ſolùm, ſed etiam vix ferendum eſſe planè teſtamur.

(3) Nova epigraphe: nummus verò rariſſimus, imò ſingularis: nummi aliquot in Conſtantino adhuc Cæſare occurrunt cum epigraphe, PERPETVA VIRTVS. ſed in iis figura militaris pedes expreſſa: hunc nummum veriſimile eſt cuſum fuiſſe, poſtquam devicto Maximino Licinius ſummam virtutis laudem adeptus videbatur; qua tamen brevi excidit, ubi non cum ignavo hoſte, qualem fuiſſe Maximinum probabile eſt; ſed cum fortiſſimo Principe Conſtantino manum conſeruit.

(4) Nummos duos Caracallæ exhibet Mediobarbus cum epigraphe PROF AVGG TR P &c. Typus Imperatoris equitis hoſtem ſtratum jaculo impetentis; quibus nummis cum hoc una in re convenit, quod Auguſtorum duorum profectionis mentionem faciunt, unum tantùm repræſentant. Auguſtorum porrò, hoc eſt, Gal. Maximiani & Licinii profectionem adverſus Maxentium celebrare videtur nummus hic; tametſi enim de bello adverſus tyrannum hunc poſt annum 307. quo Galerius ex Italia ejectus eſt, ſileant ſcriptores; pacem tamen inter ſocerum & generum nunquam coagmentatam fuiſſe Faſti Conſulares docent, dum alios Romæ, alios in reliquo orbe Conſules proceſſiſſe produnt: Zoſimus verò planè & apertè ſcribit Licinium Imperatorem creatum fuiſſe, ut Maxentium bello perſequeretur. Nummus rariſſimus, imò ſingularis, nec apud Mediobarbum extat.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (1) Duæ figuræ tenentes globum in quo Victoriola: in imâ parte PTR. E. *MB.*
LICINIVS AVGVSTVS. Caput Licinii coronâ gemmatâ cinctum à fronte.
SIC X SIC XX SMNB. (2) in clypeo, & supernè aquila. *RE.*
LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.
VBIQVE VICTORES. (3) Imperator paludatus stans inter captivos, dextrâ hastam gerit, sinistrâ orbem Romanum: in imâ parte PTR. *Regius.*
LICINIVS AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.
VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. (4) Victoriæ duæ tenent clypeum cippo impositum, in quo VOT. X. in imâ parte PR. *Regius.*

(1) Nummi cum hac epigraphe primùm in Carausio, deinde in Helena occurrunt, sed in illis typus diversus, ut suo loco videre est. Nummus hic rarissimus.
(2) Nummus eximius & singularis, qui quidem ad Decennalia Licinii pertinet; sed hunc à Cardinali Norisio conspectum non fuisse oportet: alioqui literas, SMNT. suprà in nummo qui Decennaliorum etiam meminit, ad annum tertium Licinii in Asia non retulisset, cum hic ad secundum referri nulla ratione queat. Expungenda igitur quæ Erud. Cardinalis hanc in sententiam scripsit: nec benigniùs tractandus Pagius ad annum Chr. 315. quo Decennalia à Licinio data probare conatus est, paulùm diversa quidem à Norisio, sed non minùs falsa ratione, cum laudatis literis SMNT. tota innitatur. Epigraphe nova, typus novus.
(3) Victorias Constantini & Licinii celebrare hic nummus videtur. Hujus porrò Augusti nummi ex auro omnes rari sunt, hic autem rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo, apud quem non extant nummi aurei quotquot notam *MB.* non habent. Epigraphe hæc nova. Vide nummos huic simillimos in Constantino Magno, & Crispo ejus filio.
(4) Hæc etiam epigraphe nova, & in hoc Augusto rara; in Constantino verò & Crispo ejus filio obvia.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.
GENIO POP ROM. Genius capite turrito seminudus, vultu dextrorsum converso stans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ sinistrâ: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte ATR. *Fontaine.*
Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Bau.*
IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.
IOVI CONSERVATORI. (1) Aquila cui Jupiter insidet. *MB.*
IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorsum, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ sceptrum.
IOVI CONSERVATORI. Aquila, cui insidet Jupiter, dextrâ tenens fulmen, sinistrâ sceptrum. *Ducang. MB.*
IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros, sinistrorsum.
IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio in humerum sinistrum rejecto stans, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ hastæ adnixus; pro pedibus aquila coronam gestans rostro: à sinistris in areâ B/M. in imâ parte SIS. *Bau. Nummus primi moduli.*
IMP C VAL LICIN LICINIVS AVG. Caput Licinii ut suprà.
IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio in brachium sinistrum rejecto stans, Victoriæ signum globo impositum tenet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ; à dextris juxtà pedes aquila alis expansis: à sinistris in areâ III. in imâ parte SKM. *Fouc.*
IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ sceptrum.
IOVI CONSERVATORI. (2) Jupiter aquilæ insidens, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ sceptrum. *Regius. Farnesianus.*
Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*
Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*
Eadem epigraphe. Licinius capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextror-

(1) Nummus hic ob capitis epigraphen inter rariores recensendus est.
(2) Nummi hujusmodi inter rariores recensendi ob capitis typum, quo se Licinius Jovi suo æquiparare videtur, dum ejus signa, fulmen & sceptrum sibi attribuit. Cum à Diocletiano & Maximiano sumpta essent Jovii & Herculii nomina, ut in tutelam horum Deorum se tradidisse viderentur, idem quoque nomen attributum iis quos adoptando in familiam suam inseruere: sed Herculii nomen Maximiani successores aspernati videntur; Jovii verò Licinius & Maximinus arripuere, quod in Diocletiani familiam transiissent; qua etiam de causa Licinius cognati numinis, ita enim loquebantur ea tempestate, attributa sibi vindicavit. Cæterum typus hic junctus huic inscriptioni haud alias occurrit.

ſum, dextrâ tenet volumen, ſiniſtrâ ſcipionem.

IOVI CONSERVATORI AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Fouc.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter radiatus, dextrâ globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes aquila roſtro ſertum tenens: in imâ parte SHN. *MB.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter nudus ſtans, dextrâ tenet globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes palma: à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte SMN. *Regius. Ducang. MB.*

IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. (1) Jupiter dextrâ Victoriolam, ad pedes aquila: in imâ parte TSA. *MB.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte TSA. *Fouc.*

IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ geſtat fulmen, ſiniſtrâ ſceptrum.

PROVIDENTIAE AVGG. (2) Ædificium, ſeu caſtra prætoria: in imâ parte MHTA. *Regius.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

SOLI INVICTO COMITI. Sol nudus capite radiato, cum pallio brachio ſiniſtro collecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tantiſper elatâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte ΔARL. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ R/X. à ſiniſtris F. in imâ parte RQ. *Fontaine.*

LICINIVS AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. (3) Victoriæ duæ togatæ ſtantes ex adverſo, utrâque manu tenent coronam aræ intermediæ ſuperpoſitam, in quâ VOT X. in imâ parte PR. *Fouc.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii galeatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS EXERCITI. (4) Labarum erectum, in quo VOT XX. inter captivos duos humi ſedentes: in imâ parte ST. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

VOT XX. (5) In coronâ laureâ, circâ quam DN LICINI AVGVSTI. in imâ parte luna bicornis cum ſtellâ inter cornua. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOT XX MVLT XXX TS A. (6) In coronâ laureâ. *Fouc.*

(1) Nummus hic Licinii ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus eſt.

(2) Hujus Auguſti ex argento nummi licet omnes rari ſint, hic tamen ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus eſt. Hi autem omnes ex argento nummi exceptis paucis, qui notam *MB.* habent, in Mediobarbo deſiderantur.

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt. Vide ſimillimum huic ex auro.

(4) Typus novus, ſed in ejuſdem ævi nummis obvius.

(5) Epigraphe nova. Vide nummos Conſtantini & ejus filiorum.

(6) Nova epigraphe, quæ & Vicennalia ſuſcepta, & Tricennalia ſpe & cogitatione præcepta memorat: nummus ipſe rariſſimus, imò ſingularis apud Mediobarbum non extat; quem ad annum verò pertineat, difficile eſt pro certo affirmare; niſi quod conſtat Licinii annum decimum menſe Novembri anni 316. cœpiſſe: ſed cum Emin. Cardinalis Noris Decennalia tum à Licinio ſoluta contenderit, argumentis uſus eſt non incertis ſolum, ſed planè falſiſſimis; cum enim in nummo ſuprà relato, IOVI CONS LICINI AVG. ſubſtructionem, cui Jupiter inſiſtit, conſpexiſſet his literis inſignem, SIC X SIC XX. ibidemque haſce Monetæ notas SMNΓ. reperiſſet, nummum illum Nicomediæ cuſum ſcripſit, & quidem tertio anno Imperii Liciniani in Aſiâ: quod duobus argumentis falſum eſſe demonſtravimus; primo, quia extremo anni 316. Licinius quartum jam annum Aſiæ imperitabat; altero, quia nummus extat, SIC X SIC XX. inſcriptus, cum SMNB. in ima parte.

## *NUMISMATA ÆREA LATINA maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

D N LICINI LICINIVS NOB C. Licinius medio corpore tenus, dextrâ hastam gerit.

EXERC AVGVSTORVM. (1) Licinius paludatus stans super tripodem sacra facit, coronatur à Victoriâ: ex adverso Licinii stat figura togata, à dextris ejus miles. *Vaillant.*

IMP LICINIVS P F AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ gestat scipionem, in cujus summitate aquila.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio stans, dextrorsum spectans, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ hastæ innixus; pro pedibus à dextris aquila. *DeC.*

(1) Nummi hujus Augusti ex ære maximi moduli rarissimi sunt omnes, hic autem singularis; sed an tum cusus fuerit cum Licinius Cæsar à Gal. Maximiano appellatus est; an verò postmodum, in iis Provinciis quæ vel Constantino vel alii cuidam Principi parebant, quod institutum esset, ut, si quando Imperium inter plures distractum esset, singuli in suis Provinciis Augusti, in Collegarum Provinciis vel Augusti, vel Cæsares indiscriminatim dicerentur, incompertum est. Planè in Actis Purgationis Cæciliani coram Æliano Proconsule Africæ, quæ ad xv. Kal. Martias anni 314. pertinent, Licinius Cæsar tantùm appellatur: *Constantinus Maximus semper Augustus, & Licinius Cæsar, ita pietatem Christianis exhibere conantur, &c.* Epigraphe hujus nummi nova.

## *NUMISMATA LATINA Æ. II.*

IMP LIC LICINIVS AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

GENIO AVGVSTI. Genius nudus cum modio, & pallio in brachium sinistrum rejecto, dextrâ gestat pateram, sinistrâ cornucopiæ: à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris Γ. in imâ parte ЄXI. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO AVGVSTI. Typus ut suprà: à dextris in areâ luna bicornis; à sinistris A. in imâ parte SIS. *Frad. Fontaine.*

Alius cum Δ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

P LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

GENIO AVGVSTI. (1) Typus ut suprà: à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris Є. in imâ parte SIS. *Cham.*

VAL LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

GENIO AVGVSTI. Typus ut suprà: à dextris in areâ stella, à sinistris A. in imâ parte SM. TS. *Fouc. Frad.*

Alius cum B. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum Γ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

VAL LICINNIANVS LICINNIVS P F AVG. (sic) Caput Licinii ut suprà.

GENIO AVGVSTI D N. (2) Typus ut suprà: à dextris in areâ B. à sinistris tria puncta: in imâ parte MKV. *Bau.*

Alius cum MKVΓ. in imâ parte, absque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C VAL LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

GENIO CAESARIS. (3) Typus ut suprà: in imâ parte ATR. *Fouc.*

IMP C VAL LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

GENIO CAESARIS. Typus ut suprà: in imâ parte HTΔ. *Hen.*

IMP C LIC LICINNIVS P F AVG. (sic) Caput Licinii ut suprà.

GENIO IMPERATORIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ $\frac{\circ}{A}$. in imâ parte ANT. *Fouc. Hen.*

IMP C VAL LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

GENIO IMPERATORIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ K. à sinistris $\frac{B}{P}$. in imâ parte AQT. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO IMPERATORIS. Typus ut suprà: à sinistris in areâ luna bicornis: in imâ parte ATA. *Fouc.*

Alius cum ATT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum MTA. in imâ parte, absque lunâ bicorni in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

(1) Nummus hic ob capitis epigraphen cum rarioribus adnumerandus est. Vide quæ de Genio Augusti alibi adnotavimus.

(2) Epigraphe nova, & quæ in Mediobarbo desideratur: nummi rarissimi.

(3) Nummi cum hac epigraphe in Licinio rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi.

Eadem

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO IMPERATORIS. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris luna bicornis : in imâ parte ATЄ. *Cham.*

IMP C VAL LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

GENIO IMPERATORIS. Typus ut ſuprà, cum lunâ bicorni à ſiniſtris in areâ : in imâ parte KTT. *Brandenburg.*

VAL LICINNIANVS LICINNIVS P F AVG. (ſic) Caput Licinii ut ſuprà.

GENIO IMPERATORIS. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte MKV. *Regius.*

Alius abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Genius ſeminudus capite turrito, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ : à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte ATR. *Fouc.*

Alius cum PLN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.* RE. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris S. in imâ parte PTR. *Fouc.*

IMP C GAL VAL LICINIANVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

GENIO POP ROM. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte SMNA. *Fouc.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Genius ſeminudus capite turrito, vultu dextrorſum converſo, cætera ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte PLN. *Cham.* RE.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, dextrâ geſtat fulmen, ſiniſtrâ haſtam : in imâ parte AQS. RE.

IMP FL CL LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. (2) Jupiter ut ſuprà : pro pedibus à dextris aquila coronam lauream geſtans roſtro : à ſiniſtris in areâ $\frac{A}{H}$. in imâ parte I. *Ducang.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ $\frac{A}{H}$. in imâ parte SIS. *Cham.*

Alius cum $\frac{A}{M}$. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum $\frac{A}{M}$. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Frad.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ corona laurea, à ſiniſtris C. in imâ parte SIS. *Fouc.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, ſed Jupiter dextrâ tenet globum cum Victoriolâ : in imâ parte TS. Δ. *Fouc.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SIS. RE.

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Δ. in imâ parte SMK. RE.

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte.... RE.

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, cum captivo inſuper à ſiniſtris humi ſedente : à ſiniſtris in areâ $\frac{X}{IIΓ}$. in imâ parte SMH. RE.

IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, lauri ramum tenet dextrâ, ſiniſtrâ ſceptrum.

IOVI CONSERVATORI AVG. Typus ut ſuprà, abſque captivo : in imâ parte STR. *Fouc.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii coronâ ex gemmis redimitum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte TS. Γ. *Cham.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte HT. Δ. *Fouc.* RE.

(1) Nummus hic ob capitis inſcriptionem cum rarioribus adnumerandus eſt.
(2) Nummus etiam hic ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus eſt.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ corona laurea sub quâ $\frac{A}{N}$ in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut] suprà : à sinistris in areâ corona laurea, sub quâ $\frac{B}{III}$. in imâ parte ANT. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à sinistris in areâ B. in imâ parte SMNT. *RE.*

IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, lauri ramum tenet dextrâ, sinistrâ sceptrum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ corona laurea, sub quâ $\frac{\Delta E}{III.}$ in imâ parte ANT. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ corona laurea, à sinistris B. in imâ parte SMK. *Fouc.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut suprà : à sinistris in areâ B. in imâ parte SIS. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut suprà : à sinistris in areâ A. in imâ parte SIS. *RE.*

IMP C P LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. (1) Typus ut suprà : à sinistris in areâ Є. in imâ parte SIS. *Fouc.*

Alius cum SMAT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TS. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut suprà, absque literis in areâ: in imâ parte T.S. A. *MDM.*

Alius cum TS. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut suprà : à sinistris in areâ B. in imâ parte TS. Γ. *Frad.*

Alius cum TS. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte TS. Δ. *Fontaine.*

DD NN IOVII LICINII INVICT AVG. ET CAES. Licinii duo pater à dextris, & filius à sinistris laureati infrà medium pectus; ille paludatus, hic cum trabeâ, Victoriæ signum absque alis utrâque manu extensâ lauream tenentis, uterque sustinet dextrâ.

I O M ET VICT CONSER DD NN AVG ET CAES. (2) Jupiter nudus cum pallio, stans à sinistris, dextram demissam tantisper protendit, hastæ adnititur sinistrâ : ex adverso stat Victoria coronam lauream tenens dextrâ, palmæ verò ramum sinistrâ: in imâ parte SMKA. *Frad.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Aquila legionaria erecta inter duo signa militaria : in imâ parte MOSTQ. *Fouc.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Sol stans capite radiato cum pallio à tergo pendulo, dextrâ extensâ & expansâ, globum gestat sinistrâ : in imâ parte MOSTQ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : in imâ parte ST. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. Sol stans capite radiato nudus cum pallio in bra-

(1) Nummus hic ob capitis epigraphen cum rarioribus adnumerandus est.

(2) Nummum hunc è cimelio Christinæ Reginæ Emin. Cardinalis Noris jam protulerat, nec multum diversum Tristanus, qui tamen legebat I OM T VICT. &c. & interpretabatur *Jovi Optimo Maximo Tutatori Victori*, &c. perspicuè malè; sed eruditissimum virum fefellit nummus hac in parte detritus, quem constat Jovi & Victoriæ Conservatoribus Licinii Augusti, & Licinii Cæsaris cusum, ut laudatus Cardinalis præclarè demonstravit adversus eundem Tristanum, qui Gal. Maximianum Augustum, & Licinium Cæsarem hîc indicari existimabat. Quanquam ne ipse quidem Cardinalis ab errore immunis est, dum ex his literis MKΓ. quæ in Tristani nummo expressæ sunt, tempus quo filium Cæsarem Licinius nuncupavit, colligi posse opinatur, nec in suo nummo videt alias esse literas quæ probationem illam omnem evertant; cum in eo SMKA. legat. Epigraphe nova : nummus hic rarissimus; sequens verò haud obvius.

chium ſiniſtrum rejecto, cætera ut ſuprà: à dextris in areâ R. à ſiniſtris F. in imâ parte R Q. ſtellâ intermediâ. *RE.*

IMP C LICINNIVS P F AVG. (ſic) Caput Licinii laureatum, ad humeros.

VIRTVTI EXERCITVS. (1) Imperator laureatus ac paludatus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro cum clypeo: à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris H. in imâ parte ANT. *Fouc.*

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo; cuſus verò videtur poſt devictum Maximinum; tametſi enim militia bonum fuiſſe Licinium noſtrum ſcriptores tradunt, prætereaque bellum ab hoc adverſus Maxentium geſtum vero ſimile ſit, unius tamen de Maximino victoriæ mentionem ab hiſtoricis fieri nemo neſcit; prætereaque victorias de Maxentio relatas in nummis Antiochiæ cuſis prædicari haud ſatis probabile eſt, cum huic urbi & univerſo Orienti tum præeſſet Maximinus, qui cum Principe noſtro occultas quidem, acres tamen inimicitias exercebat.

## *NUMISMATA LATINA Æ. III.*

IMP C LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

GENIO AVGVSTI. (1) Genius cum modio ſtans, dextrâ tenet Victoriolam, ſiniſtrâ cornucopiæ: à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris A. in imâ parte ANT. *Val.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP C LIC LICINNIVS P F AVG. (ſic) Caput Licinii ut ſuprà.

GENIO AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris B. in imâ parte AN. *Ducang.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

GENIO AVGVSTI. Genius ut ſuprà ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris in areâ Δ. in imâ parte SMK. *Frad.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

GENIO AVGVSTI. (2) Genius ſeminudus capite turrito, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet caput Solis radiatum, ſiniſtrâ cornucopiæ: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte ANT. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO AVGVSTI. Genius ut ſuprà ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à dextris in areâ luna bicornis, à ſiniſtris A. in imâ parte SIS. *Fon.*

Alius cum Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte ATR. *Fouc. RE. Fontaine.*

Alius cum BTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ: in imâ parte ATR. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte MIL. *Fouc.*

Alius cum MLL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum MOSTQ. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ P. à ſiniſtris S. in imâ parte MLN. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ TF. à ſiniſtris ſtella: in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: à ſiniſtris ſtella: in imâ parte PLN. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & PLN. in imâ parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte PLN. *Fouc. RE. Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PLN. *Le Roy.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem

(1) Nummi rari ob typum, qui in hoc Auguſto tantùm, & in Maximino occurrit, ut illic monuimus.

(2) Genium cum hujuſmodi attributo in Maximino jam exhibuimus, nonnullaque ibi adnotavimus, quæ vide. Nummus hic rariſſimus eſt, nec apud Mediobarbum extat.

typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris S. in imâ parte PTR. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte PTR. *Frad. Collegii.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ : in imâ parte PTR. *SG.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte RQ. *Le Roy.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnixus : ad pedes aquila coronam gerens roſtro : à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte SMN. *Hard.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtæ innixus : pro pedibus aquila coronam lauream geſtans roſtro ; à ſiniſtris in areâ Δ. in imâ parte SMK. *RE.*

Alius cum SMN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Z. in imâ parte SMK. *Frad.*

Alius cum SMN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, ſed aquila abſque coronâ : à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte SIS. *Brandenburg.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, aquilâ cum coronâ : à ſiniſtris in areâ $\frac{N}{B}$. in imâ parte SMN. *Ducang.*

Alius cum $\frac{N}{\Gamma}$. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Frad.*

IMP C VAL LICINIVS P F AVG. Caput Licinii radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter typo quo ſuprà ; à ſiniſtris captivus humi ſedens : à ſiniſtris in areâ $\frac{X}{III}$. in imâ parte SMKB. *Ducang.*

IMP VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ : in imâ parte SMANT. *Brandenburg.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter typo quo ſuprà, fulmen tenet dextrâ, haſtæ puræ adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte AQS. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ corona laurea : in imâ parte RQ. *Fouc.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ut ſuprà, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtæ innixus, in cujus ſummitate aquila : à dextris pro pedibus aquila, à ſiniſtris captivus humi ſedens, & ſuprà eum in areâ $\frac{X}{II\Gamma}$. in imâ parte SMNΔ. *RE.*

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. Licinius capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

IOVI CONSERVATORI. (1) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ : in imâ parte SMHA. *Frad.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SIS. *Fouc.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte SIS. *Frad.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Hen. Collegii.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem

(1) Vide quæ infrà ad nummum inſcriptum IOVI CONSERVATORI CAESS. monuimus : hic rariſſimus eſt ob capitis epigraphen, nec extat apud Mediobarbum.

typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SIS. *Frad.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ $^{X}_{IIr}$. in imâ parte SMALA. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMALB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMALE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMAHTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMANT. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Collegii.*

Alius cum SMANT. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT. Z. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

. Alius cum SMANT. H. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMHA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMHB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMHΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMHΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ à ſiniſtris : in imâ parte SMNΔ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, abſque aquilâ in haſtæ ſummitate : à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SMN. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ZM. in imâ parte SMN. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte SMK. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, cum aquilâ in ſummitate haſtæ : à ſiniſtris in areâ $^{X}_{IIr}$. in imâ parte SMNΓ. *Fouc.*

Alius cum SMNΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ IIII. in imâ parte SKM. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, abſque aquilâ in haſtæ ſummitate : à ſiniſtris in areâ $^{X}_{IIr}$. in imâ parte SMNΔ. *Fouc.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ & ſine captivo : in imâ parte TS. Δ. *Fouc.*

Alius cum TS. Є. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI AVG. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnititur : ad pedes aquila : à ſiniſtris in areâ S. in imâ parte SMN. *Collegii.*

Eadem epigraphe. Licinius capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ exertâ tenet quiddam, ſiniſtrâ ſceptrum.

IOVI CONSERVATORI AVG. (1) Aquila à dextris ſiniſtrorſum, cujus dorſo inſidet Jupiter nudus, dextrâ fulmen tenens, ſiniſtrâ haſtam : in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte MOSTR. *Fouc.*

Alius cum PARL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg. Collegii.*

(1) Nummi Licinii cum hoc typo rari.

Alius cum SAR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SARL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy. Fontaine.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum T. ARL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Collegii.*

Eadem epigraphe. Licinius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet volumen, ſiniſtrâ globum; poſt tergum ſceptrum apparet.

IOVI CONSERVATORI AVGG. (1) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtæ innixus: à dextris palmæ ramus erectus, à ſiniſtris in areâ Δ. in imâ parte SMN. *Frad.*

Alius cum Z. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter typo quo ſuprà, ſed loco palmæ habetur aquila: à dextris in areâ K. à ſiniſtris $\frac{X}{B}$. & ſuprà corona laurea: in imâ parte ALE. *Regius.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii coronâ ex lauro & gemmis cinctum ad humeros, dextrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà, abſque aquilâ: à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris Δ. in imâ parte ANT. *RE.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: pro pedibus à dextris aquila, à ſiniſtris captivus humi ſedens: à dextris in areâ K. à ſiniſtris $\frac{X}{A}$. & corona laurea ſuprà: in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ $\frac{A}{N}$. & corona ſuprà: in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ $\frac{E}{III}$. & corona ſuprà: in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum Θ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà, abſque captivo à ſiniſtris pro pedibus: à ſiniſtris in areâ $\frac{B}{X}$. & corona ſuprà: in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ K. à ſiniſtris $\frac{X}{A}$. in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ $\frac{\Gamma}{N}$. in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ $\frac{A}{N}$. & corona ſuprà: in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ $\frac{A}{III}$. & ſuprà corona: in imâ parte ANT. *Frad.*

Alius cum $\frac{\Delta}{III}$. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum $\frac{H}{III}$. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter ut ſuprà, ſed dextrâ tenet fulmen, cætera ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte AQ. T. *Fouc.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter ut ſuprà, ſed dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, &c. abſque aquilâ à ſiniſtris pro pedibus: in imâ parte HT. Δ. *Fouc.*

IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ exertâ tenet volumen, ſiniſtrâ ſceptrum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter ut ſuprà, ſed dextrâ globum tenet, cætera ut ſuprà: à dextris in areâ luna bicornis, à ſiniſtris A. in imâ parte SMAL. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter ut ſuprà, ſed dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, cætera ut ſuprà: à dextris in areâ corona laurea, à ſiniſtris A. in imâ parte SMK. *Fouc. Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SMK. *RE.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris palmæ ramus: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SMK. *Fouc.*

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà, cum aquilâ à dextris pro pedibus: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte SMHT. *Fouc.*

(1) Nummus hic ob capitis typum rarus.

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat volumen, ſiniſtrâ globum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà, ſed loco aquilæ habetur captivus incurvatus: à ſiniſtris in areâ S. in imâ parte SMANT. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & inſuper cum ſceptro à ſiniſtris.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ S. in imâ parte SMANT. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſed ſiniſtrâ ſceptrum tenet.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà, abſque captivo aut aquilâ: à dextris in areâ palmæ ramus, à ſiniſtris A. in imâ parte SMN. *Frad.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ corona, à ſiniſtris B. in imâ parte SMK. *Fouc.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP LIC LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte SIS. *Fouc.*

Alius cum TS. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Jupiter typo quo ſuprà, & cum aquilâ pro pedibus: à ſiniſtris in areâ Δ. in imâ parte SIS. *Fouc. Frad.*

Alius cum TS. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TS. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte TSA. *Frad.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii coronâ ex lauro & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SIS. *RE.*

DN VAL LIC LICINIVS NOB C. Licinius capite coronâ ex lauro & gemmis cincto, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat volumen, ſiniſtrâ ſceptrum.

IOVI CONSERVATORI CAESS. (1) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, dextrâ geſtat Victoriolam, à quâ coronatur: à dextris alia figura minor; à ſiniſtris in areâ Ξ. in imâ parte SMANT. *Cham.*

DD NN IOVII LICINII INVICT AVG ET CAES. Capita obverſa Liciniorum laureata, ambo Victoriam tenent, quæ utrumque coronat.

IOV ET VICT CONSER DD NN AVG ET CAES. (2) Jupiter & Victoria ſtantes: in imâ parte SMKΔ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

IOV ET VIRTVTI DD NN AVG ET CAES. (3) Jupiter adſtans trophæo erecto inter duos captivos humi ſedentes: in imâ parte SMATA. *Regius.*

(1) Nummus hic haud dubiè cuſus, cum Licinius Cæſar à Gal. Maximiano nuncupatus eſt; tametſi tres eâ tempeſtate Cæſares memorandi fuere, Conſtantinus, Licinius & Maximinus; ſed cum tres Conſtantini Imperio Cæſares fuerint, Criſpus, Licinius Jun. & Conſtantinus Jun. quibus etiam quartus poſt aliquot annos adjunctus eſt Conſtantius alter Conſtantini filius: deinde tres Conſtantini ejuſdem filii, & ejus fratris filius Delmatius eadem dignitate aucti aliquantum temporis vixerint, nuſquam tamen in ejus nummis trium aut quatuor Cæſarum mentio fit, ſed CAESS. tantùm indicantur. Ex hoc verò nummo apparet, quam rectè L. Cæcilius ſcripſerit, Gal. Maximianum noluiſſe Licinium Cæſarem facere, *ne filium nominaret.* Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic rariſſimus eſt. Vide quæ ad alterum nummum huic fermè ſimilem ex Æ. II. ſuprà adnotavimus.

(3) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, nec extat apud Mediobarbum: epigraphe nova, ſicut & ſuperior, & altera in laudato Mediobarbo, quæ Fortunam cum Jove conjungit; ſed Victoriæ quidem & Fortunæ ratio conſtat: Deas enim, quales à veteribus credebantur, cum Deo conjungi, & communibus aut votis appellari, aut laudibus celebrari non abſurdum; ſed Virtutem Auguſti & Cæſaris quis unquam in Dearum numerum relatam audivit? quanquam quid obſtat Deam fuiſſe, cum Imperatorum omnia haberentur ſacra, veluti *ſacræ occupationes*, *ſacra reſponſa*, in Codice Juſtiniano; imò & ipſi Numina appellarentur: nova tamen, ut jam monui, & inſolens hujuſcemodi epigraphe, in qua ſe Auguſtus & Cæſar Jovi ſuo propemodum æquiparare videntur.

IMP LICINIVS AVG. Licinius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet volumen.

PROVIDENTIAE AVG. Castrorum porta: in imâ parte SMNB. *Regius. Collegii.*

Eadem epigraphe. Licinius capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ tenet volumen, sinistrâ globum.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte MT.... *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum trabeâ, sinistrorsum, dextrâ non comparente tenentis sceptrum.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte MNTB. *Collegii.*

Alius cum SHHB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ gestantis ramusculum.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte SMNB. *Frad.*

Eadem epigraphe. Licinius capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ exertâ tenet volumen, sinistrâ sceptrum.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte HT. A. *Fouc.*

Alius cum MNTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, sinistrorsum.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: à sinistris in areâ A. in imâ parte SMHA. *Fouc.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii galeatum, ad pectus cum loricâ.

ROMAE AETERNAE. (1) Roma sedens inscribit clypeo VOT V. à dextris in areâ P. à sinistris R. in imâ parte RS. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris stolata & galeata insidens spoliis à dextris sinistrorsum, utrâque manu tenet clypeum in quo $\frac{X}{V}$. in imâ parte R S. cum ornamento quodam intermedio, & coronâ post S. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ P. à sinistris R. in imâ parte RS. *Ducang.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii nudum, ad humeros.

SAPIENTIA PRINCIPIS. (2) Noctua basi imposita inter clypeum, hastam & galeam: in imâ parte RS. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

S P Q R OPTIMO PRINCIPI. (3) Aquila legionaria inter duo signa militaria: in imâ parte MOSTQ. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum PS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Typus ut suprà: in imâ parte PS. *Ducang.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum SMOSTQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

IMP C LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Typus ut suprà: in imâ parte TARL. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. Sol capite radiato nudus cum pallio in humerum sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ tantisper elatâ & expansâ, globum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ R. à sinistris F. in imâ parte AQ. *RE.*

(1) Nummus hic & sequens inter rariores recensendi sunt.

(2) Nova epigraphe & novus typus, deinde etiam in Constantino occurrunt: nummus ipse rarissimus, imò singularis, apud Mediobarbum non extat: cusi hujuscemodi nummi à Constantino & Licinio videntur, postquam cæsis Maxentio & Maximino Orbem Romanum soli tenuerunt, eorumque belli & pacis artes prædicant; noctuam enim Minervæ avem, galeam, clypeum & hastam Minervæ arma esse nemo nescit: at Minerva belli & pacis præses Dea, eademque sapientiam plerumque designat. Hîc commodissimè subjungetur Inscriptio, quam Gualterius inter Siciliæ Inscriptiones primus exhibuit.

RESTITVTORI. LIBER
TATIS. AC. FVNDATORI
PVBLICAE. SECVRITATIS
D. VAL. LICINIANO. LICINIO
PIO. FELICI. INVICTO. AVG
DOMITIVS. LATRONIANVS
V. C. CORR. P. S. DEVOTVS
N. M. Q. EIVS

(3) Nummi hi in Licinio haud obvii. Vide nummos similes Constantini Magni.

Eadem

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte MOSTQ. *Le Roy.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris F. in imâ parte RT. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

SOLI INVICTO COMITI. Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium sinistrum rejecto, cætera ut suprà : in imâ parte MOSTQ. *Fouc. Ducang.*

Alius cum NOSTO. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte MSL. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ C. à sinistris S. in imâ parte PARL. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte PARL. *Hen.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris F. in imâ parte RP. *Fontaine.*

Alius cum R P. stellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ $\frac{R}{X}$. à sinistris F. in imâ parte RT. *Frad.*

IMP LICINIVS P AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte PLN. *Fouc.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii ut suprà.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ T. & stella, à sinistris F. in imâ parte PARL. *Fouc. Fontaine. Collegii.*

Alius cum QARL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte RS. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ C. à sinistris S. in imâ parte SARL. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ stella : in imâ parte PT. *Fauvel. Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà : à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte TARL. *SG.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

VICTORIA AVGG NN. (1) Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, sinistrâ palmam : in imâ parte TS. A. *Fouc.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii ut suprà.

VICT LAETAE PRINC PERP. Duæ Victoriæ ex adverso stantes tenent clypeum cippo impositum, in quo VOT PR. in imâ parte....SIS. *RE.*

Alius cum ΔSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIAE LAET PRINC PERP. Typus ut suprà : in imâ parte duo captivi adversi humi sedentes. *MDM.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRT EXERC. (2) Vallum decuplatum cui insistit Sol nudus, cum pallio, dextrâ protensâ, globum sustinens sinistrâ. *Fouc.*

Alius cum TS. in imâ parte, eodem typo

(1) Epigraphe nova : nummus autem hic Licinii rarissimus imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo ; sequentes etiam rari.

(2) Livius lib. XXXIII. cap. 5. *Leves & bifurcos plerosque, & trium, & cum plurimum quatuor ramorum vallos cadi* scripsit : sed valli figuram, qualis hoc in nummo expressa est, Ter. Varro de Ling. Lat. apertiùs descripsit : *Vallum*, inquit, *vel quod ea varicare nemo potest, vel quod singula ibi extrema bacilla furcillata figuram habent literæ* V. Quænam verò figura vallo insistat difficile est statuere : Solem scripsi ob habitûs similitudinem, conjecturamque nostram adjuvat Erud. Spanhemius, dum pharetram ejus dorso

utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum TSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

LICINIVS P AVG. Caput Licinii galeatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS EXERCIT. Trophæum erectum inter duos captivos sedentes adversos, manibus post tergum revinctis: in imâ parte PTR. *Ducang.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii ut suprà.

VIRTVS EXERCIT. Labarum erectum inter duos captivos humi sedentes, in quo VOT XX. in imâ parte PTR. *Fouc. Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte AQP. *Bau.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris F/HL. in imâ parte BSIS. *Fouc.*

Alius cum BSIS. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ЄSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte TSA. *Frad.*

LICINIVS P AVG. Caput Licinii ut suprà.

VIRTVS EXERCITI. (1) Trophæum inter duos captivos humi sedentes: in imâ parte PTR. *Regius.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS EXERCITI. Labarum erectum inter duos captivos humi sedentes, in quo VOT XX. in imâ parte STR. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii galeatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS EXERCITVS. Vexillum erectum inter duos captivos humi sedentes: in imâ parte PT. *RE.*

IMP C LIC LICINNIVS (sic) P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

VIRTVTI EXERCITVS. (2) Imperator laureatus ac paludatus gradiens à sinistris dextrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, trophæum verò cum clypeo sinistrâ: à dextris in areâ stella, à sinistris H. in imâ parte ANT. *Fouc.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOTA PVBLICA. (3) Figura stans, dextrâ tenet sistrum, sinistrâ fistulam. *Regius.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii laureatum, ad humeros.

VOT XX. in coronâ laureâ, circà quam, DOMINI N LICINI (sic) AVG. in imâ parte AQS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX. in coronâ laureâ, circà quam DN LICINI AVGVSTI. in imâ parte luna bicornis cum stellâ inter cornua. *Brandenburg.*

Alius cum Δ A. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ASIS. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

Alius cum SA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S A. & lunâ bicorni intermediâ & inter cornua stellâ, in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX. (4) in coronâ laureâ, circà quam DN LICINI INVICT AVG. in imâ parte TT. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX. cum stellâ in coronâ laureâ, circà quam DN LIC LICINI AVGVSTI. in imâ parte TSANI. *Palatinus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX. in coronâ laureâ, circà quam DN LIC LICINI AVGVSTI. in imâ parte TSAVI. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX. in coronâ laureâ, circà quam

imponit: sed idem militem esse censet, qui vallares coronas manibus teneat. Nummi cum hoc typo in Licinio primùm occurrunt, & rarissimi sunt; cum sequenti verò etiam rari, nec extant apud Mediobarbum.

(1) Nummi Licinii cum hoc typo, ut mox diximus, rari.

(2) Nummus hic rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum. Vide quæ ad nummum ex Æ. II. cum eadem epigraphe suprà adnotavimus.

(3) Nummus hic rarissimus imò singularis est, & desideratur in Collectione Mediobarbi. Cum eadem autem epigraphe, sed typo diverso habentur nummi in Diocletiano & Maximiano ejus Collega, ubi vide quæ adnotavimus

(4) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum.

DN LICINI AVG. in imâ parte TSAVI. *Frad.*

P LICINIVS AVG. Caput Licinii ut suprà.

VOT XX.(1) in coronâ laureâ, circà quam DOMINI N LICINI AVG. in imâ parte AQS. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX. in coronâ laureâ, circà quam DN LICINI AVGVSTI. in imâ parte SA. *RE.*

IMP LICINIVS AVG. Caput Licinii ut suprà.

VOT XX. in coronâ circà quam DN LICINI AVGVSTI. in imâ parte S A. lunâ bicorni & stellâ intermediâ. *Bau. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS XX. in coronâ laureâ, circà quam LICINI AVG. in imâ parte SA. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS XX. in medio nummo & in circuitu LICINI AVGVSTI. in imâ parte SA. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT XX MVLT XXX PSI. (2) in coronâ laureâ. *Brandenburg.*

(1) Nummus hic ob capitis epigraphen inter rariores recensendus est. Quantas verò veteri Historiæ tenebras obduxerint Scriptorum qui antiqui habentur imperitia, & vana fingendi libido, veterum nummorum ope demonstravit nostra ætate vir doctissimus; sed nulla in re sagacitatem mihi suam magis probavit, quàm cum è nummis Constantinianis, qui & plurimi, & multum inter se diversi eruditorum manibus teruntur, vetustam fabulam confutavit de Constantino uno Val. Constantii filio, qui Imperium orsus anno 306. ad annum usque 337. continuarit, paternæ ditioni Italiam, Africam, universum orbem Romanum adjecerit, Christianam Religionem amplexus sit, postremò Imperium tradiderit tribus liberis è Faustâ conjuge susceptis. Cum enim hujus fabulæ auctores ferrentur Eusebius, Socrates, Sozomenus, denique omnes qui ad nos pervenere Scriptores; hisque assensissent aliquot SS. Patres, non fortissimum solùm esse oportuit, qui tantam opinionem ex hominum animis evellere conatus est, sed etiam acutissimum, qui argumenta, quibus huic obsisti posset excogitavit. Verum ea mortalium conditio est, ut qui plurimis in rebus, iisque arduis, & quæ difficilem explicatum habeant, perspicacissimus sit, idem in perfacili cognitione interdum cæcutiat; quod Harduino nostro accidisse comperi. Cum enim vir bono rei literariæ natus varias Flaviæ gentis familias antea confusas bellè distinxisset, & in eas summa æquitate distribuisset nummos omnes quotquot ei obtigerant, nec eum à proposito deterruisset gravissimorum, ut quidem feruntur, Scriptorum autoritas; idem Licinium tyrannum veriùs quàm Principem, & ob quem minùs acres inimicitiæ cum eruditis exercendæ erant, frui sivit nummis omnibus, quos aliis duobus Principibus surripuerat; nec quæstionem in ejus caput habuit de furto, quod tam severè & industriè in Constantino vindicarat. Atqui hujus non minùs manifestus erat Licinius; quippe in iis nummis non eadem semper effigies, nomina verò sæpè diversa; nam ut taceam de *Fl. Cl. Licinio P. F. Aug.* quem Ducangius in ære incidi curavit; taceam etiam de *F. Val. Licin. Licinio P. F. Aug.* apud Mediobarbum; num idem *Val. Licin. Licinius P. F. Aug.* *P. Lic. Licinius P. F. Aug.* *Gal. Val. Licinianus P. F. Aug.* appellari potuit? Quis neget Harduini oculos in sole caligare, nisi tres Principes hîc agnoscat, quorum primus *Valerius Licinius* sit à majoribus; alter *Licinius* tantùm à patre novo homine, qui nobilitatem in domum suam intulit, uxorem Liciniam ducendo; tertius ne Licinius quidem, sed *Galerius*; omnes *Liciniani* ab uxoribus? Sanè aliter sentire non potest, qui Herculium *M. Aur.* à parentibus, ab uxore *Val. Maximianum P. F. Aug. Herculium*: item qui Galerium Constantii collegam à patre *Gal.* ab uxore *Val. Maximianum P. F. Aug.* appellatos fuisse censet: & tamen tres hos Principes Licinianos in nummis qui vel in Fucaltiano cimelio, vel apud R. P. Chamillart, aut vidit, aut videre potuit Harduinus, nec antiquariorum qui hujuscemodi nummos omnes Licinio uni adjudicarunt, aut audaciam fregit, aut imperitiam castigavit; imò ne horum quidem nummorum mentionem vel levissimam injecit. Sed hoc in argumento satis lusimus.

(2) Nummus hic Licinii rarissimus est, & desideratur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad similem argenteum suprà adnotavimus.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *incerti moduli.*

IOVIVS LICINIVS AVG. (1)

IMP LICINIVS P F AVG.

APOLLINI INVICTO COM. RF.

Eadem epigraphe.

CLARITAS REIPVBLICAE. (2)

IMP C VAL LIC LICINIVS P F AVG.

GENIVS AVGVSTI. luna bicornis, SIS. Genius stans cum paterâ & cornucopiæ.

VAL LICINIVS P F AVG.

GENIO AVG.

IMP LIC LICINIVS P F AVG.

(1) Hanc capitis epigraphen Erud. Spanhemius repertam à se in nummis fuisse testatur, aversam partem prætermittit.

(2) Nummum hunc è Goltzio exscripsit Mediobarbus, superiorem ex Occone, apud quem non APOLLINI. sed APOLI. habetur; uterque verò rarissimus est, & in manus nostras nondum pervenit. Epigraphe nummi superioris in hoc Augusto tantùm occurrit.

GENIO AVGVSTI. luna bicornis, A. SIS. Genius ſtans cum paterâ & cornucopiæ.

Alius cum SIS. B. lunâ bicorni, eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, Γ. SIS. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, Δ. SIS. eodem typo.

Alius cum lunâ bicorni, E. SIS. eodem typo.

IMP LICIN LICINIVS P F AVG.

GENIO AVGVSTI. luna bicornis, A. SIS. Typus ut ſuprà.

Alius cum lunâ bicorni, ESIS. eodem typo.

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

GENIO AVGVSTI. CMNSMNA. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

GENIO AVGVSTI. SMK. Genius ſtans ad aram, cum paterâ & cornucopiæ.

IMP LICINIANVS LICINIVS P F AVG.

GENIO IMPERATORIS. ATR. Genius ſtans cum paterâ & cornucopiæ.

Alius cum SMKV. eodem typo.

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

GENIO IMPERATORIS. ATR. Typus ut ſuprà.

Alius cum lunâ bicorni, HTΓ. eodem typo.

Alius cum ſtellâ, lunâ bicorni, HTA. eodem typo.

IMP C VAL LIC LICINIVS P F AVG.

GENIO IMPERATORIS. luna bicornis, HTA. Typus ut ſuprà.

Alius cum lunâ bicorni, HTΓ. eodem typo.

IMP LICINIVS P F AVG.

GENIO POP ROM. PLM. Typus ut ſuprà.

Alius cum TEPTR. eodem typo.

Alius cum TFPTR. eodem typo.

Alius cum TFKTP. eodem typo.

IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

GENIO POP ROM. PT. Typus ut ſuprà.

Alius cum RIN. eodem typo.

IMP LIC LICINIVS P F AVG.

GENIO POP ROM. TFATR. Typus ut ſuprà.

IMP LICINIVS AVG.

GENIO POP ROM. TEPTR. Typus ut ſuprà.

IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ lauream, cum duobus captivis.

Alius cum SVHB. eodem typo.

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. SMNΓ. Typus ut ſuprà.

Alius cum XIIΓSMALE. eodem typo.

Alius cum XIIISMNΓ. eodem typo.

IMP LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. SIS. Jupiter dextrâ Victoriolam & aquilam, ſiniſtrâ haſtam tenet.

IMP LIC LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. ASIS. Jupiter nudus, dextrâ Victoriolam, à quâ coronatur, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes aquila ſertum roſtro tenens.

Alius cum SMALA. eodem typo.

IMP LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. AARL. Jupiter ſtans cum fulmine & haſtâ, ad pedes aquila roſtro ſertum tenens.

Alius cum ASIS. eodem typo.

IMP LIC LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. B. Typus ut ſuprà.

Alius cum SISB. eodem typo.

Alius cum ΔSIS. eodem typo.

Alius cum ESIS. eodem typo.

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. BSMN. Typus ut ſuprà.

IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI AVG. Jupiter ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ lauream, cum duobus captivis.

IMP LICINIVS AVG.

IOVI CONSERVATORI AVG. PAI. Aquila expanſis alis Ganymedem ſublevat.

. . . . . . . . . . . .

IOVI CONSERVATORI AVGG. Caput armatum.

IMP C VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI AVGG. SHN. Jupiter radiatus, dextrâ globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes aquila ſertum roſtro tenens.

IMP LICINIVS AVG.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN ST. Jupiter ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam, cum palmâ ad dextrum pedem.

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN ST. Aquila tenens fulmen Jovis.

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. ST. Jupiter inſidens aquilæ, dextrâ fulmen tenens.

IMP LICINIVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI CAESS. SIS. Jupiter dextrâ Victoriolam & aquilam, sinistrâ hastam tenet.

. . . . . . . . . . . .

IOVI VICTORI. (1)

DD NN IOVII LICINII INVICT AVG ET CAES. Capita Liciniorum laureata, dextris sustinent Fortunæ typum, figuram scilicet calathro caput ornatam, dextrâ temonem, sinistrâ cornucopiæ.

I O M ET FORT CONSER DD NN AVG ET CAES. SMNA. (2) Jupiter nudus, dextrâ globum, cum insistente Victoriâ cum laureâ, sinistrâ hastam; ante eum Fortuna stat dextrâ cornucopiæ, sinistrâ temonem cum globo.

Eadem epigraphe. Capita cum bustis Liciniorum patris & filii laureata, se respicientia, dextris Victoriam sustinent, quæ expansis brachiis, singulis manibus singulam tenet lauream.

IO M ET VICT CONSER DD NN AVG ET CAES. SMKA. Jupiter stans, dextrâ elatâ, sinistrâ hastam, ante quem Victoria alata, dextrâ lauream, sinistrâ palmam.

D N LICINI AVGVSTI.

PROVID AVG. Castra Prætoria tribus aquilis insidentibus.

IMP LICINIVS AVG.

PROVIDENTIA AVGG. HTT. Typus ut suprà.

Alius cum TR. eodem typo.

IMP LICINIVS P F AVG.

SPQR OPTIMO PRINCIPI. AQ. Tria signa militaria.

IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

SPQR OPTIMO PRINCIPI. AQ. Typus ut suprà.

IMP LICINIVS P F AVG.

SOLI INVICTO COMITI. RERP. Sol nudus, dextrâ elatâ, sinistrâ globum.

Alius cum SPMLN. eodem typo.

Alius cum TPARL. eodem typo.

IMP LICINIVS AVG.

VICTORIAE LAETAE PRINC CAES. Duæ Victoriæ clypeum tenentes, in quo VOT XX.

IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

VIRTVS AVGG. Duæ figuræ stantes, se mutuò aspicientes.

IMP LICINIVS AVG.

VIRTVS EXER. TSA. Vallum Romanum, sive plura ligna in crucis formam extructa, in quorum summitate figura seminuda apertis brachiis, singulis manibus singulum globum tenens.

Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCIT. SF. Duo captivi assidentes labaro, in quo VOT X.

Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCIT. TT. Duo captivi assidentes labaro, in quo VOT XX.

IMP LICINIVS P F AVG.

VIRTVS EXERCIT. P T. Typus ut suprà.

LICINIVS P AVG.

VIRTVS EXERCITVS. Stella, STR. Typus ut suprà.

D N LICINI AVGVSTI.

VOT XX. in coronâ.

LICINIVS AVG.

VOT XX. SA. in coronâ querceâ, circà quam DN LICINI AVGVSTI.

IMP C F VAL LICIN LICINIVS P F AVG.

VOT XX DOMIN LICINI AVG. in coronâ laureâ.

IMP LICINIVS P F AVG.

VOT XX LICINI AVG. SA. in medio nummo.

IMP LICINIVS AVG.

VOT XX SA. in coronâ laureâ, circà quam LICINI AVGVSTI.

(1) Hunc nummum Licinii rarissimum imò singularem profert ex Vaillantio Sponnius.
(2) Nummum hunc rarissimum, imò singularem Mediobarbus exhibet è Museo suo: nova epigraphe, nec in alio Principe occurrit: cæterum de Fortuna variis locis disseruimus.

# CONSTANTIA.

FLAVIA VALERIA CONSTANTIA Constantii Augusti & Theodoræ filia, Licinio nupsit Mediolani circà mensem Martium anni 313. eique Licinianum peperit, qui cum Cæsar creatus esset, anno post patrem, scil. 326. periit. Gratiam inter Licinium & Constantinum fratrem Constantia anno 314. post gravissimas dissensiones jam reconciliaverat: marito verò orbata summo in honore apud fratrem vixit. Porrò religionem nostram ab


hac ſuſceptam fuiſſe apparet; ſed Chriſtianam veritatem Ariano mendacio contaminavit, quod ejus etiam induſtriâ propagatum fuiſſe Euſebius non obſcurè innuit: quamobrem hac è vivis ſublatâ, conſuetam Eccleſiæ ſuæ Deus benignitatem præſtitiſſe videri poterat, niſi moriens fratri Sacerdotem quendam commendaſſet, qui hunc ut Epiſcopos exagitaret brevi perpulit. Cæterum mors Principis fœminæ ad annum 330. commodiſſimè referetur, quòd Helenæ ſuperſtitem fuiſſe conſtet, huicque proximum fuiſſe Euſtathii Antiocheni, Aſclepæ Gazenſis, & Lucii Hadrianopolitani exilium ex Euſebio colligi poſſe videatur.

*Conſtantiæ hanc nummi partem Mediobarbus exſcripſit è Goltzio.*

FL VAL CONSTANTIA AVG.

# LICINIUS JUN.

FLAVIUS VALERIUS LICINIANUS LICINIUS Licinii Auguſti, & Flaviæ Valeriæ Conſtantiæ filius, Cæſar una cum Criſpo & Conſtantino Juniore creatus eſt Kal. Martiis anni 317. viginti ferme menſes tum natus, interfectoque anno 325. patre, apud avunculum Conſtantinum educatus eſt ad annum uſque 326. quo, poſtquam Decennalia Cæſareæ dignitatis vota perſolviſſet, Vicennaliaque nuncupaſſet, Conſtantini tandem juſſu ſublatus eſt commodæ indolis juvenis, ſi Eutropio fidem adhibemus, qui duodecimum ætatis annum paulo ante inchoaſſet.



## NUMISMATA AUREA.

LICINIVS NOB CAES. Buſtum laureatum, dextrâ globum cum Victoriolâ.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Capita Criſpi & Conſtantini ſe reſpicientia: in imâ parte SIRM. *MB.*

FL LICIN LICINIVS NOB CAES. Caput Licinii Jun. ut ſuprà.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. (1) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Ducang. MB.*

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. Caput Licinii Jun. galeatum cum haſtâ.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam: ad pedes aquila roſtro lauream tenens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. nu-

(1) Nummus hic, quem è Triſtano, & ſuperior quem è Strada Mediobarbus, & fortè etiam Ducangius exſcripſere rariſſimi ſunt, cuſique videntur poſt Kal. Martias anni 317. hoc eſt, ſtatim atque Licinius Junior, & duo Conſtantini filii Criſpus & Conſtantinus Cæſares facti ſunt. Cæterum inſcriptio capitis ita in nummo cælato apud Ducangium habet; in deſcriptione verò legitur, FL LICINIVS IVN NOB CAES.

dum à fronte, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI CAES. (1) Jupiter solio insidens basi superimposito, dextrâ tenet globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam : infrà SIC V. SIC X. in imâ parte SMN€. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI CAES. Jupiter ut suprà : ad pedes aquila rostro coronam tenens, & eædem literæ infrà : in imâ parte SNANC. *Laisné.*

LICIN IVN CAES. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Figura muliebris stans, dextram capiti imponit, sinistrâ columnæ innititur : in imâ parte TR. *Regius.*

LICINIVS IVN CAES. Caput Licinii Jun. ut suprà.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (2) Typus ut suprà, cum TR. in imâ parte. *Ducang. MB.*

(1) Jupiter Liciniorum numen, quos insignibus aliquot Licinii patris nummis Jovios appellatos vidimus; quia scilicet Diocletiani hæredes erant, & in ejus familiam transiisse videri volebant. Licet hujus Cæsaris nummi omnes ex auro rari sint, hic tamen rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo.

(2) Ita nummus cælatus apud Ducangium habet, sed in descriptione Junior legitur.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. Licinius Jun. ad pectus cum paludamento, dextrorsum, dextrâ tenet quiddam incognitum, sinistrâ scipionem.

IOVI CONSERVATORI CAESS. Jupiter nudus cum pallio in brachium sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ : à sinistris in areâ €. in imâ parte SMANT. *Fouc.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

PAX PERPETVA. (1) Figura muliebris stolata, vultu dextrorsum converso stans, ramum elatum tenet dextrâ, hastam verò transversam sinistrâ, quâ & cippo innititur : à dextris in areâ P. à sinistris R. in imâ parte ST. *Fouc.*

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. Caput Licinii Jun. ut suprà.

PROVIDENTIAE CAESS. (2) Jupiter nudus cum pallio in humerum sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ : à dextris palmæ ramus erectus, à sinistris in areâ punctum & A. in imâ parte SNN. *Fouc.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EXERCIT. Trophæum inter captivos duos humi sedentes : à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Fontaine.*

LICINIVS IVN NOB CAES. Licinius Jun. capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ elatâ tenet globum cum Victoriolâ.

VIRTVS EXERCIT. Labarum inter duos captivos, in quo VOT X. à dextris in areâ S. à sinistris H. in imâ parte ASIS. *Ducang. MB.*

LICIN IVN NOB CAES. Caput Licinii Jun. ut suprà.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà cum iisdem literis in areâ : in imâ parte ASIS. & luna bicornis. *Regius.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VIRTVS EXERCITI. Trophæum inter captivos duos humi sedentes : à dextris in areâ stella : in imâ parte STR. *Fouc.*

(1) Epigraphe nova, nec in alio Principe, quod quidem sciam, hactenus prodiit : nummus ipse rarissimus, imò singularis, nec extat apud Mediobarbum : cusus videtur anno 321. ad quem etiam pertinere existimo nummum Constantini inscriptum, PACI PERPET. non enim alia tempestate magis pacem perpetuam sperare potuerunt Romani, cum è tot Augustis duo superessent, quos concordibus animis deinceps imperaturos apparebat; Scythicæ gentes Principum amicitiam colere, quam arma experiri mallent; Francis verò & Alamannis, assiduis antehac hostibus pacis leges Crispus superiore anno dedisset. Cæterum hujus Cæsaris nummi ex argento omnes rari sunt, & desiderantur in Mediobarbo, excepto uno tantùm, qui notam solitam *MB.* habet.

(2) Hæc epigraphe & hic typus simul conjuncta in Licinio Juniore primum, deinde in Crispo occurrunt : sed Crispi nummi hujusmodi Nicomediæ cusi Licinii ipsius jussu videntur; æquè profectò atque iste, in quo virtutes ipsas Cæsarum ad Jovem suum refert, quem omnium Deûm maximè coluisse videtur. Cæterum ut Jupiter in Licinio Jun. & Crispo, ita Sol exhibetur in nummo Constantii inscripto PROVIDENTIAE CAES. quem Mediobarbus ex Hulsio exscripsit.

## *NUMISMATA LATINA Æ. III.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. (1) Ara quadrata suprà quam globus cœlestis, cum tribus stellis suprà, cum hac inscriptione VOTIS XX. in imâ parte PTR. *Fouc. Fontaine.*

LICINIVS NOB CAES. Caput Licinii laureatum, ad humeros cum paludamento.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà: in imâ parte STR. *Le Roy.*

LICINIVS IVN NOB CAES. Licinius Jun. capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum.

BEATA TRANQVILLITAS. Ara ut suprà, cum inscriptione VOI XX. (sic) in imâ parte PTR. *Ducang. MB.*

IMP LICINIVS P F AVG. Caput Licinii Jun. nudum ad humeros.

FVNDAT PACIS. (2) Figura nuda ad sinistram gradiens dextrâ post se puerulum trahit, sinistrâ gestat trophæum ad humerum sinistrum: in imâ parte RT. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

GENIO POP ROM. (3) Genius cum modio & pallio stans, dextrâ tenet pateram, sinistrâ cornucopiæ: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte ATR. *Fauvel.*

FL VAL LICINIVS CAES. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorsum converso stans, fulmen tenet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: à dextris in areâ C. à sinistris S. *Fouc.*

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. Licinius Jun. capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum gestat dextrâ humero dextro, clypeum umbilicatum sinistrâ.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà cum aquilâ in hastæ summitate: à dextris juxtà pedes altera aquila coronam lauream gestans rostro; à sinistris captivus manibus post tergum revinctis humi sedens: à sinistris in areâ $\frac{X}{II}$. in imâ parte SMALA. *Fouc. MDM. MB.*

Alius cum SMALB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum SMANTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANTG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANTЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANTϚ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum SMANTZ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMHT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà absque aquilâ in summitate hastæ: à sinistris in areâ $\frac{X}{II}$. in imâ parte SMNA. *RE.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà:

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo tum primùm, ac deinde in Constantino M. Crispo, & Constantino Jun. occurrunt: sed vide quæ in Crispo adnotamus. Cæterum quotquot nummi ærei in hoc Cæsare notam *MB.* non habent, hos scito apud Mediobarbum non extare. Nummi cum hac epigraphe in Licinio Jun. rari sunt.

(2) Nummus in Sept. Severo occurrit cum epigraphe, FVNDATOR PACIS. sed cum typo omninò diverso: hic verò rarissimus, imò singularis est, cùm ob aversam partem, tùm etiam ob capitis epigraphen, in qua Augustus dicitur, tametsi Augustum hunc fuisse nec ullus Scriptor tradat, nec probabile sit Constantinum passum fuisse ejusmodi titulum sororis filio deferri, Crispo adhuc Cæsare. Sunt tamen qui velint Licinium Jun. Cæsarem, & mox Augustum, adsentiente Constantino, nuncupatum fuisse; sed quid fiet de nummis qui Cæsarem tantùm appellant, quales præter hunc unum sunt omnes, quos jam exhibuimus, & infrà exhibebimus: Cæsaremne dicemus appellatum simul atque natus, & in lucem effusus est, Augustum verò anno 317. eodem tempore quo Crispus & Constantinus Jun. Cæsareo fastigio aucti sunt, atque ita pacem inter Constantinum & Licinium fundatam. Id viro eruditissimo amico nostro placuisse video, tametsi sententiam ea de re suam non omninò aperuerit: sed hunc refellunt & Historici omnes, & nummi ipsi, & ipsa rerum gestarum series; præterquam quod non pacis inter Augustos coagmentatæ, sed pacis armis quæsitæ Licinium fundatorem dici, typus ipse docet. Itaque videndum, num, sicut nummi aliquot Constantini Cæsarem barbatum, & vultu jam senescente, Augustum verò imberbem & vegeta ætate exhibent, ita nummus hic Licinium patrem, tametsi haud satis accuratè, repræsentet: hic enim fundator pacis perinde dici potuit ac Constantinus, apud quem hujuscemodi nummi etiam occurrunt, quod ex Imperii gubernaculis hic Maxentium, ille Maximinum depulerint.

(3) Nummi cum hac epigraphe in hoc Cæsare inter rariores recensendi sunt.

ſuprà : à ſiniſtris in areâ $\frac{X}{III}$. in imâ parte SMANTA. *Regins.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà cum aquilâ coronam lauream roſtro geſtante in ſummitate haſtæ : à ſiniſtris in areâ $\frac{X}{IIr}$. in imâ parte SMAΔ. *Fouc.*

Alius cum SMHA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMHB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ $\frac{X}{IIr}$. in imâ parte SMHΓ. *Fouc.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMKΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Eadem epigraphe. Licinius Jun. capite nudo, ad pectus cum trabeâ, lauri ramum tenet dextrâ, ſiniſtrâ non apparente.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : à dextris in areâ corona laurea, à ſiniſtris I. in imâ parte SMK. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Licinius Jun. capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà abſque coronâ & literis in areâ : in imâ parte SMNA. *Fouc.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. cum clypeo in ſiniſtrâ, cætera ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. (1) Typus ut ſuprà cum aquilâ ad pedes à dextris, coronam lauream roſtro geſtante, & captivo humi ſedente à ſiniſtris manibus poſt tergum revinctis : à ſiniſtris in areâ $\frac{X}{III}$. in imâ parte SMNΓ. *Ducang. MB.*

VAL LICINIVS NOB CAES.

IOVI CONSERVATORI. SMRLB. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ad ſiniſtram gradiens, dextrâ elatâ fulmen tenet : à dextris in areâ R. à ſiniſtris S. in imâ parte TARL. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo ſtans fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : à dextris in areâ P. in imâ parte T...... *Frad.*

DN VAL LICINIVS NOB CAES. Caput Licinii Jun. ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ M. à ſiniſtris S. in imâ parte TR. P. *Fouc.*

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. Licinius Jun. capite laureato, ad pectus cum trabeâ; dextrorſum, volumen tenet dextrâ; globum verò cum ſcipione ſiniſtrâ.

IOVI CONSERVATORI CAESS. (2) Jupiter nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : à dextris juxtà pedes captivus averſus & procumbens manibus poſt tergum revinctis : in imâ parte SMANT. *RE.*

Alius cum II. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum ϛ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Z. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Licinius Jun. capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

IOVI CONSERVATORI CAESS. Jupiter typo quo ſuprà : à dextris in areâ corona laurea, à ſiniſtris Γ. in imâ parte SMK. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI CAESS. Jupiter ut ſuprà : à dextris pro pedibus aquila coronam geſtans roſtro, à ſiniſtris captivus humi ſedens : à dextris in areâ $\frac{X}{IIr}$. in imâ parte SMKB. *Bau.*

Alius cum X .. B. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo. *MB.*

Alius cum SNNB. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

DD NN IOVII LICINII AVG ET CAES. Protomæ Liciniorum patris & filii manibus Victoriam utrique lauream porrigentem tenentium.

IOVI ET VICT CONSER DD NN

(1) Epigraphe capitis hujus nummi diverſa eſt in deſcriptione apud eundem Ducangium & ſic habet, DN VAL LICIN LICINIANVS NOB C.

(2) Nummi hujuſcemodi haud obvii ſunt. Vide quæ ad nummos aureos adnotavimus.

AVG ET CAES. (1) Jupiter nudus ſtans dextrâ expansâ, haſtile tenet ſiniſtrâ: ſtans ante ipſum Victoria coronam lauream capiti ejus imponit: in imâ parte SMKA. *Ducang. MB.*

. . . . . . . . . . .

MEMORIAE AETERNAE. (2) Figura ſedens. *MB.*

. . . . . . . . . . . . .

PROVIDENT CAESS. Caſtra Prætoria. *MB.*

. . . . . . . . . . . . .

PROVIDENT CAESS. Figura ſtans. *MB.*

DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. Licinius Jun. capite nudo, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, lauri ramum tenet dextrâ, ſiniſtrâ non apparente.

PROVIDENTIAE CAESS. (3) Jupiter nudus ſtans, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ vero adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte ANTΔ. *Fouc.*

Alius cum SMN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: à dextris palmæ ramus erectus, à ſiniſtris punctum craſſius & Δ. in imâ parte SMN. *Fouc.*

Alius cum SNN. in imâ parte, abſque puncto, & Δ. eodem typo. *MB.*

Alius cum SIS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà abſque palmæ ramo & literis in areâ: in imâ parte SMA. cum ſpicâ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ palmæ ramus, à ſiniſtris Z. in imâ parte SMN. *Regius.*

Alius cum Θ. & infrâ Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà abſque palmæ ramo: à ſiniſtris in areâ Δ. cum puncto ſuprà: in imâ parte SMN. *Frad.*

Alius cum Є. & puncto ſuprà à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Z. & puncto ſuprà à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe. Licinius Jun. capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ ſceptrum.

PROVIDENTIAE CAESS. (4) Caſtrorum porta: in imâ parte MNTΔ. *Regius. Bau.*

Alius cum NHTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Alius cum SMA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMK. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

ROMAE AETERNAE. Roma galeata & ſtolata inſidens ſpoliis à dextris ſiniſtrorſum, utrâque manu tenet clypeum in quo X. in imâ parte MSPICT. (ſic) *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Roma ſedens ut ſuprà cum clypeo in quo ⚲. à dextris in areâ P. à ſiniſtris R. in imâ parte Q. . . . . *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Roma ſedens ut ſuprà cum clypeo in quo XV. à dextris in areâ I. à ſiniſtris K. *RE.*

Alius abſque literis in areâ, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte REPICT. ut videtur. *Regius.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum PRMQ. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum RSPICT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICT LAETAE PRINC PERP. (5) Victoriæ duæ tenent clypeum baſi impoſitum

(1) Perperam in deſcriptione apud Ducangium legitur IOVI INVICT, &c. Vide alium ſimilem nummum, quem in Licinio patre exhibuimus. Nummus hic rariſſimus eſt.

(2) Hunc rariſſimum, imò ſingularem Licinii Jun. nummum exhibet Mediobarbus ex Patini Indice; ſed à quonam conſecratus fuerit hic Princeps, non liquet.

(3) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ſuprà adnotavimus.

(4) Nummi Licinii Jun. cum hoc typo haud obvii ſunt.

(5) Nummi hujuſcemodi in Licinio Jun. haud obvii ſunt.

in quo VOT PR. in imâ parte ASIS. cum ſtellâ. *Regius. RE.*
Eadem epigraphe.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. ESIS. Typus ut ſuprà. *MB.*

Alius cum PT. eodem typo. *MB.*

LICINIVS IVN NOB CAES. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Typus ut ſuprà cum arâ inter utramque Victoriam : in imâ parte PCONST. *Brandenburg.*

LICINIVS IVN NOB CAESAR. Caput Licinii Jun. ut ſuprà.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Typus ut ſuprà : in imâ parte R SIS. *Fouc.*

LICINIVS IVN NOB C.

VIRTVS AVGVST SVR. (1) Labarum cum duobus captivis aſſidentibus. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. (2) Caſtra Prætoria : à dextris in areâ P. à ſiniſtris R. in imâ parte RP. *MDM.*
Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EXERCIT. Trophæum erectum inter captivos duos humi ſedentes, quorum alter dextrâ caput ſuſtinens luget, alter manibus poſt tergum revinctis : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte PTR. *Ducang. MB.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. MB.*

Alius abſque literis in imâ parte, eodem typo. *MB.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in ima parte STR. *Fouc.*

LICINIVS IVN N C. Caput Licinii Jun. ut ſuprà.

VIRTVS EXERCIT. Labarum in quo VOT X. erectum inter duos captivos humi ſedentes manibus poſt tergum revinctis : in imâ parte PARL. *Bau.*

Alius cum ESIS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. ut ſuprà.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut ſuprà : in imâ parte STR. *Fouc.*

LICINIVS IVN NOB CAES. Licinius Jun. capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, lauri ramum ſiniſtrâ.

VIRTVS EXERCIT. (3) Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris $\frac{F}{HL}$. in imâ parte ΔSIS. & luna bicornis. *Fouc.*

Alius cum ΔSIS. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VIRTVS EXERCIT. Labarum ut ſuprà cum inſcriptione VOT XX. à dextris in areâ ſtella : in imâ parte PTR. *Ducang. MB.*

Alius cum SPTR. eodem typo. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à dextris in areâ : in imâ parte T. T. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ in areâ : in imâ parte PTR. *Regius.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*
Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. radiatum, ad humeros.

VIRTVS EXERCITI. Trophæum cum duobus captivis : in areâ ſtella : in imâ parte P R. *Regius.*

LICIN IVN NOB C. Caput Licinii Jun. laureatum ad humeros.

VOT. V. (4) in coronâ circà quam CAESARVM NOSTRORVM : in imâ parte ASIS. *Regius.*

LICINIVS NOB CAES. Caput Licinii Jun. ut ſuprà.

VOT. V. in coronâ circà quam CAESARVM NOSTRORVM : in imâ parte Q A. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc. Brandenburg.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. in coronâ circà quam CAESARVM NOSTRORVM : in imâ parte R Q. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum, ad humeros.

VOT. V. in coronâ circà quam CAESARVM NOSTRORVM : in imâ parte SIS. & ſtella. *Ducang. MB.*

Alius cum ΔSIS. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Collegii.*

(1) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(2) Nummi Licinii Jun. cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt ; cum ſequenti verò typo haud obvii.

(3) Nummus hic & ſequens ob capitis typum rari.

(4) Epigraphe nova. Vide nummos Criſpi & Conſtantini Junioris.

LICINIVS IVN NOB CAES. Licinius Jun. capite laureato paludatus, ad medium dorsum, dextrorsum.

VOT. V. in coronâ circà quam CAESARVM NOSTRORVM: in imâ parte TSЄVI. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Licinii Jun. laureatum ad humeros, sinistrorsum.

VOT. V. in coronâ circà quam CAESARVM NOSTRORVM: in imâ parte TSЄVI. *B.*

Alius cum TSЄVII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

LICINIVS NOB CAES. Caput Licinii Jun. ut suprà.

VOTIS V TA. in medio nummo, & in circuitu CAESARVM NOSTRORVM. *Frad.*

LICINIVS IVN NOB CAES. Caput Licinii Jun. ut suprà.

VOTIS V. in mediâ nummi areâ; circà ambitum CAESARVM NOSTRORVM: in imâ parte . . . . . . *Fouc.*

LICINIVS NOB CAES.

VOTIS V. RA. in coronâ laureâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. *MB.*

Eadem epigraphe.

VOTIS V. ΩEO. in coronâ laureâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. *MB.*

LICINIVS IVN NOB CAES. Caput Licinii Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. MVLT. X CAESS. TSA. (1) in coronâ. *Regius. Frad.*

. . . . . . . . . . . .

VOT X. . . . . . XX. in laureâ. *MB.*

LICINIVS IVN NOB C. Caput Licinii Jun. laureatum, ad humeros.

VOT XII FEL XX DP. in coronâ. *Ducang. MB.*

LICIN IVN NOB C. Caput Licinii Jun. ut suprà.

VOT XV FEL XX. RP. (2) in coronâ. *Regius.*

(1) Nummus hic Licinii Jun. cum rarioribus adnumerandus.

(2) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, nec diversus à superiori, quem Ducangius ex eodem Regio Thesauro, ut quidem videtur, sed malè descripsit: epigraphe nova, cui simillima in Constantino M. occurrit. Vota Quindecennalia soluta, Vicennalia suscepta nummus exhibet; non Licinii Jun. sed ejus patris, ideoque ad annum 322. referendus est.

# VALENS.

VALENS obscuris admodum parentibus natus, Cæsar à Licinio Augusto post Cibalensem cladem anno 314. creatus, Mardiensi pugnæ interfuit, reconciliatâque post aliquot menses inter Constantinum & Licinium gratiâ, ad privatam vitam rediit. Interfectum quoque à Licinio fuisse nonnulli volunt, sed illius sententiæ suæ autorem nullum præter Victorem Juniorem habent, qui hîc mirum quantum turbat: nam Zosimus tam de abdicatione Valentis, quàm de cæde intelligi potest: quod verò de altero Valerio Valente ex Cæcilio obtrudunt, videant ne quod ad Valeriam Galerii Maximiani uxorem pertinet, ad larvam quandam Imperatoris, qui nusquam gentium fuerit pravè detorqueant. Certè quos Valerii Valentis nummos Occo exhibuit, hos cum peritissimo quoque ad tyrannum spectare arbitror, qui in Macedoniâ Gallieni ætate rebellavit.

# MARTINIANUS.

MARCUS MARTINIANUS Officiorum Magister, ad communionem potestatis à Licinio Byzantii tum obsesso vocatus est labente, ut videtur, mense Julio anni 324. Cæsarem Scriptores nuncupatum volunt, nummi

verò ejus, si quam fidem merentur, Augustum fuisse testantur: sed cum demersâ aut captâ classe Licinius in Bithyniam trajecisset, Martinianus Lampsacum missus, ut hostes transitu è Thraciâ in Hellespontum prohiberet. Porro vana fuisse utriusque consilia alio jam loco monuimus: Constantiniani enim navigiis ad Sacrum Promontorium delati, universam prope Bithyniam sibi intrà paucos dies asseruerunt: quamobrem junctis copiis Licinius, & Martinianus Chalcedonem usque progressi sunt, editoque die 18. Septembris ingenti prælio, vim tamen & impetum Constantini sustinere non potuerunt. Pugnam inter paucas memorabilem brevi secuta duorum Principum deditio, quam utrique exitiabilem fuisse constat: sed in edendo cædis Martiniani tempore inter se dissentiunt Auctores. Zosimus continuo interfectum tradit, cum Licinius illi non cavisset: plerique in Cappadociam relegatum, atque ibi quòd novas res moliretur, sive Constantino eam perfidiæ suæ causam prætexente, id enim quoque incertum est, sublatum scribunt. Imperium ejus duorum fermè mensium, licet menses tres illi adscribat Theophanes, extremos duos numerans, quorum partem tantum regnavit.



## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN MARTINIANVS P F AVG. Caput Martiniani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam tenet; ad pedes à dextris aquila rostro lauream tenens, à sinistris captivus humi sedens manibus post tergum revinctis: à sinistris in areâ $\frac{X}{III}$. in imâ parte SMNB. *Strada.*

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN M MARTINIANO P F AVG. Caput Martiniani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. (1) Jupiter nudus cum pallio in humerum sinistrum rejecto stans, dextrâ gestat globum cum Victoriolâ, sinistrâ hastam tenet: ad pedes à dextris aquila sertum rostro tenens, à sinistris captivus manibus post tergum revinctis: in imâ parte SANB. *Ducang. MB.*

DN M MARTINIANVS P F AVG. Caput Martiniani ut suprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à sinistris in areâ $\frac{X}{III}$. in imâ parte SMNA. *Tristan.*

DN MARTINIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ, & in imâ parte. *MB.*

DN M MARTINIANO P F AVG. Caput Martiniani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à sinistris in areâ $\frac{X}{III}$. in imâ parte SMNB. *Regius.*

(1) Hujus Augusti nummi ex omni metallo ac modulo rarissimi sunt.

*QUIBUS de causis tabulas Numismatum quæ Cl. Ducangii curâ in æs olim incisa sunt, seriei nostræ adjungamus, diximus in Generali Operis Præfatione; quamobrem sufficiet hîc monere in quindecim tabellis sequentibus scalpta esse Constantii Chlori & ejus liberorum ac nepotum, item Helenarum duarum, Theodoræ, Faustæ, Martiniani, Liciniorum duorum, eorum denique tyrannorum, qui Romanum Orbem Jul. Constantii ætate distraxerunt, Magnentii, Decentii, Vetranionis, Nepotiani numismata. Sed quia eorum numismatum cælatura interdum nonnihil diversa est ab eorundem descriptione, qualem Ducangius ipse exhibuit; quia etiam nominum similitudo industrium alioqui antiquarium nonnunquam fefellit, duo nobis præstanda videntur; primum, quid inter numismata scalpta, & eadem scripta intersit, indicandum; deinde restituenda Principibus ea quæ Ducangius aliis attribuit. Primum igitur*

TAB. I. Numm. 7. ADVENT. in descr. ADVENTVS.
Numm. 22. Φ A. malè, in descr. emendavit Ducang. Φ Λ. *Flavius.*

TAB. II. Tres Helenæ matris Constantini M. nummos 7. 8. 9. exhibet, quos in Descr. prætermittit, quia tab. XV. rursus describendi erant: atqui horum nummorum alter inscriptus SECVRITAS PVBLICA. illic omnino deest, tertius verò diversam illic capitis epigraphen habet; sed de Helenarum nummis in universum disseruimus in Generali Operis Præfatione, quam si libet, consule.
Numm. 17. Ducangius ipse Dissert. de Infer. ævi Numism. n°. 14. vidit non ad Constantinum M. sed ejus filium Constantinum Jun. referri debuisse.

TAB. III. Numm. 6. CONSTANTINVS AE. perspicuè malè: in descriptione est CONSTANTINVS AVG. in ejusdem aversâ parte PLON. in imo in desc. PLGN. librarii menda videtur.
Numm. 9. SECVRITATI PERPETVAE DO NN. haud dubium, quin DD NN. scribendum fuerit, tametsi descriptioni cum cælaturâ conveniat.
Numm. 16. CONS. in imo nummi margine, perspicuè malè: in descr. CONS.
Numm. 20. in imâ parte TP. in descr. TR.
Numm. 22. VIRTVS EXERCITVS GALI. pro GALL. quod in descr. restitutum est.
Numm. 25. in clypeo X MVL XX. rectè, ut apparet è nummo Regio: in descriptione VOT X MVL XX.

TAB. V. Numm. 1. in imo PERP. in descr. PTR.
Numm. 3. IMP C FL VAL. &c. in descr. IMP FL VAL. &c.
Nummi 5. & 8. ad Constantinum tyrannum haud dubiè pertinent; de nono affirmare vereor; in hujus imo AMID. cujus loco in descr. CON. legitur.

TAB. VI. Numm. 2. in imo MNLB. in descript. SMNLB.

Numm. 4. REIPVBLICÆ. ſcribi debuit ut in deſcr. REIPVBLICAE. pejor etiam nummi 5. lectio, REIPVLICAE. quæ & ipſa in deſcr. emendata eſt.

Numm. 10. VAL LICINNIANVS LICINNIVS P F AVG. in deſcr. VAL LICINIANVS LICINIVS, &c. utra lectio præferenda ſit neſcio; nam utraque in nummis reperitur.

Numm. 14. IOVI CONSERVATORI AVG. in deſcr. AVG. deeſt.

Numm. 24. IMP C LIC LICINNIVS, &c. in deſcr. IMP LICINNIVS, &c.

TAB. VII. Numm. 3. in imo SMKB. in deſcr. SMKE.

Numm. 4. LICINIVS IVN CAES. in deſcr. IVNIOR.

Numm. 11. in imo STR. in deſcr. PTR.

Numm. 12. FL LICIN LICINIVS NOB CAES. in deſcr. FL LICINIVS IVN NOB CAES.

Numm. 13. DN VAL LICIN LICINIVS NOB C. in deſcr. DN VAL LICIN LICINIANVS NOB C.

Numm. 16. IOM ET VICT CONSER DD NN AVG ET CAES. in deſcr. IOVI INVICT CONSER, &c. ſed hæc falſa eſt.

Numm. 18. FL DALMATIVS NOB C. in deſcr. FL. deeſt.

TAB. VIII. Numm. 8. in areâ T F. in deſcr. T P.

Numm. 12. CRISPVS NOBIL CAES. in deſcr. NOB CAES. in ejuſdem nummi averſâ parte, extremo margine Ω S. in deſcr. A S.

Numm. 13. in imâ parte captivi duo humi ſedentes repræſentandi erant, quorum loco Ducangius exhibuit aves duas, quales nulla unquam ætas aut vidit, aut videbit.

Numm. 14. in areâ C P. in deſcr. C R.

Numm. 20. CONSTANTINVS IVN NOB CAES. in deſcr. IVN. deeſt.

Numm. 24. ALAMANNIA DEVICTA. in deſcr. ALEMANNIA, nec aliter ipſi legimus.

TAB. IX. Numm. 15. DN CONSTANTINVS P F AVG. in deſcr. DN CONSTANTINVS IVN AVG. falsò; nummus enim ad Conſtantinum Tyrannum pertinet.

In nummis 16. 17. & 18. aſſignandis haud felicior Ducangius, nam à Julio Conſtantio Conſtantini M. filio abjudicandi ſunt, & reſtituendi Conſtantio Gallo.

Numm. 19. FL IVL CONSTANTIVS NOB C. in deſcr. FL CONSTANTIVS NOB CAES. utri Conſtantio, Conſtantini filio an Gallo nummus attribuendus eſt?

Nummi 20. averſam partem ne quæras, hanc enim cælatam non eſſe Ducangius admonet.

Numm. 21. NOB C. in deſcr. NOB CAES. & in averſa ubi CAESAR. in deſcr. CAES.

Numm. 25. FL VAL CONSTANTIVS NOB C. in deſcr. FL IVL.

Numm. 26. DN CONSTANTIVS IVN NOB C. in deſcr. IVN. deeſt: nummus eſt Conſtantii Galli.

TAB X. Numm. 1. SMRQ. in deſcr. deeſt.

Numm. 3. CONSTANTIVS P F AVG. in deſcr. CONSTANTIVS AVG.

Numm. 6. VICTORIA DD NN AVGG. in deſcr. AVG.

Numm. 8. averſa pars Chriſti monogramma exhibet inter A. & Ω.

Numm. 14. FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. in descr. P F. deest.

Numm. 18. FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. in desc. PERP. omissum est.

TAB. XI. in Sapphiro quæ pro nummo decimo quinto numeratur, ΚΕϹΑΡΙΑ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑ. in descr. ΚΑΙΖΑΡΙΑ, &c.

Numm. 16. OCEANVS. in descr. OCEANEN.

Numm. 30. TRIVMPHATOR. in descr. TRIVMPHATORI, &c.

TAB. XII. Numm. 2. idem accidit quod in 30. tabellæ superioris.

Numm. 9. in clypeo VOTIS X MVLTIS XX. in descr. VOT X MVLT XX.

Nummus 21. ad Constantium Gallum referendus erat, sequens ad Constantinum Magnum.

TAB. XIII. Numm. 14. VICT CAES LIB ROMORD. alii legerent ROM ORB. sed in descr. nihil præter VICT CAES LIB.

TAB. XIV. Numm. 11. DN CL IVLIANVS SEMP AVG. in descr. SEMPER AVG. in aversâ VICTORIAE DD NN AVG. in descr. VICTORIA, &c.

Numm. 12. DN FL IVLIANVS, &c. in descr. DN IVLIANVS, &c.

Numm. 16. & 17. DEO SARAPIDI. utrobique in descr. DEO SERAPIDI.

Numm. 21. APOLONIVS. in descr. APOLLONIVS.

TAB. XV. Numm. 4. 5. & 6. FL IVL HELENAE AVG. in descr. HELENA.






P. Giffart delin. et sculp.







FL HELENA




FL MAX THEODORA CONSTANTINVS MAGNVS
















P. Giffart delin. et sculp.

p 213. III


FL VAL CONSTANTINVS NOB C
PLVR NATAL FEL
CONSTANTINVS AV
PRINCIPI IVVENTVTIS
PLN
CONSTANTINVS AVG
BEATA TRANQVILLITAS
VOTIS XX
STR
VIRTVS EXERCIT
PTR
SAECVLI FELICITAS
AVG
CONSTANTINVS AE
BEATA TRANQVILLITAS
VOTIS XX
PLON
CONSTANTINVS MAX AVG
VICTORIAE AVGVSTI
VICTORIA GOTHICA
SECVRITATI PERPETVAE
SPES PVBLICA
CONS
CONSTANTINVS MAX AVG
VICTORIA CONSTANTINI AVG
VOT XXX
SMNC
VICTORIA CONSTANTINI AVG
XXII
SMAN
GLORIA ROMANORVM
CONS
GLORIA EXERCITVS
SMNL
CONSTANTINIANA DAFNE
CONS
LIBERTAS PVBLICA
CONS
VOTA PVBLICA
SALVS AVGG ET CAESS FEL KART
N
CONSTANTINVS PF AVG
SECVRITAS REI PVBLICAE
TP
SOLI INVICTO COMITI
VIRTVS EXERCITVS GALL
SIS
VIRTVS AVGVSTI
PARL
VICTORIA CONSTANTINI AVG
SMTS
VICTORE AVG N VOTIS
PT
GLORIA EXERCITVS GALL
PTR
FELICITAS REI PVBLICAE
PTR
PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI
SAPIENTIA
PARL
PRINCIPI IVVENTVTIS
PTR
GAVDIVM ROMANORVM
FRANCIA
GAVDIVM ROMANORVM
ALEMANNIA
GAVDIVM REIPVBLICAE
PTR
SECVRITAS AVGG
PLM

MARTI CONSERVATORI — T F — PTR — Æ III
CONCOR D MILIT — PLN — Æ III
VIRTVS MILITVM — TI — Æ
VOTIS V MVLTIS X — VICTORIA AVG — PTR
FELICIA TEMP ORA

VBIQVE VICTOR — PTR
IMP CONSTANTINVS AVG — Æ
VICTORIA AVGG NN — TRS
CONSTANTINVS P AVG — Æ III
ADVENTVS AVG — PLN

COMITI AVGG NN — PLN — Æ III
MARTI CONSERVATORI
IMP CONSTANTINVS PF AVG — Æ III
VICTORIAE LAETAE PRINC PERP — VOT PR — ASIS
IMP CONSTANTINVS AVG — Æ

SOLI INVICTO COMITI
IOVI CONSERVATORI — SIS — Æ III
IMP CONSTANTINVS AVG — Æ III
SOLI INVICTO COMITI — PTR
IMP CONSTANTINVS PF AVG — Æ

GLORIA PERPET — RP — III
FVNDAT PACIS — RP — Æ III
CONSTANTINVS PF AVG — Æ II
CONSERV VRB SVAE — TT
IMP CONSTANTINVS P F AVG — Æ

MARTI PATRI PRO PVGNATORI — S A — PTR — III
MARTI PATRI CONSERVATORI — S A — PTR — Æ II
MARTI CONSERVATORI — Æ III
SOLI INVICTO COMITI — T F — ARL — Æ III
PRINCIPI IVVENTVTIS — S A — PTR — Æ II

PRINCIPI IVVENTVTIS — A — PTR — Æ II
SECVRIT PER PET D N N — PLC — Æ II
SPQR OPTIMO PRINCIPI — MOSTQ — Æ III
CONCORDIA FELIX D N N — PLC — Æ III
CONSTANTINOP AVG BAPNAT — PLC — Æ II

CLARITAS REIPVBLICAE — S F — PLN
CONSTANTINVS MAX AVG — Æ III
CONSTANTINIANA DAFNE — CONS
IMP CONSTANTINVS MAX AVG — Æ III
VICTORIAE LAETAE PRINC PERP — ST

*ffar tun et sculp*







P. Giffart delin et Sculp.


p. 219.
FAUSTA
VI
MARTINIANUS
LICINIUS




p. 221.
VII
LICINIVS IVNIOR
DELMATIVS
HANNIBALIANVS
CRISPVS
P. Giffart delin et sculp







CONSTANTINVS IVNIOR






p. 225.
IX
CAESARVM NOSTRORVM
VO TIS V
CONSTAN TINVS CAESAR SMANTE
CONSTANTIVS
P. Giffart delin. et sculp.



p. 227.
X
CONSTAN TIVS NOB CAES SMRQ
CONSTAN TIVS CAESAR STR
CONSTANT VSPF AVG
GAVDIVM POPVLI ROMANI
SIC X SIC XX
SIS
GAVDIVM POPVLI ROMANI
SIC XX SIC XXX
SIS
AQ
VICTORIA DDNNAVGG
SIS
CONSTANTIVS AVG
SIS
CONSTANT IVSPFAVG
A Q
FLIVLCONSTANTIVSAVG
SECVRITAS REIPVBLICAE
TR
GLOR IAEXERC ITVS
ASIS
GAVDIVM POPVLI ROMANI
SIC XX SIC XXX
TES
FLIVLCONSTANT IVSPFAVG
FEL TEMP REPARATIO
RB
FL IVL CONSTANTIVS PF AVG
VICTORIA CONSTANTI AVG
SMAN
VIRTVS EXERCITVS
TES
GAVDIVM ROMANORVM
VOT XX MVLT XXX
TR
PAX AVGVSTORVM
TH
FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG
CONSTANTIVS AVG
S.CON
GLORIA REIPVBLICAE
SMNS
GLORIA REIPVBLICAE
DN FL CONSTANTIVS AVG
DEBELLATORI GENTI
BARBARA
TRS
VIRTVS EXERCITVS
PCON
VICTORIA AVGVSTORVM
VOT XXX
VICTORIA AVGVSTORVM
NT
VICTORIA DDNNAVG
LVG
VICTORIA DOMINORVM
SMN
GLOR IA RO MANORVM
R
RT
P. Giffart delin et sculp.

p. 229.

XI




P. Giffart delin. et sculp.


p. 231.
XII
NEPOTIANVS
VETRANIO
MAGNENTIVS
P. Giffart delin et sculp


p. 233
XIII
DECENTIVS
IVLIANVS
P. Giffart delin et sculp.




SECVRITAS REIPVB
TCONST
PCONST
CONSPΓ
HERACL
LVGDOPFS
VOTA PVBLICA
VOT X MVLT XX
SCONS
VICTORIA ROMANORVM
SPQR
FIDES EXERCITVVM
DN FL CL IVLI ANVS PF AVG
VICTORIAE DDNN AVG
LVG
DEO SERAPIDI
DEO SARAPIDI
HELENA
APOLONIVS TYANEVS
STEFAN
NIKA
GENIO ANTIOCHENI
APOLLINI SANCTO
SMA
ISIS FARIA
P. Giffart delin. et sculp.




# CONSTANTINUS MAGNUS.


FLAVIVS VALERIVS CONSTANTINVS Conſtantii Auguſti ex Helenâ filius, Naiſſi in Dardaniâ natus eſt initio anni 274. Honeſtis artibus inſtitutus, cum pater Cæſar nuncupatus Gallias regendas accepiſſet, apud Diocletianum pro obſide manſit, à quo maximo in honore habitus, & Tribunus primi ordinis creatus fertur: ſed Galerio Maximiano poſt devictum Achilleum comes datus, hunc ſibi invidiâ virtutum iniquiorem brevi expertus eſt: præterquàm quòd enim plurimis periculis adoleſcentis caput variis in bellis objecit, nullam ejus rationem in creandis Cæſaribus habuit, licet Imperio longè utiliorem, & militibus ipſique Diocletiano acceptiorem, quàm aut Severum, aut Maximinum, pulchrè noſſet. Nihil tamen fraudibus ſuis profecit Galerius, quàm quod eundem poſt annum Cæſarem, & quidem ſe invito creatum vidit: accerſitus enim à patre Conſtantinus, commeatu ægrè impetrato, Gallias penè incredibili velocitate petiit, mutilatis etiam equis publicis, ne ſi fortè conſilium mutaret Imperator, ex itinere retrahi poſſet; repertoque Geſſoriaci patre, una cum illo in Britanniam trajecit, ubi poſt ejus mortem univerſi exercitûs conſenſu paternæ poteſtatis heres renunciatus eſt. Imperii ejus initium ad diem Julii 25. anni 306. referunt, quo Conſtan-

tius vitam morte commutaverat; sed novam dignitatem sibi à Galerio confirmari voluit, qui hunc Cæsarem fremens frendensque appellavit. Porrò uxorem adolescens duxerat Minervinam, de quâ Crispum sustulit; eâ verò mortuâ, Faustam duxit Maximiani Herculii filiam, qui resumpto quod paulo ante abdicaverat Imperio, genero suo Augusti quoque nomen addi voluit; quod tamen ipsi à Galerio anno demum 308. concessum esse variis in locis scripsimus. Cæterum quæ ad Constantinum pertinent, quatuor in partes dividere visum est, quarum duæ priores bella, cum adversus cæteros Imperatores aut tyrannos, tum contra Barbaros gesta; posteriores duæ ejusdem leges, familiam, ac denique mortem complectentur. Primum Principi nostro bellum civile cum socero fuit, qui Italiâ à filio, Pannoniâque à Galerio ejectus, hunc tandem anno 308. adiit, nihil à se nisi nobile otium quæri simulans: & sanè purpurâ iterum depositâ, Imperatoriis tamen honoribus fruebatur: sed audito Barbaros circà Coloniam Agrippinam tumultuari, hos ut cum paucis cohortibus repulsum iret, genero suasit, ipse maximam exercitûs partem sibi commissam, quà largitionibus, quà promissis corrupit. Porro rebellio hæc intrà paucos dies compressa; regresso enim confestim Constantino, non majorem Herculio fidem suus exercitus præstitit, quàm ipse genero præstiterat: quamobrem Massiliæ captus, & in vitâ retentus, ad extremum cum novas insidias pararet, acceptâ liberæ mortis potestate, cervices laqueo sibi fregit anno Christi 310. Maximiani cædes simulatam alterius belli causam præbuit, quod labente anno 311. cœptum, anno sequenti die 28. Octobris Maxentii cæde confectum est. Hic patre expulso, in gratiam cum illo nunquam redierat: sed cum ingentem pecuniæ vim ex proscriptionibus Romæ & in Italiâ factis collegisset, centumque millia armatorum haberet, quos sibi fidelissimos scelerum conscientiâ, & præmiorum expectatione futuros confidebat, universum Imperium spe jam præceperat: ubi verò Africam sibi nullo fermè negotio accessisse vidit, Constantinum quem injuriæ opportunissimum ob frequentes barbarorum motus credebat, ideoque sibi odiosissimum fingebat, aggredi statuit, ejusque imagines dejici, aut si cum aliorum Principum simulacris junctæ essent, deleri jussit. Memorabilibus aliquot pugnis nobile hoc bellum fuit, primâ ad Secusionem quæ primo impetu capta est, alterâ in Taurinatibus campis, in quâ Maxentiani clibanarii ad internecionem cæsi. Minus quadraginta hominum millibus secum habuisse Constantinum testatur incertus quinti Panegyrici Auctor: fuso tamen ingenti apud Brixiam equitatu, Veronam, in quam se fortissimus Dux Ruricius Pompeianus conjecerat, obsidione cinxit. Ibi quoque editum prælium constat, cum Ruricius urbe digressus, Constantini castra cum novis copiis perrumpere tentasset; sed interfecto Duce, fusi hostes, urbs ipsa capta atque direpta est. Interea dissimulatis tot cladibus Maxentius Romam adulteriis suis fœdabat, ipsâque vecordiâ suâ metum Constantino injecerat, ne illam quoque urbem obsideri oporteret, quam nullo satis magno exercitu cingi posse sciebat: sed ubi hunc adventare comperit tyrannus, Prætorianos castra ad pontem Milvium locare jussit, ambiguoque Aruspicum responso delusus, qui Romanorum hostem die 28. Octobris periturum conjectabant, pugnam continuo commisit, in quâ fusis copiis, ipse fugientium turbâ in Tiberim abreptus, infamem vitam miserâ morte finivit. Ita partæ Principi nostro Italia & Africa, quibus Rhætiam, Pannoniarum partem, & eas Provincias quæ Græciæ nomine censen-

tur adjunxit anno 314. Has Licinius à Galerii morte retinuerat, pactâque cum Constantino amicitiâ, sororem ejus Constantiam mense Martio anni 313. duxerat: sed devicto Maximino cum universo Orienti imperitaret, infidam plerumque & caducam inter duos æquales concordiam esse brevi ostendit. Bassianum Cæsarem Italiæ destinatum Constantinus alterius sororis matrimonio cohonestaverat: hunc Licinius per Sinicium fratrem adortus, novas res ut moliretur compulit; eoque deinde cæso, Sinicium Constantino ad pœnam repetenti reddere palam recusavit: quamobrem injurias suas bello statim persecutus fortissimus Princeps, Licinium apud Cibalim primùm, mox in Mardiensibus campis fudit, & aliquot Provinciis, ut diximus, multatum cæteras eodem jure quo priùs retinere passus est, precibus Constantiæ inductus, quæ ut Licinianus quoque Cæsar anno 317. cum Crispo & Constantino Jun. crearetur obtinuit. Pax inter duos Augustos ad annum 323. perduravit, sed quovis bello infestior, cum gratiâ nunquam ex animo reconciliatâ Licinius occultis insidiis grassaretur, quas noster incertum majori solertiâ vitabat, an patientiâ ferebat: cum verò Sarmatas & Gothos propellens Constantinus, per nonnullas regiones quæ Licinio parebant necessariò transiisset, hujus ira ita asperata est, ut ad arma denique ventum sit. Porro in hoc bello ut Constantini, ita etiam Crispi virtutem enituisse produnt Scriptores: ille enim Licinianos apud Hadrianopolim cecidit, hic hostium classem penè universam apud Callipolim aut cepit, aut demersit, patrisque exercitus ad Sacrum Promontorium transvexit, unde Chalcedonem usque progressi, Licinium & Martinianum ejus calamitatis magis quàm potentiæ socium memorabili prælio fuderunt. Cæterum quæ de pace inter Augustos pactâ & ruptâ hîc ab Eusebio scribuntur, magis obscura fateor, quam ut explicare queam: sed id constat Licinium deditione Nicomediæ factâ, abdicatoque Imperio Thessalonicam relegatum esse, ubi haud multo post Constantini jussu interfectus est: atque ita finem bellis civilibus impositum, nisi quòd Calocerus quidam tyrannidem in Cypro Insulâ post decem fermè annos arripuisse fertur, quem Delmatius Constantini fratris filius inter ipsa rebellionis initia oppressit. Bella etiam non pauca adversus Barbaros à Constantino gesta testantur Scriptores, & ipsa totidem victoriis nobilitata: primum adversus Francos anno 306. in quo Ascaricus & Regaisus Reguli capti, & bestiis objecti sunt. Oppressi eodem impetu Bructeri, eâdemque atrocitate supplicii in mancipia animadversum: sed hos sua clades exasperavit magis quàm terruit; concitatis enim plerisque Germaniæ populis, Chamavis, Cheruscis, Vangionibus, Alamannis, Tubantibus, ingentique exercitu conflato, Gallias anno 311. ut quidem videtur, adorti sunt. Uno tamen prælio functum esse hoc bello Constantinum ferunt, cum transfugam se esse simulans, Barbaris suasisset, ut universis copiis, quas diversas in regiones distrahere volebant, Romanos aggrederentur, quos hostium multitudine, & Principis sui absentiâ territos nullo negotio profligari posse fingebat. Hâc victoriâ pax Galliis comparata ad annum usque 313. quo Franci tumultuari iterum cœpere: Mediolani tum agebat Constantinus, Galliasque maximis itineribus emensus, cum omnia sub adventum suum pacata reperisset, vereri cœpit, ne ea perfidia, si Barbaris semel impunè cederet, animos illis ad lacessendos denuo Romanos adderet: quamobrem simulato abeundi consilio, insidias in iis locis opposuit, quà Francis novam scilicet eruptionem tentantibus transeundum erat;

atque ubi fortuna consilium ejus secuta est, flumen aliâ parte transgressus, omnem eorum regionem ferro atque igni devastavit. Horum deinde mentionem Scriptores sub Constantino non faciunt; nisi quòd anno 320. debellatos, pacem à Crispo Cæsare impetrasse Nazarius & Optatianus testantur: bella deinceps cum Scythicis gentibus agitata, quorum initium à Sarmatis & Gothis factum est. Hi comperto plerarumque Provinciarum limites levibus præsidiis firmari, in Pannoniam & Mœsiam Rausimodo Duce erupere, quandamque urbem (ejus nomen literis mandare Zosimus debuerat) obsidere cœpere: sed variis cladibus acceptis, fugati ultrà Istrum, recepta præda, trajectoque flumine ingens Barbarorum strages edita, Rausimodus ipse in acie cæsus. Continua dein bella hoc in tractu fuisse cùm plurima suadent, tùm quod Danuvium lapideo ponte anno 326. junctum uterque Victor & Chronici Alexandrini Auctor produnt: annus verò 332. pugnâ in Sarmatarum regione die 28. Aprilis consertâ memorabilis fuit, quâ Gothorum res ita afflictæ, ut impetratâ pace Ariaricus Rex filium suum obsidem daret. Hanc suorum cladem aut ignoravit, aut dissimulavit Jornandes, qui Ariaricum & Aoricum quadraginta hominum millia Constantino jam inde à Liciniano bello subministrasse tradit, indeque originem repetit eorum auxiliorum quæ apud Romanos Fœderatorum nomine censebantur: sed Anonymum Valesianum & Idatium sequi malumus, qui bellum Gothis in Sarmatarum gratiam illatum hac tempestate fuisse produnt; hujusque victoriæ laudem Constantino Cæsari horum alter tribuit. Cæterum quam adeò præclari beneficii gratiam debebant, hanc Romanis Sarmatæ non retulerunt, imò depulso cervicibus suis infensissimo hoste, tam præcipiti furore in servatores suos incitati feruntur, ut eorum agros devastarint; sed à Constantino facilè profligati, post duos annos penè deleti sunt: servi enim quos armaverant, ubi ferrum in manu, libertatemque in proximo vident, contemptis primum dominorum imperiis, mox pristinam horum sævitiam horrentes, postremò invadendi imperii consilia agitarunt, quæ eo prorupere, ut pulsa avitis sedibus suprà trecenta capitum millia per Thraciam, Macedoniam & Italiam dispersa sint. Vandalos quoque à Gothorum Rege Geberícho Ariarici successore ejectos, in Pannoniâ à Constantino collocatos scribit Jornandes: atque hæc sunt quæ ad bella à Constantino gesta pertinent, in quibus omnibus incertum majorem felicitatem expertus est, an virtutem præstitit: nam quod de Thaifalis Scythicâ gente nobis obtrudit Zosimus, à quingentis horum equitibus maximam Constantiniani exercitûs partem trucidatam, ipsum in fugam versum, in eo fidem non facit de Principe inter paucos forti & bellicoso, sed malevolentiam suam demonstrat, inde ortam quod avitas superstitiones Constantinus primus omnium sustulit, & Christianam fidem amplexus est, in quam scriptor ille pertinacissimo odio flagrabat. Hujus porro mutationis initia ab anno 311. repeti solent, quo expeditionem adversus Maxentium parans Constantinus, suorumque agmen ducens, salutare Crucis signum in cœlo ex luce conflatum conspexit, cum inscriptione quæ victoriam ipsi portenderet: quâ specie cum mirum in modum conturbatus esset, Christus sequenti nocte ipsi apparuit, & militare signum ad similitudinem ejus quod pridie viderat fabricari jussit, quo tanquam firmissimo præsidio omnibus in bellis deinceps uteretur. Atque inde Christianos, quibus singularem hactenus

nus benignitatem præstiterat, summo in honore apud Constantinum habitos ferunt, cum horum doctrinâ ipse institui voluit: sed quæ ad collata ab illo in Ecclesiam beneficia, diruta idolorum delubra, constructas ædes sacras, promulgatas in nostrorum gratiam leges pertinent, plurimi recentiorum scriptis tradidere, & nonnulla quoque nos in Commentarios de Imperio Orientali congessimus; quo verò anno mysteriis nostris per baptismum initiatus sit, alius forsan sese offeret opportunior dicendi locus: hîc in transcursu monere sufficiet, Concilium Universale primum omnium in Nicænâ Urbe Constantini jussu celebratum anno 325. fuisse, ut Ariana impietas, quam nonnulli Antistites præfractè propugnabant, totius Ecclesiæ consensu profligaretur. Eâdem brevitate dicendi percurrere cogimur quæ ad mutatam Imperii sedem spectant, cum diuturniorem Romæ moram Diocletiani exemplo vitans Constantinus, Byzantium clarissimam urbem novis ædificiis auxit, Constantinopolimque de suo nomine anno 330. appellatam alterum dignitatis locum tenere, Senatuque veteri illi æquali cohonestari voluit: quâ in re Imperio benè an malè consuluerit, scriptoribus disputare per me licet: sed quòd armorum, rerum civilium & vectigalium curam iisdem in Provinciis duobus tribusve hominibus commisit, quorum munia certis quibusdam legibus discriminabantur, in eo prudentiam suam ostendit, scilicet ut imminutâ singulorum potentiâ, sua Principi autoritas servaretur. Atque utinam nihil probabilius illi aut à Zosimo, aut à cæteris Scriptoribus objici potuisset; sed dum ærarium largitionibus exhaurit, dum pessimum quemque in familiaritatem recipit, & gravissimis legibus amicorum plerosque ad quæstum abuti sinit, dum interpositæ fidei nullam vel in Licinio, vel in Martiniano rationem habet, horum probris meritò laceratum fateri cogimur. Illud sanè in omni memoriâ atrocissimum, quòd Crispum filium, quem Cæsarem anno 317. creaverat, egregium virum, Faustâ, ut volunt, impellente, ac deinde Faustam ipsam anno 326. interemit: quorum amissorum dolor effecit, ut Liciniani sororis filii cædem brevi intervallo secutam minus lugerent homines, tametsi hunc quoque commodæ indolis juvenem fuisse ferant. Cæteris cognatis æquior, Helenam matrem Augustam in Vicennalibus suis appellavit, fratres variis honoribus auxit, fratrumque filios Delmatium Cæsarem, Annibalianum Ponticarum gentium Regem anno 335. nuncupavit, attributis etiam Provinciis, quas eodem jure, quo filii tres Constantinus, Constans, & Constantius post mortem suam regerent. Enimverò hæc anno 337. die Maii 22. contigit, universo Imperio luctuosa, ob turbas & cædes quibus deinceps deformatum est. Pacem cum Persis mox renovaverat Constantinus, cum Transtigritanas Provincias aggressi, ac postmodum bellico Principis nostri apparatu territi, in iis conditionibus se conquieturos pollicerentur, quas à Diocletiano anno 297. accepissent: sed cum inoffensam hactenus valetudinem vitiari & corrumpi sentiret, Helenopolim primùm se deferri jussit, ut senile corpus aquis calidis refoveret, mox in Achyrone villâ publicâ haud longè à Nicomediâ vivendi finem fecit, cum menses prope decem suprà triginta annos imperasset, annos verò haud plures sexaginta tribus in numero hominum fuisset. Corpus ejus Constantinopolim delatum, & in vestibulo ædis Apostolorum conditum, quam ante paucos dies extrui curaverat.






## NUMISMATA AUREA.

DN CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Constantini radiatum.

Aversâ parte nihil. *MB.*

IMP CONSTANTINVS AVG.

CONCORDIA IMPERII. (1) Mulier stans, dextrâ hastam : in imâ parte SISB. *MB.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTINVS AVG. Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte CONS. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe.

CONSTANTINVS AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream, sinistrâ palmam super humerum : in imâ parte SHK. *MB.*

Sine epigraphe. Caput Constantini fasciâ cinctum, sublimi ore, cœlum spectans.

CONSTANTINVS AVG. (2) Victoria sedens à sinistris dextrorsum, dextrâ sustinet Victoriolam cum serto, sinistrâ cornucopiæ tenet : in imâ parte SMN. *Brandenburg.*

CONSTANTINVS FIL AVGG. Caput non Constantini, sed Maximini laureatum, ad humeros.

CONSVL DD NN. (3) Imperator togatus stans, dextrâ gestat globum, sinistrâ de-

(1) Nummum cum eadem epigraphe, & eodem typo suprà in Severo Cæsare exhibuimus, ibique demonstravimus Imperii concordiam jure commendari : sed ad quem annum pertineat hic nummus, difficile est statuere. Mediobarbus hunc ad annum 307. pessimo consilio retulit ; hoc enim anno Constantinus in Galliis quidem Augustus, sed in reliquo Orbe Romano, & præsertim Sisciæ, ubi nummus cusus, Cæsar tantùm habebatur. Videndum igitur an ad annum 308. pertineat, quo Galerius Constantinum & Maximinum Augustos appellavit : at Romam Imperii caput tenebat ea tempestate Maxentius, qui inimicitias cum cæteris Principibus exercebat ; quamobrem hoc demum è vivis sublato Imperii concordia prædicari potuisse videtur. Post ejus verò tyranni cædem nummum hunc statim cusum dicas ; an anno 315. quo Constantinus & Licinius, post acerrimum bellum pace tandem facta, Consulatum una gesserunt ; an etiam anno 317. quo duorum Augustorum liberi Cæsares creati sunt, perinde refert. Nummi Constantini ex auro qui notam (*MB.*) non habent, omnes apud Mediobarbum non extant. Nummus hic rarissimus, imo singularis est.

(2) Nummi Constantini cum hoc typo rarissimi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi. Hunc nummum Eusebius mirè illustrat. Vide quæ ad nummum argenteum cum eodem capitis typo infrà adnotamus.

(3) Epigraphe nova, in Mediobarbo desideratur. Nummus rarissimus imo singularis est. Constantinus

missâ scipionem : à sinistris in areâ z. in imâ parte SM. TS. *DC.*

CONSTANTINVS P F AVG.

CONSVL PP PROCONSVL. Figura stolata, globum dextrâ, sinistrâ scipionem, cum lunâ & stellâ : in imâ parte ANT. *MB.* Eadem epigraphe.

CONSVL PP PROCONSVL. Figura stans, dextrâ globum, sinistrâ radium, cum sole & lunâ : in imâ parte ANT. *MB.* Sine epigraphe. Caput Constantini fasciâ cinctum, sublimi ore cœlum spectans.

CRISPVS CAESAR. (1) Victoria gradiens, dextrâ lauream, sinistrâ palmam : in imâ parte SIRM. *Ducang. MB. Regius.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini radiatum, ad pectus cum paludamento.

CRISPVS ET CONSTANTINVS IVN NOB CAES. (sic) (2) Duo capita juvenilia laureata se respicientia : in imâ parte SIS. *Brandenburg. MB.*

IMP CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

DEBELLATORI GENTIVM BARBARARVM. (3) Duæ figuræ militares paludatæ stantes ; quæ à dextris est capite galeato, scutum tenet sinistrâ, dextrâ innixa capiti pueruli stantis ; quæ verò à sinistris, dextrâ expansâ, lævâ paludamentum colligit : in imâ parte GOTHIA. TR. *Brandenburg.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG.

FELICIA TEMPORA. Quatuor figuræ, quatuor anni tempora designantes. *MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

FELICIA TEMPORA. (4) Typus ut suprà : in imâ parte T. inter duas stellas. *RE.*

CONSTA MAX AVG. (sic) Caput Constantini diademate ex lapillis cinctum.

FELICIT PERPET. Figura muliebris stolata stans, columnæ innixa. *Regius.*

CONSTANTINVS MAX AVG.

FELICITAS PERPETVA AVGG ET CAESS NN. Duæ figuræ militares laureatæ stantes cum hastis & clypeis, & alia paludata dextrâ hastam, sinistrâ globum, se-

Consul primum anno 307. cum Val. Maximiano, secundùm anno 312. cum Licinio fuit : sed altero Consulatu Augustus haud dubiè ab omnibus Collegis habebatur ; quapropter primum ejus Consulatum hoc in nummo prædicari constat. Constantinus igitur & Maximinus Filii Augustorum extremo anni 307. appellati sunt ; nec Lucio Cæcilio fides adhibenda est magis, dum titulum istum post aliquot menses quam Licinius Augusto fastigio auctus erat, excogitatum à Galerio fuisse narrat, quàm Pagio, dum Maximini Augusti Imperii initia in hunc annum confert, ut Quinquennalia ejus cum anno 311. quo Consul suffectus fuit, conjungi possint. Nimirum ille, ut contumaciam Maximini, & Maximiani ægritudinem exaggeraret, falsa veris addidit, pluresque legatos ab hoc ad illum missos finxit : Pagius verò Regulis Consulatuum Cæsareorum à se inventis nimium intentus, non perspexit ea quæ à Lucio Cæcilio describuntur, intrà unum aut alterum mensem perfici non potuisse, nec advertit Maximinum Augustum in Campo Martio creatum, hoc est extremo Februarii, ut scribit Erud. nostrique amantissimus R. P. D. Nicolaus le Nourry in Comment. ad L. Cæcilium, vel die XIV. Martii, quo altera Equiria erant. Vide in Maximino quæ de Augustorum Filii titulo scripsimus. Duo nummi sequentes cum rarioribus adnumerandi sunt.

(1) De Crispo Cæsare constans fuit veterum opinio, eximium virum & Imperio dignissimum fuisse, ejus verò de Francis & Alamannis Victoriam prædicat nummus rarissimus. Hæc porrò victoria ad annum 320. referri solet ; sed hanc designat tantum Nazarius, tametsi ingentem fuisse dicat ; imò velut de Francis solis relatam commendat, cum ex ejus nummis inscriptis GAVDIVM ROMANORVM in quorum Imo, ALAMANNIA, constet Alamannos quoque tum devictos fuisse. Nummus hîc rarissimus est ; ejusque pretium auget & capitis typus.

(2) Nummus rarissimus, imò singularis ; hunc Spanhemius è Gaza Palatina primus exhibuit, sed cum Cæsares laureatos in hoc esse monuisset, diademate insignes sculptor repræsentavit, quod Mediobarbum fefellit. Crispum & Constantinum Jun. Cæsares cum Licinio Jun. creatos Kal. Martiis anni 317. fuisse, eruditi viri demonstrarunt.

(3) Epigraphe nova, & typus novus : nummus ipse rarissimus, imo singularis pertinet ad annum 332. quo Gothi debellati. Cum enim Sarmatæ Gothorum impressionem non ferentes, in Romanorum fidem & clientelam se dedissent, Constantinus bellum Gothis eo libentiùs intulit, quo ægriùs ferebat tributum his annuum à Romanis pensitari : ingentique barbarorum cæde edita die 20. Aprilis, pacem denique petentibus concessit, cujus pacis obses fuit ipse Ariarici Gothorum Regis filius. Atque inde repetenda est origo auxiliorum Gothicorum, quæ Fœderata vocata fuisse, & ad ætatem suam perdurasse testatur Jornandes, tametsi hæc à devictis Gothis tributi nomine exacta dissimulet, imò sponte oblata scribat, tum cum Constantinus urbem Romæ æmulam de suo nomine condidit. Cæterum si quæras cur duo Imperatores in nummo expressi sint, cum Constantinus solus eâ tempestate Romanum orbem regeret, Anonymum Valesianum audi, qui bellum hoc à Constantino Jun. administratum prodit : ipse enim hîc expressus militari habitu captivum premens, Constantinus verò eo habitu, quo Gothis pacis leges dedit. Non omittendum hos Barbaros simul cum Sarmatis jam profligatos anno 322. vel 323. fuisse, tametsi ad primam illam victoriam nummus hic non pertineat. Vide quæ ad nummos æreos maximi moduli cum eadem fermè epigraphe, sed typo diverso infrà adnotamus.

(4) Habentur nummi etiam in Probo his simillimi, ubi vide quæ adnotavimus pag. 464. Nummi hi cum rarioribus adnumerandi. Cæterum cum hoc nummo Constantini convenit P. Optatianus Porphyrius, in cujus Panegyrico Constantino Augusto dicto, legere est :

*Orbi tu renovas felicis tempora sæcli.*

dens in medio eorum : in imâ parte SMN. *MB.*

CONSTANTINVS MAXIMVS AVG.

FELICITAS PERPETVA AVGEAT REM DOMINORVM NOSTRORVM. (1) Imperator ſedens cum prætorianis. *MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

FELICITAS REIPVBLICAE. (2) Imperator in ſubſtructione ſedens pro tribunali, cum duabus aliis figuris adſiſtentibus, & duabus genibus flexis ante tribunal procumbentibus: in imâ parte PTR. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum tribus figuris genibus flexis ante tribunal, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine. MB.*

DN CONSTANTINVS MAX AVG.

FELIX ADVENTVS AVG N CON. (3) Figura equeſtris Imperatoris laureati, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ ſceptrum. *MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

FELIX PROCESSVS COS VI AVG N. (4) Imperator togatus, dextrâ orbem Romanum gerit, ſiniſtrâ bacillum : in imâ parte AQ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES EXERCITVS. Figura muliebris ſedens inter ſigna duo militaria, aquilam dextrâ gerit : in imâ parte SMT. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GAVDIVM REIPVBLICAE. (5) Trophæum inter fœminam à dextris, & captivum à ſiniſtris humi ſedentes ac lugentes: in imâ parte PTR. *Fouc. MMA. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GAVDIVM REIPVBLICAE. (6) Conſtantinus togatus globum tradit figuræ paludatæ à dextris ſtanti ; à ſiniſtris verò alia figura paludata globum tenens : in imâ parte PTR. *Regius. Ducang. MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

GAVDIVM ROMANORVM. (7) Figura muliebris plorans ſub trophæo: in imâ parte ALEMANNIA. *Regius. Ducang. MB.*

(1) Nummum ſuperiorem Mediobarbus monet à ſe exſcriptum è Ducangio, apud quem reperire eum non potui ; ſed extat apud Occonem, qui nummum tetradrachmum eſſe ſcribit, & teſtatur aſſervari in Theſauro Alberti Principis : hunc etiam laudatus Occo exhibet è Muſeo Comitis Ottenburg. Uterque rariſſimus, imò ſingularis : utraque etiam epigraphe nova.

(2) Epigraphe nova, & typus novus ; nummi ipſi inter rariores recenſendi, ſed explicatu eo difficiliores, quo minùs certum eſt, duone milites, an duo Cæſares Conſtantino adſiſtant: ſi duos milites hîc repræſentari velis, Præfecti Prætorio Galliarum & Italiæ erunt, ideoque hos nummos poſt Maxentii cædem cuſos conſtabit, mirarique licebit Mediobarbi oſcitationem, qui eos retulit ad annum 307. ſed victoriam de Gothis & Sarmatis, quæ ad annum 321. vel 323. referri ſolet, quàm victoriam de quadam gente Germanicâ quæ ad internecionem cæſa eſt anno 312. prædicari malim ; Gothorum enim & Sarmatarum legatos pro tribunali procumbentes, pacem ſuppliciter petere eo libentius cenſeo, quod, ſi non Præfecti Prætorio, ſed Cæſares duo Criſpus & Conſtantinus Jun. Auguſto adſiſtere dicantur, locum quoque habere poſſit hæc interpretatio : verum non deſunt aliæ hos nummos explicandi rationes vero haud minùs ſimiles ; quidni enim hîc exhibeantur Franci & Alamanni, à quibus perfidiæ pœnas Criſpus anno 320. exegit, quique pacem, quam ex animo tandem oraverant, coluere quandiu Conſtantinus inter homines vixit ? Quidni etiam Licinii duo, & Martinianus poſt Chalcedonenſem cladem extremum ſupplicium à ſe deprecantes ? Poſtremo ob nobilem illam victoriam de Gothis, cujus mentionem in ſuperioribus notis fecimus, hujuſmodi nummos cudi potuiſſe conſtat ; anno enim 332. quo relata eſt duo tantum Cæſares fuere, Conſtantinus Jun. & Conſtantius.

(3) Nummum hunc rariſſimum Mediobarbus refert ad Conſtantini reditum Conſtantinopolim poſt Victoriam de Gothis relatam anno 332 ſed hoc bellum geſſit Conſtantinus Jun. prætereaque non Victoris ſed Pacificatoris habitu Princeps hîc exhibetur. Epigraphe nova.

(4) Nummus hic rariſſimus pertinet ad annum 320. quo Conſtantinus VI. Conſul una cum altero filio Conſtantino Jun. fuit.

(5) Epigraphe nova ; nummus verò rariſſimus. In Galliis cuſum exiſtimant viri docti, ideoque victorias de Germanicis gentibus prædicari, quarum ſeriem in Conſtantini Vita legere potes.

(6) Nummus rariſſimus : hunc Mediobarbus ad annum 325. refert, & ſic ad eum ſcribit : *Ad inaugurationem Conſtantii Cæſaris hoc anno à Conſtantino M. factam referri poteſt nummus, in quo pater globum tradit huic filio, dum Cæſarem eum creat, aſſiſtente alio filio Conſtantino Jun. cum globo, Cæſareæ dignitatis jam adeptæ indice.* Sed Conſtantium anno 323. Cæſarem creatum norunt eruditi omnes : deinde non Conſtantinum Jun. ſolum, ſed etiam Criſpum Cæſares ante aliquot annos nuncupaverat Conſtantinus ; ideoque tam hic in nummo repræſentari debuit, quàm ille, ſi quidem Conſtantii inauguratio hîc expreſſa ſit. Videndum igitur num Conſtantinus Jun. ipſe globum à patre accipiat, huicque aſſiſtat Criſpus, quem ſatis conſtat priorem Cæſarem factum.

(7) Alemanni olim dicebantur, qui partem illam Germaniæ, quæ ſita eſt intra Danubium & Alemannum fluvios, incolebant ; poſtea Germania univerſa Alemannia nuncupata ; quo quidem nomine hodieque Gallis appellatur. Alemannos autem, ut diverſos à cæteris Germaniæ incolis, diſertim recenſet Nazarius Panegyrico Conſtantino M. dicto ; ubi de expeditione ejus in Germaniam : *Quid memorem Bructeros ? quid Chamavos ? quid Cheruſcos ; Vangiones, Alemannos, Tubantes ? bellicum ſtrepunt nomina, & immanitas barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorem. Hi omnes ſigillatim, dein pariter armati, conſpiratione fœderatæ ſocietatis exarſerant. Tu tamen, Imperator, cum tantam belli molem videres, nihil magis timuiſti, quam ne timereris,* &c.

Alius cum ALAMANNIA. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum FRANCIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. RE. M. MMA. Ducang. MB.*

CONSTANTINVS P P AVG. Caput Constantini ut suprà.

GAVDIVM ROMANORVM. (1) Typus ut suprà : in imâ parte FRANCIA. *Declesves.*

CONSTANTINVS P F AVG. Constantinus cum trabeâ ad pectus, & nimbo circà caput, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, codicillos sinistrâ tenet.

GAVDIVM ROMANORVM. (2) Trophæum armorum, ad cujus imum duo captivi sedent : in imâ parte FRANC ET ALAM TR. *Morell.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

GAVDIVM ROMANORVM. Trophæum cui assidet utrinque captivus : in imâ parte FRAN ET ALAM. *MB.*

Sine epigraphe. Caput Constantini fasciâ gemmatâ cinctum, sublimi ore cœlum spectans.

GLORIA CONSTANTINI AVG. (3) Imperator galeatus gradiens, sinistrâ spolia lævo humero imponens, dextrâ captivum premens, sinistro pede alium captivum calcat : in imâ parte SIS. *Regius, maximi moduli. Ducang. MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

GLORIA EXERCITVS GALL. (4) Figura equestris dextrâ elatâ : in imâ parte PTR. *Regius. MB.*

CONSTANTINVS MAX AVG.

GLORIA SAECVLI VIRTVS CAES. (5) Duæ figuræ, altera sedentis Imperatoris, dextram porrigentis figuræ militari gradienti, & spolia cum leone ferenti : in imâ parte PR. *MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

P M TRIB P COS IIII PP PROCOS. (6) Imperator sedens in sellâ curuli, dextrâ tenet globum, sinistrâ sceptrum: in imâ parte PTR. *Regius. RE.*

IMP CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini radiatum, ad pectus cum trabeâ.

(1) In Veteri Germaniæ Tab. apud Ortelium Franci collocantur eo Germaniæ tractu, qui nunc Franconia dicitur, inter Mœnum, Rhenum & Nicetum flumina. Quæ autem Francia in hoc nummo exhibeatur, abundè constare potest ex Procopio, & ex Agathia; apud quos quidem frequens occurrit mentio Francorum circa Rhenum habitantium; qui olim Germani dicti fuere. Sic ut Francia tum nuncupata, quæ antea Germania. Quo faciunt & illa Hieronymi in Vita Hilarii : *Inter Saxones quippe & Alemannos gens ejus non tam lata, quam valida, apud Historicos, Germania, nunc vero Francia vocatur.* Romanorum Gaudium hoc nummo exhiberi ob Francorum gentem subactam nemo non videt. Quomodo autem Constantinus Francos rebellantes coërcuerit, describit & Nazarius : *Illico*, inquit, *tu Francis obvius fuisti, & præsentia tua, ne auderent transitum Rheni, terruisti. Etiam videbaris rem votis tuis fecisse contrariam, quod inhibita irruptione non foret materia Victoriæ. Sed inopinato consilio usus (abiisti enim simulato nuncio majoris in superiore limite tumultus) occasionem stolidis & ferinis mentibus obtulisti in nostra veniendi, relictis in occulto Ducibus, qui securos adorirentur. Quo cum venissent, consilium tuum sequitur fortuna. Toto Rheni alveo oppleto navibus devectus, terras eorum ac domos mœstas lugentesque populatus; tantamque cladem vastitatemque peritura genti intulisti, ut vix post illud nomen habitura sit.*

(2) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo, necnon superiores in quibus FRANCIA. aut ALAMANNIA. tum primùm occurrunt, nec obvii sunt. Francos & Alemannos aliquoties devictos à Constantino fuisse testantur Panegyricorum auctores : sed hujusmodi nummos, è nummo Crispi simillimo, in cujus imo ALAMANNIA. discimus ad annum 320. pertinere, quo Cæsar ille paternarum laudum æmulus, Francos, ut monet Nazarius, ut laudatus nummus, etiam Alamannos tandem confecit, cum fœcundæ malis suis nationes, post gravissimas clades anno 310. acceptas ita raptim adolevissent, ut harum memoriâ non infractæ, sed asperatæ viderentur. De nimbo quo Constantini caput effulget, vide quæ adnotamus ad nummum aureum Faustæ, cum epigraphe PIETAS AVGVSTAE.

(3) Epigraphe nova; nummus cum rarioribus adnumerandus est; cujus quidem pretium auget & capitis typus.

(4) Nova epigraphe; nummus ipse rarissimus, forte etiam singularis : in hoc Constantinus Gallici exercitûs gloriam, in aliis ejusdem virtutem, quam gloria sequitur tanquam umbra, commendat; & quidem rectissimè : nam Gallicis copiis Francos & Alamannos gravissimis cladibus attrivit, iisdem Maxentium importunissimum tyrannum è Reipublicæ gubernaculis depulit.

(5) Nummus rarissimus, sed nescio an accuratè descriptus : vide similem nummum æreum maximi moduli infrà.

(6) Nummus hic ad annum 315. pertinet, sequens ad annum 320. uterque rarissimus est, sed sequentis epigraphe non extat apud Mediobarbum. Pontificis Maximi titulum ab Imperatoribus Christianis, & ab horum principe Constantino repudiatum existimant plerique nostræ ætatis scriptores, Zosimoque, quem tamen Baronius secutus est, mendacii dicam impingunt, quod scripserit Gratianum primum omnium nomen & habitum Pontificis, cum ipsi pro more offerrentur, aversatum esse : sed eruditos viros falli censeo : primum enim cur is titulus Constantino tribuitur in nummis, si ab illo abhorruit? at in sequentium Imperatorum numismatibus non apparet : ne in aliorum quidem post Gallienum, nisi raro; in Juliani verò nummis non magis, quàm in Constantii, aut in Gratiani; tametsi deserta fide hunc simul atque Imperatoris titulum usurpaverit, eoque glorietur in quibusdam epistolis. Zosimo igitur Constantini nummi favent, cæterorum Imperatorum non nocent : è titulis verò legum quid colligi possit, non video; ta-

P M TRIB P COS VI PP PROCOS. (1) Typus ut suprà : in imâ parte PTR. *RE.*

IMP CONSTANTINVS AVG.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator dextrâ pilum, ſiniſtrâ globum. *MB.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

CONSTANTINVS NOB C. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros

PRINCIPI IVVENTVTIS. (2) Conſtantinus paludatus ſedens inter ſigna duo militaria, lævâ haſtam tenet : in imâ parte TR. *Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Conſtantinus paludatus ſtans, dextrâ haſtam, lævâ globum tenet : in imâ parte PTR. *Regius. M. Ducang. MB.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Conſtantinus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum tenet.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà cum PTR. in imâ parte. *Brandenburg.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI. (3) in nummi ambitu. Cippus cui noctua inſiſtit, in quo SAPIENTIA. infrà à dextris in areâ galea, à ſiniſtris clypeus & haſta incumbunt cippo : in imâ parte PARL. *Ducang. Brandenburg. MB.*

Alius cum SARL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

Alius cum TRAL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP CONSTANTINVS MAX P F AVG.

S. M. H. C. R. Imperator globum tenet, cui aſſiſtit Victoria.

SALVS ET SPES REIPVBLICAE.

merſi his quoquè Pagius Zoſimum confutari poſſe velit ; quas enim leges intelligit vir doctus ? an eas quæ in Codicem relatæ ſunt ? quarum tituli pœne omnium inter ſe ſimillimi ſunt : fortè eas quæ à ſcriptoribus interdum laudantur ; at has ipſas titulo plerumque carere, hunc certè vix integrum præferre nemo neſcit. Inſcriptiones Zoſimo adſtipulantur ; nec obſtat à privatis injuſſu Principum propoſitas : quod verò poſt Gratianum Juſtini Thracis Inſcriptionem eodem nomine inſignem proferunt Zoſimi adverſarii, id faciunt reclamante Reineſio, ac monente in illis verborum compendiis PONT MAX. non *Pontificem Maximum*, ſed *Ponticum Maximum* legi oportere. Supererat authoritas ſcriptoris alicujus nobilis, qui Zoſimo opponi poſſet : hunc reperiſſe ſe putat Pagius : Conſtantinum enim, inquit, ad fidem Chriſtianam converſum, & filios Pontificis Maximi nomen non uſurpaſſe, Sozomenus lib. V. cap. I. ſatis oſtendit ; cum de Juliano Auguſteam dignitatem, dum adhuc Conſtantius viveret, ſibi attribuente loquens, quòd ſe Pontificem Maximum dixerit, tanquam rem novam obſervet : *Cumque*, inquit, *antea Chriſtianus fuiſſe videretur, repente mutata Religione ſemetipſe Pontificem Maximum appellavit, & Gentilium templa ingrediens, Diis ſacrificavit*, &c. Sed Pagio referri poteſt, primum, de titulo Pontificis Maximi, cum in deſuetudinem abiiſſet, aliter ſentire potuiſſe homines Sozomeni ætate, quam ſuperiori ſæculo, quo à Principibus uſurpabatur : deinde Julianum à Sozomeno non vituperari quia Pontificem Maximum ſe appellavit, ſed quia idcirco ſe appellavit ut ſacris Deorum ipſe operaretur, cum cæteri Principes illud nomen ideo tantum retinuiſſent, ut ea ſacra pro ſuo jure moderarentur ; fortè etiam ne veteri ſuperſtitioni addictos proritarent. Zoſimum igitur fruſtra impugnarunt viri docti ; nec video qua ratione ejus narrationis fides minui poſſit : nam Jac. Gothofredi, dum hujus invidiam in Chriſtianos, & vanitatem exaggerat, pœnè pudet ; quaſi verò non conſtet Principibus olim oblatum Pontificis Maximi habitum ; aut Zoſimi interfuerit, immutati moris Gratianum magis, quàm Conſtantinum, aut alium quemvis Chriſtianum Imperatorem inſimulare.

(1) Septimi etiam Conſtantini Conſulatûs mentionem faciunt Inſcriptiones duæ anno 323. propoſitæ, cum hunc Conſulatum Princeps noſter ante biennium geſſiſſet. Utramque Gruterus exhibet pagg. 159. & 283. ſed illa Parmæ reperta, hæc Altini : utramque lectoris oculis objicere libet.

1.

D. N. IMP. CAES
CONSTANTINO. P. F
VICTORI. AVG. PONT
MAXIMO. TRIBVN
POTESTAT. XXIII. IMP
XXII. COS. VII. P. P
PRO. COS
RERVM. VMANARVM
OPTIMO. PRINCIPI
DIVI. CONSTANTI. FILIO
B. R. P. NATO.

2.

DN IMP CESARI
FL CONSTANTINO MAXIM
PI F VICTORI AVG
PON MAX TRI P XXIII
IMP XXII CONS VII
PP PRO CONS
HVMANARVM RERVM
OPTIMO PRINCIPI
DIVI CONSTANTI FILIO
BONO RP NATO

(2) Nummi Conſtantini Magni cum hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Epigraphe nova, quæ in hoc Principe tantum occurrit, ſed alteram huic propemodum ſimilem, SAPIENTIA PRINCIPIS. in Licinio exhibuimus ; quapropter hic quoque nummus cuſus poſtea videtur, quam hi duo Principes Romanum orbem ſoli tenuerunt. Porro pacis & belli artes hujuſcemodi typo prædicari, ob eaſque nominis immortalitatem Conſtantino portendi, non neceſſe erat iterum monere ; niſi noctuam Minervæ avem, hoc eſt ſapientiæ ſymbolum, è columna dejeciſſet, canemque in eam impoſuiſſet Ducangius : quod peſſimo conſilio ab illo factum fuiſſe tibi velim perſuadeas. Nummus hic rarioribus adnumerandus eſt.

(1) Imperator globum tenens, ſuprà quem Victoria porrigit dextram figuræ ſtolatæ & radiatæ; à tergo Victoria lauream imponit Imperatori. *MB.*

DN CONSTANTINVS MAX AVG.

SALVS REIP DANVBIVS. Pons ſuprà Danubium cum tribus figuris; infrà pontem fluvii decumbentis typus. *MB.*

IMP CONSTANTINVS MAX AVG.

SALVS REIP DANVBIVS. (2) Typus ut ſuprà. *MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (3) Figura muliebris columnæ innixa, dextram capiti admovet: in imâ parte TP. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad humeros.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *Brandenburg.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà, cum TR in imâ parte. *Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

SPQR OPTIMO PRINCIPI. (4) Tria ſigna militaria: in imâ parte PTR. *Regius. M. MMA.*

Alius cum SMT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

CONSTANTINVS CAESAR.

Sine epigraphe. (5) Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

SOLI COMITI AVG N. (6) Sol ſtans Imperatori ſtanti Victoriam globo inſiſtentem porrigit; pro pedibus Imperatoris figura ſupplex: in imâ parte SMT. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. (7) Sol nudus capite radiato coronam lauream imponit capiti Imperatoris paludati, dextrâ labarum tenentis: in imâ parte A Q. *Regius. Ducang. MB.*

IMP CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini radiatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. Sol capite radiato ſtans, dextrâ elatâ, lævâ orbem & flagellum tenet; ad pedes captivus: in imâ parte SIS. *Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

VBIQVE VICTOR. (8) Imperator ſiniſtrorſum verſus, paludatus, ſtans inter duos captivos ſedentes, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ globum: in imâ parte PTR. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VBIQVE VICTORES. Typus ut ſuprà: in imâ parte PR. *Regius.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum trabeâ.

(1) Nummum hunc rariſſimum, imò ſingularem Occo primus deſcripſit è theſauro Ferdinandi Archiducis. Epigraphe nova, ſed vide quæ ad nummum æreum maximi moduli eadem epigraphe, ſed typo diverſo, infra adnotamus.

(2) Epigraphe nova; nummi ipſi rariſſimi: primum ex Oiſelio, alterum ex Hulſio exſcripſit Mediobarbus, ſed in Oiſelio capitis epigraphe deeſt, nec metallum notatur: quapropter neſcio an diverſus ſit ab Hulſiano. Cæterum accuratam horum nummorum deſcriptionem hîc apponere operæpretium eſt, quam ex Oiſelio petiimus: Fluvius barbatus, urnæ ex qua aqua profluit innixus brachio ſiniſtro, jacet juxtà pontem fornicatum ſuprà quem Victoria gradiens, dextram imponit capiti viri in alterum genu procumbentis, & ſupplices manus tendentis: pone Victoriam figura militaris galeata gradiens, ſpiculum dextrâ tenet. Addit Oiſelius Conſtantinum hoc nummo renovare voluiſſe memoriam magnæ illius Victoriæ, quam de Sarmatis reportaverat; utpote qua Reipublicæ ſalus maximè procurata fuiſſet: ſed neſciebat vir eruditus, quod ex utroque Victore, & Chronici Alexandrini Auctore diſcere poterat, Danubium Conſtantini juſſu lapideo ponte junctum, & quidem anno 328. fuiſſe: cujus in operis monumentum cuſos hujuſcemodi nummos Mediobarbus ipſe monuit. Nec quidem abs re; eandem enim ob cauſam Trajano olim nummi cuſi fuere, cum epigraphe, COS V PP SPQR OPTIMO PRINC. & infra, DANVVIVS, ubi cernitur ſimulachrum Danubii fluminis cum veſtis lacinia in fornicis modum ſupra caput expanſa, ſiniſtro cubito hydriæ, ex qua aqua profluit, impoſito, dextra vero ſuper navigii proram recubante. Vide Dionem in Trajano, qui pluribus eundem pontem deſcribit.

(3) Sic in nummo cælato, ſed in deſcriptione apud Ducangium legitur in imo TR.

(4) Vide quæ ad nummos ſimiles ex Æ. III. infra adnotamus.

(5) Nummus hic rariſſimus, à Mediobarbo exſcriptus eſt ex Occone; victoriamque de Francis & Bructeris prædicat, quos in ipſo ortu numinis ſui, ſi ita cum veteribus loqui fas eſt, Conſtantinus profligavit, captis etiam, & beſtiis objectis eorum regibus Aſcarico & Regaiſo.

(6) Epigraphe nova, typus novus, nummus rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Habetur nummus ſingularis Gallieni ex Æ. III. inſcriptus, SOLI COMTI (ſic) AVG. Sed ibi pro typo Pegaſus cernitur, ut in ejuſdem Auguſti nummis inſcriptis SOLI CONS AVG.

(7) Typus novus; nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(8) Epigraphe hæc nova: nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt. Huic ſimillimus inter æreos recenſetur à Mediobarbo.

VBIQVE VICTORES. (1) Imperator gradiens, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ globum: in imâ parte PR. *RE.*
CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

VICTOR OMNIVM GENTIVM. (2) Imperator ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ clypeum: dextrorſum duæ figuræ genuflexæ manus in altum tendentes; ſiniſtrorſum altera figura manibus ligatis: in imâ parte PTR. *Regius. MB.*

Alius cum SMNT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORE AVG N. VOTIS. Victoria ſpoliis inſidens cum clypeo, in quo X MVL XX. ante ipſam trophæum inter captivos duos ſedentes: in imâ parte PT. *Regius. Ducang. MB.*
IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

VICTORIBVS AVGG NN VOTIS X ET XX. (3) Victoria in quadrigis: in imâ parte PTR. *Regius, maximi moduli.*
CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

VICTORIA AVGVSTORVM. (4) Imperator dextrâ globum tenens, ſiniſtrâ haſtam, à Victoriâ coronatur: in imâ parte SH. TS. *Regius.*
CONSTANTINVS MAX AVG.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria, dextrâ trophæum, ſiniſtrâ palmam. *MB.*
DN CONSTANTINI MAX AVG.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria gradiens, dextrâ trophæum, ſiniſtrâ palmam: in imâ parte MST. *MB.*

Alius cum TSE. in imâ parte, eodem typo. *MB.*
CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Typus ut ſuprâ: in imâ parte MTS. *Decleſves.*
CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria dextrorſum gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in imâ parte POST. *Regius.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria ut ſuprâ; hinc inde duo captivi: in areâ ſtella: in imâ parte SIS. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Typus ut ſuprâ abſque ſtellâ in areâ: in imâ parte SIS. *Regius.*

Alius cum SM. TS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang. MB.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. (5) Victoria thoraci inſidens, clypeo genu innixo inſcribit VOT XX. in imâ parte SIRA. *Brandenburg.*

(1) Hæc epigraphe & hic typus deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Nummus hic inter rariores recenſendus eſt.

(2) Nova epigraphe, tametſi in Maxentio exhibuerimus nummum inſcriptum, VICTOR OMNIVM GENTIVM AVG N. nummi ipſi rariſſimi; ſed de victoriis quas Conſtantinus de barbaris reportavit, variis locis jam diſſeruimus, & aliæ ſeſe offerent dicendi occaſiones.

(3) Nummus ſuperior rariſſimus, hic etiam ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo. Utraque epigraphe nova; nummus autem uterque ad annum vel 315. vel 316. pertinet: nam utro Conſtantinus Decennalia celebraverit, haud ſatis conſtat. Eruditiſſimi duo ætatis noſtræ Scriptores cum viderent Vicennalia Diocletiani & Maximiani conjuncta fuiſſe, tametſi ille biennio fermè amplius imperaſſet, idem quoque in Decennalibus Conſtantini & Licinii factum conjecerant; ſed eam ſententiam neſcio an doctis viris probaverint, certè vanis admodum adeoque falſis argumentis propugnabant, ut variis in locis monuimus: eos tamen in verum incurriſſe docet nummus, qui utriuſque Auguſti vota conjungit. Non omittendum quod Euſebius ſcribit Vota hæc non ſacrificiis, ſed precibus celebrata fuiſſe: Οὕτω δ' ἔχοντι, δεκαέτης αὐτῷ τῆς βασιλείας ἠνύετο χρόνος· ἐφ' ᾧ δὴ πανδήμους ἐκτελῶν ἑορτὰς, τῷ πάντων βασιλεῖ θεῷ εὐχαριστηρίους εὐχὰς, ὥσπερ τινὰς ἀπύρους καὶ ἀκάπνους θυσίας ἀνεπέμπετο. *Eum in hoc ſtatu eſſe, decimus Imperii ejus annus evolutus eſt. Cujus rei causâ feſtis diebus per univerſum orbem Romanum celebratis, preces cum gratiarum actione tanquam puras victimas, ignis & nidoris expertes, Deo omnium regi obtulit.* Cæterum Mediobarbus ex Ducangio hîc inſerit nummum inſcriptum VICTORIA AVGG. ubi pro typo cernitur Imperator ſtans & pede ſiniſtro captivum premens, dextra labarum tenet, ſiniſtra globum cum Victoria; in imo TROBS. epigraphe vero capitis DN CONSTANTINVS P F AVG. Caput diverſum non Conſtantini, ſed alterius cujuſdam; & proculdubio Conſtantini Tyranni, quod indicant non ſolum vultus ipſe & forma paludamenti, & ornatus, ſed etiam epigraphe ipſa partis averſæ, typus, literæ in imo expreſſæ ac nummi ipſa fabrica, ut ſuo loco monebimus.

(4) Nummi Conſtantini M. cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad nummum argenteum cum epigraphe, VICTORIA AVGG NN. adnotamus.

(5) Moris olim fuiſſe ut ſingulis luſtris rerum à Principibus geſtarum memoria in nummis renovaretur, viri docti jamdudum obſervarunt: qua de cauſa anno Conſtantini decimo nummi cuſi cum lemmate, VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. vigeſimo verò & trigeſimo cum hac epigraphe, quam

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum trabeâ.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria trophæo insidens, manum imponit clypeo quem sustinet puer nudus & alatus; in clypeo legitur VOT XX. in imâ parte SIRM. *RE.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria spoliis insidens, & puer nudus alatus stans ex adverso, tenent clypeum in quo VOT XX. in imâ parte SMN. *MB.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. (1) Victoria gradiens, dextrâ gerit trophæum, lævâ palmam: à dextris in areâ ☧ à sinistris XXII. in imâ parte SMAN. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Typus ut suprà: à sinistris in areâ VOT XXX. in imâ parte SMAN. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria dextrâ clypeum, in quo VOT XXX. ante eam puerulus alatus. *MB.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria armis insidens, clypeum tenet in quo scriptum est VOT XXX. in imâ parte SIS. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria ut suprà, ostendit VOT XXX. in clypeo quem puer alatus sustinet: in imâ parte SMNЄ. *Regius.*

Sine epigraphe. Caput Constantini fasciâ gemmatâ cinctum, sublimi ore cœlum spectans.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria ut suprà, scribit VOT XXX. in clypeo quem puer sustinet: in imâ parte SMNЄ. *Regius.*

Alius cum SMNN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Sine epigraphe. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, sublimi ore cœlum spectans.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. (2) Victoria ut suprà, cum puero adstante, & clypeum tenente in quo VOT XXX. in imâ parte SMNC. *Ducang. MB.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTINI AVGVSTI. (3) Victoria stans, dextrâ tenet vexillum, sinistrâ palmam: in imâ parte MTS. *RE.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA GOTHICA. (4) Victoria porrigens Imperatori sedenti dextram. *MB.*

Maximinus in nummis suis jam consignaverat, ut Constantini gratiam demereretur, quem vehementer pertimescebat ob conscientiam fœderis à se cum Maxentio initi, ut suo loco monuimus. Quòd si victoriarum quæ in his nummis prædicantur seriem quidam à nobis expectant, tametsi hanc ab ipsa Constantini Vita petere possint, indicare tamen non gravabimur. Itaque victoriæ de Francis & Bructeris, quæ Cæsari nostro virtutis famam Sarmaticis bellis jam acquisitam confirmarunt, de socero Herculio, de plerisque Germanicis gentibus, quas Franci & Bructeri concitaverant, de Maxentio denique relatæ, ad nummos qui votorum Decennalium mentionem faciunt, pertinent; quibus victoria de Licinio quominus adjungatur, gratia cum eo reconciliata, & aliquot anni Imperii concorditer deinde gesti obstant. Pacis leges Francis & Alamannis postea datæ, profligati Gothi & Sarmatæ, Licinius in ordinem redactus, nummis qui vota Vicennalia præferunt, celebrari potuere; iis verò qui Tricennalia vota exhibent, victoria Gothica omnium nobilissima.

(1) Nummus hic ob Christi nominis monogramma, quod à dextris in area cernitur, rarissimus est. Atque hoc quidem monogramma à cæteris quæ variis in nummis expressa sunt, diversum est, sed idem simillimum est ei quod Constantini nostri jussu effictum est in labaris: de hoc enim ita L. Cæcilius cap. 44. *Fecit ut jussus est, & transversa X litera summo capite circumflexo Christo in scutis notat.* Apertius etiam Eusebius lib. I. de Vita Constantini cap. 31. dum id monogramma duabus tantum primis Christi literis græcis, X. videlicet & P. designatum scribit, *χιαζομένου τοῦ P. κατὰ τὸ μεσαίτατον. Linea transversa per mediam literam P. ductâ*: non, *litera P. in medio decussata*, ut perperam vertere interpres. Cæterum de hoc monogrammate longè aliter sentit Harduinus; nihil enim in illo videt præter literam T. literæ P. subjectam, ut intelligatur *tributum primum*; negatque Constantinum Maximum Christianum tunc fuisse: nam & adulterinum esse nummum ejus inscriptum, SPES PVBLICA. in quo Christi monogramma labaro superpositum est; & in eo qui inscribitur GLORIA EXERCITVS. idem monogramma fidem potiùs exercitûs, quàm ipsius Principis testari contendit; sed has Harduini conjectationes refellere vix necesse est. Vide laudatum nummum Æ. III. inscriptum GLORIA EXERCITVS.

(2) Nummus hic & superior ob capitis typum inter rariores recensendi sunt.

(3) Nummi Constantini M. cum hac epigraphe & hoc typo rarissimi sunt.

(4) Nummum hunc rarissimum exscripsit Mediobarbus ex Occone; alterum cum eadem epigraphe sed typo diverso refert idem Mediobarbus ex Ducangio, quem vide inter numismata incerti moduli. Gothos anno 322. & anno 332. à Constantino devictos fuisse jam aliquoties monuimus.

IMP CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini galeatum & laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA (sic) LAETAE PRINC PERP. Victoriæ duæ tenentes coronam, in quâ VOT PR. inter utramque ara quadrata, in cujus medio stella : in imâ parte STR. *Brandenburg.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini galeatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Victoriæ duæ tenent clypeum cippo impositum, in quo VOT X. in imâ parte P. R. *Regius. RE.*

CONSTANTINVS P F AVG.

VICTORIAE PERPETVAE. (1) Victoria insidens spoliis, cum puerulo, & clypeo in quo VOT XX. in imâ parte SMT. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

VIRTVS AVGVST. Leo stans, pone quem supernè clava : in imâ parte PARL. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGVSTI. Typus ut suprà : in imâ parte TARL. *Regius.*

CONSTANTINVS MAX AVG. alius DN.

VIRTVS AVGVSTI. Leo gradiens suprà quem clava transversa : in imâ parte TRAL. *MB.*

Sine epigraphe. Caput Constantini cum diademate.

VIRTVS CONSTANTINI AVG. (2) Constantinus paludatus stans inter duos captivos, trophæum tenet dextrâ, scipionem sinistrâ demissâ : in imâ parte SMTS. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

VIRTVS EXERCITVS GALL. (3) Mars gradiens, dextrâ tenet hastam, sinistrâ trophæum ; hinc inde duo captivi humi sedentes : in imâ parte PTR. *Regius.*

Alius cum SIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. (4) Imperator paludatus stans inter duas figuras muliebres, quarum altera turrita Victoriam globo insistentem ei porrigit, altera coronam : in imâ parte PTR. *Regius.*

IMP CONSTANTINVS MAX P F AVG. SM. H. ER.

VOTIS V MVLT X VICTOR AVG. P. TR. *MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

VOTIS V MVLTIS X. (5) Victoria sedens, clypeo cippo imposito inscribit VICTORIA AVG. in imâ parte PMR. *RE.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

(1) Hæc epigraphe tunc primum in nummis occurrit : nummus ipse rarissimus, imò singularis : hunc ex Occone exscripsit Mediobarbus, retulitque ad annum 325. quo Vicennalia Imperii celebravit Constantinus : sed quis nescit Vicennalium votorum mentionem in nummis fieri solitam, statim atque nuncupata erant, hoc est anno decimo evoluto ? qua de causa etiam Crispi iterum Consulis nummus inscriptus, BEATA TRANQVILLITAS. eadem Vicennalia patris prædicat anno 321. Quæ igitur Victoria perpetua hîc appellatur, vel de Francis anno 320. vel de Gothis & Sarmatis anno 322. vel de Licinio denique anno 323. relata est : sed de hac nummum intelligi maximè opto, utpote quæ perpetuam securitatem præstiterit, & ex qua, velut ob liberatum orbem, maximam gloriam ceperit Constantinus : quanquam & victoriam de Francis æternam, vel perpetuam appellari potuisse non negaverim, cum lubricæ & perfidæ gentis vires eâ tempestate ita fractæ sint, ut Principis nostri, quandiu vixit, amicitiam colere, quàm arma iterum experiri maluerint.

(2) Desideratur hæc epigraphe in Collectione Mediobarbi. Nummus hic rarissimus est, superiores vero cum rarioribus adnumerandi.

(3) Epigraphe nova, nummi verò rarissimi ; sed vide quæ ad nummum inscriptum, GLORIA EXERCITVS GALL. monuimus.

(4) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, nec apud Mediobarbum extat : epigraphe nova cum hoc typo conjuncta ; sed eo typo quid intelligi possit ; fateor me juxtà ignarissimos scire ; si quis tamen conjecturæ hîc locus, nummum cusum crederem eo tempore quo Imperii paterni fines nondum protulerat Constantinus, ideoque Principi nostro adstare, hinc quidem Galliarum Fortunam huic ob præclaras de barbaris victorias gratulantem ; inde publicam lætitiam, qua Reipublicæ vota impleta testantur. Vide nummos æreos III. cum eadem epigraphe, sed typo diverso.

(5) De nummis qui votorum simul & Constantini victoriarum mentionem faciunt, diximus ad nummos inscriptos VICTORIA CONSTANTINI AVG. hîc victoria de Francis & Bructeris prædicatur : hi cum rarioribus adnumerandi sunt.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini galeatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. (1) Ara suprà quam globus & tres stellæ : in arâ

(1) Nummi hujuscemodi occurrunt in Licinio Jun. Crispo, & Constantino Jun. sed in Crispo sese offeret de his disserendi locus : hic in Mediobarbo deest ex argento, apud quem non extant nummi omnes argentei, qui solitam notam (*MB.*) non habent. Nummus hic rarus.

VOTIS XX. in imâ parte PTR. *RE.*

AVGVSTVS. Caput Constantini coronâ ex lauro & lapillis cinctum, ad humeros.

CAESAR. (1) in coronâ querceâ. *Regius. Ducang. MB. maximi moduli.*

Alius cum SIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine, maximi moduli.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus.

CONSTANTINIANA DAFNE. (2) Victoria sedens, dextrâ hastæ innixa, sinistrâ tenet lauri ramum; ad latus dextrum trophæum; ad pedes captivus: à dextris in areâ C. in imâ parte CONS. *Ducang. MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTINVS AVG. Victoria tunicata & succincta ad dextram gradiens, dextrâ elatâ coronam, sinistrâ palmam gestat: in imâ parte SIS. *Fauvel.*

Absque epigraphe. Caput Constantini fasciâ gemmatâ cinctum, sublimi ore cœlum spectans.

CONSTANTINVS AVG. (3) Typus ut suprà: in imâ parte MONSSR. *RE.*

Alius cum SM...... in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Farnesianus.*

Absque epigraphe. Caput Constantini ut suprà.

CONSTANTINVS AVGVS II. Typus ut suprà: in imâ parte C. A. *Regius.*

Absque epigraphe. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis redimitum, sublimi ore cœlum spectans.

CONSTANTINVS AVGVSTVS. Typus ut suprà: in imâ parte CON. *Ducang. MB.*

Absque epigraphe. Caput Constantini cum diademate ex margaritis, sublimi ore cœlum spectans.

CONSTANTINVS AVGVSTVS. Typus ut suprà: in imâ parte R. *Regius.*

Absque epigraphe. Caput Constantini fasciâ cinctum, sublimi ore cœlum spectans.

CONSTANTINVS CAESAR. (4) Tres spicæ erectæ, suprà mediam stellula: in imâ parte R. *Ducang. MB.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini nudum, ad humeros.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. (5) Capita duo nuda adversa: in imâ parte SIRM. *Regius.*

DN CONSTANTINI MAX AVG. P. R.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *MB.*

Caput Constantini galeatum.

Epigraphe exesa. Duæ Victoriæ dextris laureas tenentes. *MB.*

Caput Constantini galeatum.

Epigraphe exesa. Globus suprà turrim. *MB.*

(1) Nummum hunc rarissimum recenset Ducangius, & ex eo Mediobarbus inter Constantis numismata; verum non ad eum, sed ad Constantinum Magnum pertinere manifestò declarat cum vultus Principis, tum nummi ipsa fabrica.

(2) Nummus rarissimus ex argento: quæ ad simillimos ex Æ. III. adnotamus, vide; necnon Jacobum Gothofredum ad leg. 2. Cod. Th. de Aquæductu; & Valesium ad lib. 19. Ammiani; præterea Bar. an. 350. n. 14. Gretzer. tom. 3. lib. 5. cap. 31. &c.

(3) Plurimi occurrunt hujuscemodi Constantini nummi cum ex auro, tum ex argento, in quibus caput Constantini varia corona redimitum cernitur absque epigraphe, ore sublimi cœlum spectans; qui sane nummi hoc Eusebii loco mirè illustrantur: Ὅση δ' αὐτοῦ τῇ ψυχῇ πίστεως ἐνθέου ὑπεστήρικτο δύναμις, μάθοι ἄν τις ἐκ τοῦδε, λογιζόμενος ὡς ἐν τοῖς χρυσοῖς νομίσμασι τὴν αὐτοῦ αὐτὸς εἰκόνα ὧδε γράφεσθαι διετύπου, ὡς ἄνω βλέπειν δοκεῖν, ἀνατεταμένος πρὸς θεὸν τρόπον εὐχομένου. τούτου μὲν οὖν τὰ ἐκτυπώματα καθ' ὅλης τῆς Ῥωμαίων διέτρεχεν οἰκουμένης. ἐν αὐτοῖς δὲ βασιλείοις κατά τινας πύλας ἐν ταῖς εἰς τὸ μετέωρον τῶν προπύλων ἀναχειμέναις εἰκόσιν, ἑστὼς ὄρθιος ἐγράφετο, ἄνω μὲν εἰς οὐρανὸν ἐμβλέπων, τὼ χεῖρε δ' ἐκτεταμένος εὐχομένου σχήματι. *Quanta verò fidei vis divino quodam instinctu in ejus animo defixa fuerit, vel ex eo intelligi potest, quòd in aureis* [addere debuerat, *& argenteis*] *nummis imaginem ita insculpi curavit, ut instar precantis sublimi ore cœlum contueri videretur: quod genus nummi hac effigie sculpti, per omnes Romani Imperii gentes volitabat. Jam in ipsis Regiis per quasdam januas in tabellis, quæ summis vestibulorum partibus affixa erant, erecto statu pingebatur, sursum in cœlum contemplans, & precantis formâ manus sursum tollens.*

(4) Nummum hunc rarissimum, imò singularem eodem tempore cusum, quo aureum inscriptum CRISPVS CAESAR. docemur è capitis typo hisce nummis proprio: sed in nummo qui Crispum commendat, Victoria repræsentata est, quod *obterendis hostibus gravis, terrorem paternum, quo semper barbaria omnis intremuerat, derivare ad nomen suum* jam cœpisset, ut scribit incertus auctor Panegyrici Constantino dicti, qui idcirco addidit, *laudes ejus jam plenas videri potuisse, nisi cœpisse ita patrem cogitarent homines.* In hoc verò tres spicæ cum stella supernè, ut ostenderent Monetarii Constantinum Cæsarem, tametsi infantiæ limites vix prætergressum, *maximum* esse, ut idem aiebat, *incrementum boni publici*, quem *licet ætas adhuc revocaret ab imitatione virtutis paternæ, jam tamen ad pietatem ejus natura deducebat*: quod à se scriptum deinde docet, quia libellis supplicibus puerum subscribere Constantinus pater condocuerat: *Jam maturato studio literis habilis, jam felix dextera fructuosa subscriptione lætatur. Delegat multa indulgentissimus parens, & quæ per se concedit, referri ad gratiam tuam mavult.*

(5) Nummus hic & sequens rarissimi. Vide quæ adnotavimus ad nummum aureum inscriptum, CRISPVS ET CONSTANTINVS NOB CAES. ubi duo capita non nuda, sed laureata adversa cernuntur.

Caput Conſtantini galeatum.

Epigraphe exeſa. Duo milites inter quos ſignum militare. *MB.*

CONSTANTINVS MAXIMVS AVG.

GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESARIS PR. (1) Duæ figuræ tenentes globum, in quo ciconia radiata. *MB.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Conſtantini laureatum.

HAEC VOTA MVLT ANN. (2) in laureâ. *Ex ſchedis Hen.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Conſtantinus cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextram attollit.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter nudus ſtans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtam: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte SMAL. *RE.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

MARTI CONSERVATORI. Caput galeatum, ad pectus cum loricâ. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

MARTI CONSERVATORI. Figura militaris galeata & paludata ſtans, dextrâ tenet haſtam ferratam inverſam, ſiniſtrâ innititur clypeo humi poſito: à dextris in areâ S. à ſiniſtris E. in imâ parte MKL. *Bau.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

MARTI PATRI CONSERVATORI. (3) Mars galeatus ac nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans, haſtæ ferratæ inverſæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ: à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte PTR. *Fouc. nummus maximi moduli.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris laureata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, & captivi nudi dorſum pede lævo premens, haſtæ ferratæ inverſæ adnititur dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte TRS. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI. (4) Cippus vel columna cui inſiſtit noctua; cippo inſcriptum, SAPIENTIA. ad latera galea, & clypeus cum haſtili: in imâ parte PARL. *Ducang. MB.*

Alius cum SARL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

PROVIDENTIAE AVGG. Caſtrorum porta cum ſtellâ ſupernè: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte ARLP. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SARMATIA DEVICTA. (5) Victoria ſtans ſiniſtrorſum verſa, & captivum pede lævo proterens, dextrâ tenet palmam, ſiniſtrâ trophæum: in imâ parte PTR. *Ducang. MB.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

(1) Pro ciconia radiata phœnicem repone, & vide ſimilem nummum maximi moduli infrà. Nummus hic rariſſimus eſt.

(2) Hæc epigraphe in hoc Auguſto tantùm occurrit. Nummus rariſſimus imo ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Epigraphe nova: nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt. Vide quæ ad ſimilem ex Æ. II. infrà adnotamus.

(4) Quæ ad nummos aureos his ſimillimos adnotavimus, vide. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(5) Hæc epigraphe in Domitiano primum, cum figura muliebri ſcuto inſidente ac lugente, deinde in hoc Principe occurrit. Quem ad annum hi nummi pertineant, affirmare non auſim; tametſi duorum Conſtantini adverſus Sarmatas bellorum primum nobiliſſimum ſit: hoc, quia poſtremam Licinii cladem præceſſit, ad annum 322. referre ſolent; ſed ea tempeſtate non Sarmatas ſolùm, verum etiam Carpos & Getas, ſive Gothos profligatos fuiſſe Optatianus docet: itaque emendandus videtur Tillemontius, dum Sarmaticum bellum à Gothico bello diſtinguit, illudque anno 322. hoc ſequenti narrat, quia de Sarmatis tantum Zoſimus, Anonymus Valeſianus de ſolis Gothis, loquuntur: an verò de Campona Pannoniæ Valeriæ urbe loquatur Zoſimus, dum oppidum quoddam à Barbaris obſeſſum, & à Conſtantino liberatum tradit, haud ſatis ſcio; tametſi apud hanc urbem primum, deinde prope Margum & Bononiam in Mœſia Superiori prælio decertatum canit Optatianus; quod occaſionem dedit Licinio bellum Conſtantino indicendi, quia harum cladium reliquias fortiſſimus Princeps uſque in Mœſiam Inferiorem, quæ Licinio parebat, perſecutus fortè fuerat. Cæterum Sarmatarum res eo bello ita afflictæ, ut poſt decem annos, cum Gothorum impreſſionem ſuſtinere nequirent, in fidem & clientelam Romanorum ſe dederint; quos ipſos, cum incurſionibus in Pannoniam & Mœſiam factis, in ſe convertiſſent, perfidia illis in exitium vertit: à Conſtantino enim levibus aliquot præliis victi, deinde iterum laceſſiti à Gothis, ſervos ſuos armarunt, à quibus anno 334. avitis ſedibus pulſi ſunt, ſuprà trecenta hominum millia, quos Conſtantinus recepit.

SECVRITAS AVGG. (1) Figura muliebris stolata stans, cubito sinistro columnæ innixa, dextram capiti admovet: in imâ parte PLN. *Bau. nummus maximi moduli.*
Caput Constantini galeatum.

Sine epigraphe. Victoriæ duæ clypeum sustinentes in cippo. *MB.*

CONSTANTINVS P AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. (2) Caput virile radiatum, ad humeros cum paludamento. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

SOLI INVICTO COMITI. Sol nudus capite radiato stans, dextrâ tenet fulmen, sinistrâ globum: à dextris in areâ.... à sinistris F. in imâ parte ATR. *Cham.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini ut suprà.

SOLI INVICTO COMITI. Sol capite radiato nudus stans, pallio in brachium sinistrum rejecto, dextrâ elatâ & expansâ, globum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte MSL. *Fouc.*

CONSTANTINVS P AVG. Caput Constantini ut suprà.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ luna bicornis: in imâ parte PLM. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini cum coronâ ex lauro & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTI. (3) Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, lauri ramum sinistrâ: in imâ parte TRS. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG NN. (4) Victoria stans coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte TRS. *Regius. Ducang. MB.*

DN CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

VICTORIA AVGGGG. (5) Figura muliebris sedens, dextrâ Victoriolam tenet, sinistrâ hastile: in imâ parte AMID. *Ducang. MB.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini cum coronâ ex gemmis, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA DD NN AVGG. (6) Victoria dextrorsum gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte SMAQ. *Fontaine.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Constantinus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum gestat dextrâ exertâ, sinistrâ clypeum in quo eques.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Victoriæ duæ togatæ & stolatæ stantes, arâ intermediâ, tenent clypeum in quo VOT PR. in imâ parte BSIS. *Fouc.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini galeatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Typus ut suprà: in imâ parte PSIS. *Cham.*

Eadem epigraphe. Constantinus capite galeato, ad pectus cum paludamento, dextrorsum, dextrâ exertâ gestat spiculum, sinistrâ ramusculum.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Typus ut suprà: in imâ parte PTR. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini ut suprà, sed dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Typus ut suprà: in imâ parte PTR. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Constantinus cum coro-

(1) Nummus hic Constantini Magni cum rarioribus adnumerandus est.

(2) Nummi Constantini M. cum hoc typo inter rariores recensendi sunt.

(3) Nummus hic Constantini Magni cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum.

(4) Epigraphe hæc in Licinio primum occurrit: nummus hic rarissimus est, & pertinere videtur ad annum 320. quo Franci & Alamanni à Crispo Cæsare debellati sunt: sequens nummus, si quidem Constantino nostro cusus est, referetur ad annum 311. victoriâ de plerisque Germanicis gentibus nobilem: hoc enim anno usque ad mensem Maium quatuor Augusti fuere, Gal. Maximianus, Licinius, Maximinus, & Constantinus qui tum postremus omnium erat, anno verò sequenti ob devictum Maxentium, primi nominis titulum à Senatu accepit: sed sunt qui nummum Constantino tyranno cusum fuisse, ex ipsa quam Ducangius exhibuit, cælatura colligant, quæ cælatura alioquin à descriptione quam vir eruditissimus huic subjecit diversa est: nam in hac CON. legitur in extremo nummi margine, in illa AMID Erunt fortasse etiam qui nec Constantino M. nec tyranno, sed Juniori nummum tribuent, quia alterum ejus cum eodem typo inscriptum VICTORIA AAAAVGGGG. Laur. Begerus in Brandenburgico Thesauro exhibuit; sed qui Ducangium in Constantino M. errasse contendunt, majoremne Begero in Constantino Jun. fidem habituri sunt? Non equidem opinor, maximè cum in Constantini Jun. nummo scribendi ratio Constantini Tyranni ætatem sapiat. Cæterum nummus ille rarissimus, imò singularis est.

(5) Sic nummus cælatus apud Ducangium, sed in descriptione apud eundem legitur in imo CON.

(6) Epigraphe nova; nummus rarissimus imò singularis, in Mediobarbo deest: referri verò potest vel ad annum 307. quo Constantinus Augustus ab Herculio socero creatus est; vel, ut superior, ad annum 320.

nâ gemmatâ, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ elatâ.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Typus ut ſuprà cum PTR. in imâ parte. *RE.*

IMP CONSTANTINVS MAX AVG. Conſtantinus cum camelaucio, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. (1) Typus ut ſuprà, cum PTR. in imâ parte. *Ducang. MB.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput galeatum cum buſto, dextrâ haſtam.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. P. T. Duæ Victoriæ clypeum ſuſtinentes in quo VOT. P. R. *MB.*

Caput Conſtantini galeatum.

VIRTVS AVGG. Caſtra prætoria. *MB.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS MILITVM. Porta caſtrorum cum turribus: in imâ parte PTR. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

VIRTVS MILITVM. Caſtra prætoria: in imâ parte TI. *Ducang. MB.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS MILITVM. Typus ut ſuprà, cum TR. in imâ parte. *Fontaine, Quinarius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

VOTIS V MVLTIS X. (2) Victoria ſeminuda ſiniſtrorſum converſa ſtans, clypeum cui inſcriptum eſt, VICTORIA AVG. cippo innixum tenet: in imâ parte PTR. *Fontaine Ducang. MB.*

(1) Sic nummus cælatus apud Ducangium, ſed in deſcriptione apud eundem legitur in imo PERP. quod mendum chalcographi eſſe nemo non videt.

(2) Vide quæ ad nummum aureum cum eadem epigraphe, ſed typo paullulum diverſo ſupra adnotavimus. Nummus hic inter rariores recenſendus eſt.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

VICTOR CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum loricâ.

DEBELLATORI GENT BARBAR. Imperator habitu militari eques, ſpiculum in captivum contorquens: ſub equi pedibus alter proſtratus. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

DEBELLATORI GENTT BARBARR. Typus ut ſuprà. *Ducang. MB.*

VICT CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

DEBELLATORI GENTT BARBARR. Typus ut ſuprà. *Regius. Decleſves.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum loricâ.

DEBELLATORI GENTT BARBARR. (1) Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM. (2) Figura militaris ſpoliis inſidens inter duos captivos humi ſedentes, dextrâ tenet

(1) Epigraphe nova, ſicut & ſequens; utraque verò in Conſtantinum optimè convenit: quamobrem Juliani audaciam mirari ſatis nequeo, qui cum bella à fortiſſimo Principe plurima confecta eſſe diſſimulare non poſſet, invidiæ tamen ſtimulis agitatus, ὡς ἀπόλεμον, hoc eſt rei militaris non imperitum fuiſſe frigidè ſcripſit, pacemque cum barbaris ingentibus muneribus ab eo redemptam commentus eſt, cum Euſebius contrà teſtetur bellum hac præcipuè de cauſa ſuſceptum adverſus Gothos, ut ne barbaris Romani deinceps annuum tributum pro more penſitarent. Sed benè habet, quòd in rebus hominum memoria & coætaneorum ſcriptis adeò celebribus malignitatem, imò impudentiam ſuam prodidit Apoſtata: hinc enim diſcimus quæ fides eidem habenda ſit, dum in rebus à vulgi cognitione remotioribus lacerare conatus eſt famam Imperatoris, in quo Aurelius Victor, acerrimus, ut omnes norunt, Principum cenſor, nihil præter aliquem in virtutibus modum deſiderabat. Vide Euſebium lib. II. de Vita Conſtantini cap. 19. & Gruter. 159. 6. 284. 2. Cæterum licet nummi hujus Auguſti omnes ex ære maximi moduli inter rariores recenſendi ſint; ſequens tamen rariſſimus eſt.

(2) Nomen Exuperator nuſquam hactenus legimus, ſed præter Exupero verbum, occurrunt etiam Exuperantia, Exuperatio, Exuperabilis: item Lampridius in Commodo, Novembrem menſem Exuperatorium ab illo Principe appellatum monet, & ipſe ibidem; *Appellatus Imperator V. Kalendas Exuperatorias.*

globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtili innititur. *Regius. Ducang. MB.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESARIS. (1) Conſtantinus ſeminudus inſidens thoraci, haſtæ adnixus ſiniſtrâ, dextram protendit ad figuram militarem, quæ phœnicem globo inſiſtentem illi offert dextrâ, trophæum verò geſtat ſiniſtrâ; juxtà figuram militarem panthera, ut quidem videtur: in imâ parte PR. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESS. Typus ut ſuprà, cum PR. in imâ parte. *Fouc. Regius. RE. Brandenburg.*

DN CONSTANT AVGVST. *Diverſæ epigraphe.* Conſtantinus pectore tenus, dextrâ globum cui inſiſtit Victoria.

MONETA AVGG. (2) Tres Monetæ ſtantes, dextrâ bilancem, lævâ cornucopiæ gerunt. *Vaillant.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum.

SALVS ET SPES REIPVBLICAE. (3) Conſtantinus ſedet inter duos filios paludatos, dextrâ elatâ; ipſi haſtas geſtant. *Vaillant.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini cum coronâ ex lauro & gemmis, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS PERPETVA. (4) Figura muliebris ſtans columnæ innixa, dextram capiti imponit, lævâ haſtam tenet: hinc & inde captivi humi ſedentes. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini diadematum.

SECVRITATI PERPETVAE. Securitas ſtans ſtolata, dextram ſuprà caput admovet, ſiniſtro cubito columnæ innixo: pro pedibus hinc & inde captivus humi ſedens. *Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini cum diademate gemmato, ad pectus cum paludamento.

SECVRITATI PERPETVAE DO NN. (5) Figura muliebris cippo innixa, dextram capiti apponit, ſiniſtrâ tenet ſcipionem: infrà duo captivi ſedentes adverſi, à dextris nimirum mulier ſeminuda dextram oculis admovens; à ſiniſtris verò, figura virilis barbata ac nuda. *Ducang. MB.*

IMP CAES FL CONSTANTINO MAX P F AVG. Caput Conſtantini coronâ laureâ redimitum, ad pectus cum paludamento: in ambitu duodecim Zodiaci ſigna.

S. P. Q. R. QVOD. INSTINCTV DIVINITATIS. MENTIS MAGNITVDINE. CVM EXERCITV SVO. TAM DE TYRANNO. QVAM. DE OMNI. EIVS. FACTIONE VNO. TEMP. IVSTIS. REMP VLTVS EST ARMIS. ARC TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT. (6) in coronâ laureâ. *Fontaine.*

VICTOR CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTOR GENTIVM BARBARAR. (7) Imperator paludatus eques barbarum telo impetit, altero ſub equi pedibus jam occiſo. *Vaillant.*

(1) Nummus hic rariſſimus, ſequens inter rariores recenſendus: utraque epigraphe nova: Mediobarbus nummos ejuſmodi refert ad annum 318. quo ait Francos à Criſpo debellatos: ſed Victoriam Criſpi biennio antevertit; hanc enim ad annum 320. pertinere conſtat: deinde cur Criſpi potiùs quàm Conſtantini Junioris virtutem hîc prædicari exiſtimavit? ab hoc enim Gothi anno 332. memorabili prælio fuſi die 20. Aprilis, ut ſcribit Idatius: itaque nummi hujuſmodi tam in hunc quàm in illum conveniunt, in eorumque numero habendi ſunt, quos ad certam temporum rationem redigere eruditi aliquot fruſtra conantur.

(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(3) Epigraphe nova, & in hoc Principe primùm occurrit: nummus ipſe rariſſimus, in Mediobarbo deeſt: quem enim ex auro exhibuit, is typo prorſus diverſo eſt, ſi eum quidem Occo rectè deſcripſit. Conſtantinus ipſe ſalus, Criſpus & Conſtantinus Jun. ſpes Reipublicæ; quam ſpem Criſpus quidem eximiè implevit debellatis Francis & Alamannis, capta aut disjecta Licinii claſſe; Conſtantinus Jun. etiam non fefellit, quandiu intra alterum dignitatis gradum conſtitit: ab hoc enim profligatos Gothos ſæpè monuimus; ſed hunc poſt patris mortem ambitio tranſverſum egit, ac cætera ejus decora obſcuravit.

(4) Nummus hic & ſequens inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(5) Epigraphe hæc in Gal. Maximiano primum occurrit; ſed hîc loco DO NN. legendum puto DD NN. ut videre eſt infrà in Æ. II. ubi legitur SECVRIT. PERPET DD NN. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(6) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis, ex eorum genere eſt quos conturniatos vocant: hujus verò epigraphe propemodum ea eſt Inſcriptio quæ in arcu Conſtantini propoſita eſt; quem quidem arcum cur Harduinus ob devictum Licinium, quàm ob cæſum Maxentium erectum fuiſſe mavult, non video*; niſi quod Scriptori huic ſolenne eſt à communi eruditorum opinione diſcedere. Inſcriptionem ipſam exhibebimus ad nummum Æ. 3. cum lemmate ROMAE RESTITVTAE. Vide inter nummos incerti moduli eum qui inſcriptus eſt, LIBERATORI. &c.

(7) Hæc epigraphe in hoc Principe tantùm occurrit. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Me-

VICT CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini cum coronâ ex lauro & gemmis, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGVSTI. (1) Figura muliebris capite turrito ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, lauri ramum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ : retrò ſtat Victoria capiti ejus imponens coronam. *RE.*
CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini laureatum.

VICTORIA AVGVSTI. Victoria inſidens ſpoliis tenet clypeum, in quo VOT XX MVLT XXX. *Vaillant.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantini cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE AVGVSTI. (2) Figura muliebris capite turrito ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ : à tergo Victoria ſtans coronam capiti ejus imponit. *Declesves. Ducang. MB.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. (3) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, hoſtem armatum lanceâ confodit. *Fouc.*
IMP CONSTANTINVS MAX P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ haſtam in hoſtem proſtratum contorquet. *De C.*
CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG N. Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, hoſtem armatum lanceâ confodit. *RE. Vaillant.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG N. Imperator typo quo ſuprà, ſed à dextris ſiniſtrorſum. *Farneſianus.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS CAESS GLORIA SAECVLI. (4) Conſtantinus ſeminudus inſidens thoraci ...

diobarbum. Vide quæ paulo ſuperius adnotavimus ad nummum inſcriptum, DEBELLATORI GENTT BARBARR.

(1) Nummus hic & ſequens cum rarioribus adnumerandi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(2) Victoriarum ejuſmodi coronas porrigentium crebra in nummis viſitur delineatio. Salluſtius lib. II. Hiſt. *Præterea cum ſedenti tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat.*

(3) Nummus hic & tres ſequentes inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo. Inſcriptiones ſex à variis Præſidibus propoſitas in honorem Conſtantini, cujus virtutem & pietatem maximè commendant, hîc exhibere juvat. Tertia è Sponii Miſcellaneis pag. 275. exſcripta eſt; cæteræ extant apud Gruterum pag. 283. ſed ſecunda & quinta haud ita multum inter ſe differunt.

1.

PIISSIMO. FORTISSIMO<br>
FELICISSIMO. DN<br>
CONSTANTINO. MAXI<br>
MO. VICTORI. SEMPER<br>
AVGVSTO<br>
BADIVS. MACRINVS<br>
V. P. P. P. TARRAC<br>
NVMINI. MAIESTA<br>
TIQVE. EIVS. SEMPER<br>
DEVOTISSIMVS.

2.

VIRTVTE. FOR<br>
TISSIMO. ET PIE<br>
TATE. CLEMENTIS<br>
SIMO. D. N. FL<br>
CONSTANTINO<br>
MAXIMO. ET<br>
INVICTO. AVG<br>
MALFEVS. APRONIA<br>
NVS. P. P. F. VIENA<br>
DEV. N. MS. Q. EIVS

3.

CLEMENTISSIMO ET<br>
VICTORIOSISSIMO<br>
D. N. FLAVIO VALERIO<br>
CONSTANTINO MAXIMO<br>
PIO FELICI INVICTO AVG.<br>
BETITIVS PERPETVVS<br>
V. C. CORR. PROV. SICIL.<br>
DEVOTVS NVMINI MAIES<br>
TATIQVE EIVS<br>
SEMPER DICATVS

4.

FORTISS. ET. INDVLGENTISS<br>
PRINCIPI. DOMINO. NOSTRO<br>
CONSTANTINO. VICTORI<br>
PERPETVO. SEMPER. AVGVSTO<br>
DECIMIVS. GERMINIANVS<br>
VIR. CLARISS. CONSVLARIS<br>
PROVINCIAE. BAETICAE<br>
N. M. Q. E.<br>
DICATISSIMVS

5.

VIRTVTE. FORTISSIMO. ET<br>
PIETATE. CLEMENTISSIMO<br>
D. N. FLAVIO. CONSTANTINO<br>
INVICTISSIMO. MAXIMO. P. P<br>
INVICTO. AVG<br>
MALFIVS. APRONIANVS. V. C<br>
P. P. FLAM. VIENNAE<br>
D. N. M. Q. EIVS

6.

D. N. FL. CONSTANTINO<br>
CLEMENTISSIMO. ATQ. VICT. AVG<br>
MARTINIANVS. V. P. PRAESES<br>
PROVINC. NORICI. MEDITERR<br>
D. N. M. EIVS

(4) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt. Vide quæ paulo ſuperius adnotavimus ad nummum inſcriptum GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESS. eodem typo.

raci, haſtæ adnixus ſiniſtrâ, dextram protendit ad figuram militarem, quæ phœnicem globo inſiſtentem illi offert dextrâ, trophæum verò geſtat ſiniſtrâ: juxtà figuram militarem panthera, ut videtur: in imâ parte PR. *De C.*

## *NUMISMATA Æ. II.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

ADVENTVS AVG N. (1) Conſtantinus laureatus & paludatus eques à ſiniſtris dextrorſum, ſiniſtrâ elatâ & expansâ, dextrâ geſtat ſpiculum: ante equum captivus manibus poſt tergum revinctis: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

CONSTANTINVS P AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

ADVENTVS AVG N. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & PLN. in imâ parte. *Bau.*

CONSTANTINVS AVG. Conſtantinus capite galeato, laureato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum inverſum geſtat dextrâ, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

COMITI AVGG NN. (2) Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, flagrum verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

CONSTANTINVS P AVG. Caput Conſtantini galeatum tantùm, cætera ut ſuprà.

COMITI AVGG NN. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ: in imâ parte PLN. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

COMITI AVGG NN. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ in areâ: in imâ parte PLN. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

COMITI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COMITI AVGG NN. Sol capite radiato nudus cum pallio in utrumque brachium trajecto, cætera ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *RE.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

CONCORDIA FELIX DD NN. (3) Duo Imperatores paludati & laureati ſtantes dextras jungunt: in imâ parte PLC. *Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

CONCORD MILIT. Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare ſingulis manibus tenet: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

CONSTANTINVS AG. (ſic) Conſtantinus capite galeato & laureato, ad medium ferè dorſum cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum punctatum & umbilicatum ſiniſtrâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & PLN. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus typo quo ſuprà ad pectus, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ & PLN. in imâ parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS P AVG. Conſtantinus capite galeato tantum, ad pectus cum loricâ, ſpiculum inverſum geſtat dextrâ, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum.

(1) Epigraphe nova; nummus rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Hæc epigraphe in hoc Auguſto tantum occurrit. Vide nummos Tetrici Sen. inſcriptos COMES AVG N. & COMITI AVG. necnon illos Tetrici Jun. COM IMP AVG. & Probi cum epigraphe, COMITI PROBI AVG. Nummi hi Conſtantini haud obvii.

(3) Nummum eadem epigraphe inſignem in Val. Maximiano è Schedis RDR. alterum ex Harduino in Gal. Maximiano exhibuimus: ſed ejuſdem nummi diverſas capitis inſcriptiones à viris eruditis propoſitas fuiſſe pœnè conſtat, cum uterque nummum à ſe deſcriptum è cimeliô P. Albaret teſtetur. Quod ſi nummum illum ad Herculium cum amico noſtro referas, probabile erit hac epigraphe prædicari concordiam Herculii ſoceri cum Conſtantino genero, in quam adhuc extat Panegyricus Incerti Auctoris; ſi verò Maximiano Jun. nummum cuſum fuiſſe mavis, dicendum erit, ſic quoque ad annum 307. pertinere, quòd illo potiſſimum anno Maximianos duos diſtingui oportuit, cum Senior purpuram reſumpſiſſet. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt; ſequentes vero nummi haud obvii.

CONCORDIA PERPET DD NN. (1) Imperatores duo dextras jungunt, finiſtrâ haſtam tenent. *Hard.*

CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

CONSERVATORES KART SVAE. (2) Templum ſex columnis ſuffultum, ad cujus veſtibulum figura muliebris ſtans, manibus expanſis papavera & ſpicas tenet: in imâ parte A K Δ. *Regius.*

Alius cum K Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput non Conſtantini ſed Maxentii laureatum, ad humeros.

CONSERVATORES KART SVAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte P K Δ. *Fouc. Frad.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

CONSERVATORES KART SVAE. Typus ut ſuprà abſque literis in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

CONSERV VRB SVAE. Templum ut ſuprà, in quo figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à fronte, vultu dextrorſum converſo, dextrâ tenet globum, finiſtrâ haſtam. *Regius.*

Alius cum AQT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà: ad aquilam ſtella: in imâ parte AQT. *Hen.*

Alius cum AQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum AQT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte PT. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ ad aquilam: in imâ parte ST. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERV VRB SVAE. Typus ut ſuprà abſque aquilâ & ſtellâ: in imâ parte TT. *Ducang.*

CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Conſtantini barbatum & laureatum, ad humeros.

CONSERVATORES VRB SVAE. Typus ut ſuprà cum aquilâ: in imâ parte R Q. ſtellâ intermediâ. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONSTANTINO P AVG BAP NAT. Imperator paludatus ſtans dextrâ geſtat globum terreſtrem, finiſtrâ haſtæ adnititur: in imâ parte PLC. *Ducang.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

CONSTANTINO P AVG BAP NAT. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte PLC. *Brandenburg.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

CONSTANTINO P AVG B R P NAT. Typus ut ſuprà cum PLC. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSTANTINO P AVG B R P NAT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ CI. à finiſtris $\frac{M}{S}$. in imâ parte PLC. *Fouc.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONSTANTINO P AVG B R P NAT. (4) Typus ut ſuprà abſque literis in areâ:

(1) Hæc epigraphe in hoc Auguſto tantum occurrit. Nummus rariſſimus, imò ſingularis pertinet ad annum 307. quo Principi noſtro antehac Cæſari additum Imperii nomen, & Maximiani Herculii filia nuptum collocata eſt: epigraphe verò nova, & *huic voto propria quod ſemel factum, futurum* erat *ſempiternum*, ut ſcribit auctor incertus Panegyrici Maximiano & Conſtantino dicti, ſi ille ambitioni modum ponere potuiſſet: *nihil* enim, ut ille addit, *rebus humanis contingere poſſe videbatur aut nobilius ad gloriam, aut certius ad ſalutem, quàm quod priſtinæ* Principum duorum *concordiæ, perpetuæque pietati hoc quoque pignus acceſſerat, ſummorum nominum conjunctione venerabile, ut Imperatori filiam collocaret Imperator:* ſed dum ille bis depoſitum Imperium ut tertio uſurpet, inſidiis in generum graſſatur, Imperatoris & Soceri honorem brevi amiſit, oſtenditque concordiam inter Principes fluxam eſſe plerumque & caducam.

(2) Nummi hi in Conſtantino Magno rari.

(3) Hujus & ſuperioris nummi epigraphe legenda, ut ſequentes.

(4) Hæc epigraphe in hoc Auguſto tantùm occurrit; nummi ipſi inter rariores recenſendi: ſed mirum has literas B R P. ad noſtram ætatem non intellectas, imò ne rectè lectas quidem; nam harum loco B A P. cernere ſibi videbantur antiquarii, quos inconſulto ſecuti Ducangius, Mediobarbus, Laur. Begerus, Baptiſmi Conſtantini monumentum his in nummis expreſſum exiſtimavere. Primus errorem detexit Harduinus, & ita legit ut nos legimus, ac Bono Reipublicæ natum dici Conſtantinum verè aſſeruit, ipſe Bono Rei Nummariæ natus, ſi conjecturis minùs indulſiſſet; ut ut enim illæ interdum felices ac veræ ſint, his tamen alias adjungit quas eruditis non probabit: ut quod ab hæc ipſa numiſmata ſcribit, caput hîc ex-

in imâ parte P L C. *Regius. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSTANTINO P AVG B MVN R P. (1) Typus ut suprà : à dextris in area C I. à sinistris $^{M}_{S}$. in imâ parte P L C. *Hard.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Constantini ut suprà.

CONSTANTIVS NOBIL C. Caput Constantii Chlori laureatum, ad pectus cum loricâ. *Cham.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini diademate cinctum, ad humeros.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. (2) Crispi & Constantini Jun. capita laureata adversa, ad humeros : in imâ parte SIRM. *E schedis Hen.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

FELICITAS AVGG NN. (3) Figura muliebris galeata & stolata sedens à sinistris dextrorsum, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, globum verò sustinet sinistrâ : à dextris in areâ stella : in imâ parte P L N. *Fouc.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

GENIO AVGVSTI. Genius cum modio suprà caput & pallio in brachium sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò gestat sinistrâ : à sinistris in areâ luna bicornis : in imâ parte SIS. *Regius.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

GENIO AVGVSTI. Typus ut suprà : à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris A. in imâ parte SIS. *Fouc.*

Alius cum Δ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum $^{C}_{Γ}$. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

CONSTANTINVS FIL AVGG. Caput Constantini ut suprà.

GENIO AVGVSTI. Typus ut suprà : à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris B. in imâ parte SIS. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Constantini ut suprà.

GENIO AVGG ET CAESARVM NN. (4) Typus ut suprà : à sinistris in areâ stella : in imâ parte K T. *Frad.*

IMP C FL VAL CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

GENIO IMPERATORIS. Genius ut suprà, cum arâ ignitâ à dextris juxtà pedes: à dextris in areâ stella, à sinistris I. in imâ parte ANT. *Fouc.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

hibitum Constantini esse è familia Claudia, cujus patris memoria in aversâ commendetur ; atque ita P AVG. non *Pio*, aut *Perpetuo Augusto*, sed *patri Augusti* significare ; cui Augusti patri *Primæ Lugdunensis Civitatis*, hoc est *Cives Municipi suo*, statuam erexere ; ita enim literas P L C. in imâ parte, & CI MS. in areâ interpretatur ; item quod addit Claudii Constantini patrem municipem Lugduni fuisse, quia Lugdunum Colonia à gentili ejus Claudio Cæsare deducta est ? quod denique opinioni tuendæ fingit, figuram paludatam dextrâ non orbem, sed viri caput pileatum sustinere, symbolum civium liberorum, seu liberæ civitatis. Inscriptiones duas suprà exhibuimus ad nummum aureum inscriptum P M T R P. &c. in quibus Constantinus Bono Reipublicæ natus dicitur : his alias duas è Grutero pagg. 283. & 284. adjungimus ; nam in harum altera NATO. deesse videtur, nisi quis malit Constantinum in ea non bono Reipublicæ natum, sed ipsum Reipublicæ bonum dici.

1.

IMP. CAESARI VAL
CONSTANTIO PIO
FEL. INVICTO AVG
DIVI CONSTANTII. PII AVG
FILIO FOR. CL. VAL. BONO
REIPVBLICE NATO

2.

DN. FL. CONSTANTINO
MAXIMO. BEATISSIMO. AC
SVPRA. OMNES. RETRO. PRI
NCIPES. PIISSIMO. SEMPER
AVGVSTO. B. R. P.

(1) Nummum hunc eximium & singularem, Mediobarboque ignotum exhibuit Harduinus è Fucaltiano cimelio, in quo illum non reperi ; idemque de Constantino aversæ partis sentit, quod in superiore nummo ; quapropter literas singulares ita explicat, *Constantio Patri Augusti, Bonæ Memoriæ, Urbis nostræ* [Lugduni] *Rectori Perpetuo, Cives Municipi suo*, &c. additque *Bonæ Memoriæ*, quia jam è vivis exemptus erat ; *Rectori Perpetuo*, ut Vabalathus V C R I M P R. *Vice Cæsaris Rector Imperii Romani*, in nummis, ubi tamen V C R I M D R. perspicuè legimus ; sed hæ argutiolæ sunt, quas num refellere necesse sit nescio. Quod si alteram interpretationem Harduinus à nobis efflagitet, tametsi divinandi artem, qua ille pollet, non profiteamur, dicemus tamen nobis ita legendum videri, *Constantino Pio*, vel *Perpetuo Augusto*, *Beatissimo* vel *Benignissimo*, *Munificentissimo Respublica* : aut si mavis, *Beanti Muneribus Rempublicam*, quod beneficia quædam Lugduno concesserat Constantinus noster. Literas verò quæ in areâ & in imâ parte sparsæ sunt, ab epigraphe sejungi oportere contendimus, ut eas in nummis aliis Harduinus ipse sejungit.

(2) Nummus hic rarissimus est ex ære, nec apud Mediobarbum extat, sicut & superior, qui singularis est, nisi fortè confectus sit è capitibus duorum veterum nummorum simul conglutinatis & compactis : haud dubium enim, quin utraque nummi pars antiqua sit ; satis tamen constat Constantinum mortuo demum patre, & quidem Augusto, Cæsaris dignitate auctum fuisse.

(3) Nummus hic rarissimus est ; sequentes vero rari.

(4) Nummus hic & sequens in Constantino rarissimi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

GENIO POP ROM. (1) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte ALE. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ : in imâ parte PLC. *RE. Hen. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ CI. à ſiniſtris H/S. in imâ parte PLC. *RE. Cham.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ : in imâ parte PLC. *Fouc. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ CI. à ſiniſtris H/S. in imâ parte PLC. *RE.*

FL VAL CONSTANTINVS N C. Caput Conſtantini ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte PLC. *Fouc. RE. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte PLC. *Fouc. RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà cum N. à ſiniſtris in areâ : in imâ parte PLC. *RE.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Conſtantini ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà abſque arâ : à dextris in areâ S. à ſiniſtris C. in imâ parte PLC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Genius capite turrito, cætera ut ſuprà : à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Alius cum PLN. in imâ parte abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Genius cum modio ſuprà caput, cætera ut ſuprà : in imâ parte PLN. *RE.*

IMP CONSTANTINVS P AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Genius capite turrito, cætera ut ſuprà, cum PLN. in imâ parte. *RE.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Conſtantini ut ſuprà.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte PTR. *Fouc. RE. Cham. Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris C. in imâ parte PTR. *MDM.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB CAES. Caput non Conſtantini, ſed Gal. Maximini laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ I. in imâ parte ANT. *Fouc.*

CONSTANTINVS NOB C. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius cum modio & arâ, cætera ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte PLC. *Fouc. RE.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Conſtantini ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ N. in imâ parte PLC. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. (2) Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte PLC. *Hen.*

FL VAL CONSTANTINVS N C. Caput Conſtantini ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte PLC. *Fouc. RE. Cham. Fauvel. Ducang.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut

(1) Conſtantinum noſtrum caput perpetuò diademate exornaſſe ſcribit Aur. Victor : *Habitum*, inquit, *regium gemmis, & caput exornans perpetuò diademate.* Quæ quam falſa ſint, innumerabiles ejus nummi hîc à nobis exhibiti declarant ; in aliis enim caput ejus corona laurea ornatum cernitur ; in aliis galea tegitur ; in nonnullis denique corona radiata ornatur.

(2) Inſcriptiones in honorem Conſtantini propoſitas aliquot ſuprà exhibuimus, & nonnullas ſuis locis

fuprà abfque literis in areâ : in imâ parte PS. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Conftantini ut fuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Genius capite turrito abfque arâ : à dextris in areâ S. à finiftris A. in imâ parte PTR. *Fouc. RE. Fauvel.*

FL VAL CONSTANTINVS N C. Caput Conftantini ut fuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut fuprà : à dextris in areâ S. à finiftris F. in imâ parte PTR. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Conftantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut fuprà, cum iifdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Conftantini laureatum, ad humeros.

HERCVLI CONSERVAT CAES. (1) Hercules à finiftris dextrorfum cum leone colluctatur ; juxtà eum clava : in imâ parte TT. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI CONSERVATORI CAES. Hercules ut fuprà à dextris finiftrorfum abfque clavâ : in imâ parte STR. *Ducang.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conftantini ut fuprà.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio vultu dextrorfum converfo ftans, globum cum Victoriolâ fuftinet dextrâ, haftæ verò adnititur finiftrâ ; pro pedibus aquila coronam tenens roftro : à dextris in areâ Γ. in imâ parte SIS. *Fouc.*

IMP C FL VAL CONSTANTINVS P F AVG. Caput non Conftantini, fed Gal. Maximini laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut fuprà : à finiftris in areâ S. in imâ parte SMN. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput non Conftantini, fed Licinii, ad medium pectus cum trabeâ, dextrorfum, quiddam tenentis dextrâ.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut fuprà abfque literis in areâ : in imâ parte SMANT. *Fouc.*

IMP C FL VAL CONSTANTINVS P F AVG. Caput non Conftantini, fed Gal. Maximini laureatum, ad humeros, finiftrorfum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut fuprà : à finiftris in areâ B. in imâ parte SM..... *Fouc.*

Alius cum TSTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Conftantini laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut fuprà : à finiftris in areâ ϵ. in imâ parte SMAT. *Ducang.*

FL VAL CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conftantini ut fuprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter typo quo fuprà, globum fuftinet dextrâ, haftæ adnixus finiftrâ : pro pedibus aquila coronam tenens roftro : in imâ parte MKTT. *Fouc. Ducang.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Ca-

infrà defcribemus. Quæ fuperfunt hîc exfcribere juvat. Prima apud Fabrettum extat pag. 413. Cæteræ apud Gruterum pagg. 1086. 284. 1078. 159.

1.

IMP. CAES
FL. VAL
CONSTANTINO
P. F. A
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . .
NEPOTI
DIVI. CONSTANTI
AVG. PII
FILIO
XXXIII

2.

D. N. FL. VALERIO
CONSTANTINO
PIO. FELICI. IMP
SEMPER. AVG
ORDO. POPVLVSQVE
NOLANVS
D. N. M. Q. EIVS

3.

IMP. CAES. VAL
CONSTANTINO. AVG

4.

VII
D. N
FL. VAL
CONSTANTINO
PIO. FEL
INVICTO. AVG
DIVI. CONSTANTI
PII. FILIO

5.

D. N. CONSTANTINVS
MAXIMVS
VIII
P
XXXX

(1) Nummi hi Conftantini cum rarioribus adnumerandi funt. Vide nummum Conftantii Chlori infcriptum, HERCVLI CONS CAES. fed typo diverfo.

put Constantini laureatum ac barbatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. (1) Jupiter typo quo suprà, globum cum Victoriâ sustinet dextrâ, hastæ adnixus sinistrâ, cum aquilâ ad pedes: in imâ parte TS. A. *SG.*

Alius cum TS. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut suprà absque aquilâ: in imâ parte TSBI. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

MARTI CONSERVATORI. (2) Caput galeatum, ad pectus cum loricâ. *Cham.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà. *Fouc. RE. MB.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà. *RE.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà. *RE. Cham. Palatinus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI CONSERVATORI. (3) Mars sub Constantini similitudine capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum gestat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum sinistrâ. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F IN AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Figura militaris galeata & paludata vultu sinistrorsum converso stans, hastæ ferratæ inversæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: à dextris in areâ stella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Fouc. RE. Cham.*

Alius cum ST. absque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Mars nudus capite galeato, vultu dextrorsum converso stans, hastæ ferratæ inversæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: à dextris in areâ CI. à sinistris $\frac{A}{S}$. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI PATRI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ CI. à sinistris $\frac{H}{S}$. in imâ parte PLC. *RE. Cham.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI PATRI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PLC. *Regius.*

Alius cum M. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PATRI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. *Fouc. RE. Cham. Fontaine.*

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Licinio primùm occurrunt. Nummi hi Constantini rari.

(2) *Conservatoris* cognomen Marti quoque tribuitur in veteri Inscriptione, quæ extat apud Gruterum pag. LVII.

MARTI AVG
CONSERVATORI
CORPORIS SVI
MERCVRIALIS AVG
N. V. EX. IVSSV
NVMINIS IPSIVS
SIGILLVM MARMOREVM
POSVIT.

Constantinum MARTIS CONSERVATORIS elogio decoratum in hisce nummis putat Begerus, non obscuris, inquit, in effigie Martis, Constantini lineamentis. Imo & galea iisdem ornamentis insignitur, quibus & Galea Constantini: adeo ut & hinc intelligas, sub Marte hoc non tam Gentile Numen, quam ipsum Imperatorem adumbrari. Mars vocatur, proculdubio ob devictos Galliarum Regulos, debellatosque Alemannorum populos, de quibus Eutropius: *Constantinus*, inquit, *in Galliis & militum & Provincialium ingenti jam favore regnabat cæsis Francis atque Alemannis, captisque eorum Regibus.* Vocatur Mars Conservator, procul dubio, quòd Gallias, alieno Imperio pressas, conservasset. Hæc laudatus Begerus.

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est.

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PATRI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.* RE. *Cham. Fauvel. Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PATRI CONSERVATORI. (1) Typus ut suprà : à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. RE.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PATRI PROPVG. Mars nudus capite galeato cum pallio volitante, gradiens à dextris sinistrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum verò sinistrâ : in imâ parte PLN. *Fouc. Cham.*

IMP CONSTANTINVS P AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PATRI PROPVG. Typus ut suprà : in imâ parte PLN. RE.

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Typus ut suprà : in imâ parte PLC. *Val.*

Alius cum II. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Typus ut suprà : à dextris in areâ CI. à sinistris S. in imâ parte PLC. *Fouc.* RE.

FL VAL CONSTANTINVS NOBIL C. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. MDM.

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Alius cum S. à dextris in areâ, & M. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. RE.

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. Cham. Le Roy. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Typus ut suprà : à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PATRI PROPVGNATORI. Mars nudus capite galeato gradiens à dextris sinistrorsum, dextrâ inversâ, sinistrâ tenet clypeum : à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. *Cham. Fauvel.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PATR SEMP VICTORI. (2) Mars gradiens, dextrâ hastam, trophæum lævo humero gestat. *Hard.*

FL VAL CONSTANTINVS N C. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PROPVGNATORI. Mars gradiens dextrâ tenet hastam, sinistrâ clypeum : à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. *Ducang.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

MARTI PROPVGNATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PROPVGNATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ, & in imâ parte. MDM.

CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Constantini ut suprà.

PERPETVA VIRTVS. (3) Figura militaris galeata gradiens à dextris sinistrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum verò sinistrâ : in imâ parte PT. *Frad.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem ty-

(1) Hæc epigraphe, & sequens tum primum occurrunt ; nummi superiores haud obvii : Mars Pater dicitur, ut Liber Pater, Janus Pater, quia *omnem Deum inter solennes ritus & precationes patrem nuncupari* mos erat, ut scribit Lactantius lib. IV. cap. 3. præterea Martem Romanorum parentem vulgo creditum quis nescit? Hac ergo de causa pater appellari potuit; sed cur hunc tantopere coluerit Constantinus initio Imperii sui, difficile est statuere, nisi fortè quia ipsi bella assidua cum Germanis erant, quorum Mars erat præcipuus Deus : unde Tencterorum legatus ad Agrippinenses, apud Tacit. lib. IV. Histor. *Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus Deis, sed præcipuo Deorum Marti grates agimus.* Quanquam idem Scriptor in libro de moribus Germanorum, non Martem, sed Mercurium ab illis maximè cultum memoriæ prodiderit. Cæterum uti Constantinus M. hîc Marti Patri Propug. ita in Fragmento Inscriptionum Fratrum Arvalium apud Gruterum pag CXXI. MARTI PATRI VLT. AR. N. II.

(2) Hæc epigraphe in hoc Augusto tantùm occurrit : nummus hic rarissimus imo singularis est ; sequens vero rarus.

(3) Hæc epigraphe in hoc Augusto tantùm occurrit. Nummi hi inter rariores recensendi sunt.

po utrâque ex parte. *Regius. Hen. Ducang.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Imperator laureatus ac paludatus vultu sinistrorsum converso stans, signum militare erectum tenet dextrâ, alterum sinistrâ: in imâ parte PLC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à sinistris in areâ N. in imâ parte PLC. *Frad.*

Alius cum ΠLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ CI. à sinistris H/S. in imâ parte PLC. *Cham.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ C. à sinistris H. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à sinistris in areâ N. in imâ parte PLC. *Fouc. Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à sinistris in areâ stella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P AVG. Caput Constantini ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator vultu dextrorsum converso stans, cætera ut suprà, absque stellâ: in imâ parte PLN. *Hen. Fontaine.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Constantini ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *MDM.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris H. in imâ parte PTH. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorsum.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator vultu sinistrorsum converso stans, cætera ut suprà: à sinistris in areâ A. in imâ parte PTR. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, sinistrorsum.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. *RE.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Constantini ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator vultu dextrorsum converso stans, cætera ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. Regius. RE. Cham.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Le Roy.*

Alius cum S. à dextris & F. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Fouc.*

FL VAL CONSTANTINVS N C. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris H. in imâ parte PTR. *Ducang.*

CONSTANTINVS P AVG. Constantinus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (2) Imperator paludatus stans, dextrâ tenet spiculum transversum, sinistrâ globum: in imâ parte PLN. *MDM.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: à dextris in areâ..... à sinistris T. in imâ parte PLC. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

(1) Licet hæc epigraphe passim in Cæsarum nummis occurrat, nonnunquam etiam in Augustorum nummis reperitur, ut primo tomo monuimus.

(2) Nummi cum hoc typo rari sunt.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte PTR. *Regius. Cham. Ducang.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS BRP NAT. (1) à dextris in areâ CI. à sinistris H/S. in imâ parte PLC. *Hard.*

CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Constantini ut suprà.

SAC MON VRB AVGG ET CAESS NN. (2) Figura muliebris stans dextrâ tenet bilancem, sinistrâ cornucopiæ : in imâ parte R T. coronâ intermediâ. *Frad.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

SECVRIT PERPET DD NN. Figura muliebris stans, lævo brachio columnæ innixa, dextram capiti admovet. *Regius. Hard.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT PERPET DD NN. (3) Figura muliebris typo quo suprà, hastile tenet sinistrâ : in imâ parte PLC. *Ducang.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI INVICTO COMITI. (4) Caput Solis radiatum, ad humeros cum paludamento. *RE. Cham.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

SOLI INVICTO COMITI. Sol nudus capite radiato, cum pallio in brachium sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ tantisper elatâ & expansâ, globum sustinet sinistrâ : à dextris in areâ F. à sinistris T. in imâ parte PLC. *Fouc. Le Roy.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

TEMPORVM FELICITAS. (5) Figura muliebris stans dextrorsum spectans, dextrâ caduceo oblongo innixa, sinistrâ cornucopiæ tenet : in imâ parte ALE. *Fontaine.*

CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

VIRTVS AVGG ET CAESS NN. Mars capite galeato nudus, cum pallio utrinque volitante, gradiens à dextris sinistrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, trophæum verò humero sinistro : in imâ parte AQT. *Regius. RE. Fontaine.*

Alius cum AQT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T T. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG ET CAESS NN. Constantinus laureatus ac paludatus eques à dextris sinistrorsum, equi currentis pedibus anterioribus sublimibus, figuram hostilem genuflexam impetit hastâ ferratâ quam tenet dextrâ, clypeum verò gestat sinistrâ : sub equo jacet alia figura supina cum armis variis abjectis : in imâ parte PT. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG ET CAESS NN. Typus ut suprà : à dextris in areâ H. in imâ parte PT. *Ducang.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS CONSTANTINI CAES. (6) Constantinus typo quo suprà, sed sub ejus equo hostis prostratus absque armis : in imâ parte AQT. *RE. Frad.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

VIRTVS PERPETVA AVG. (7) Hercules nudus dextrorsum conversus, luctatur cum leone ; retrò juxtà eundem clava : in imâ parte PT. *Frad.*

Alius cum ST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Fontaine.*

(1) Nummus rarissimus, imò singularis in Mediobarbo deest ; vide quæ suprà adnotavimus ad nummum inscriptum CONSTANTINO P AVG BRP NAT.

(2) Nummi Constantini cum hac epigraphe & hoc typo rarissimi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(3) Nummi hujusmodi inter rariores recensendi, cusi in Galliis videntur ante annum 311. nam his similis nummus occurrit in Galerio Maximiano, nisi quod PEPRET. in illo scriptum est, quas literas cum Harduinus ita interpretatus fuisset, *Securitas Perpetua Populi Romani & Dominorum Nostrorum*, virum acutissimum falli horum Constantini nummorum ope demonstravimus.

(4) Nummi Constantini Magni cum hoc typo inter rariores recensendi sunt.

(5) Nummus hic Constantini rarissimus, imo singularis est, & desideratur in Collectione Mediobarbi.

(6) Nummus hic Constantini rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum.

(7) Epigraphe nova, nummi ipsi rari. Sunt qui velint renovari hîc memoriam pugnæ illius cum leone

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS PERPETVA AVG. Typus ut suprà : in imâ parte TT. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRT PERP CONSTANTINI AVG. (1) Stans Imperator dextrâ tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Imperatori porrigit : à dextris in areâ CI. à sinistris H/S. *Hard.*

in Sarmatiâ editæ, quæ Constantino adhuc privato ingentem gloriam peperit, cum Gal. Maximianus adolescentis virtutem variis in periculis spectatam reformidans, immani belluæ hunc opposuisset : eamque sententiam Tristanus acutior quàm verior nummorum interpres prompsit : sed nec novum Imperatorum virtutem per Herculem cum leone luctantem adumbrari ; & insulsum fuisset ac ineptum, ejus Principis qui tot adversus barbaros fortibus factis inclaruisset, laudem à devicto leone petere.

(1) Epigraphe etiam nova, & desideratur in Collectione Mediobarbi. Nummus hic rarissimus, imo singularis est.

## *NUMISMATA Æ. III.*

CONSTANTINVS P AVG. Constantinus capite galeato & laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum.

ADVENTVS AVG. (1) Constantinus eques à sinistris dextrorsum, dextrâ elatâ & expansâ, spiculum gestat sinistrâ ; ante equum captivus nudus aversus manibus post tergum revinctis, humi sedet retrospiciens : à sinistris in areâ stella : in imâ parte PLN. *Ducang. Fon.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

ADVENTVS AVG. Typus ut suprà, cum stellâ à sinistris in areâ, & PLN. in imâ parte. *Fouc. Regius. Fauvel.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini ut suprà.

ADVENTVS AVG N. (2) Imperator eques à sinistris dextrorsum, pacificatoris habitu, dextrâ elatâ & expansâ, equum regit sinistrâ : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte MLI. *Fauvel.*

Alius cum PLN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

DIVO CONSTANTINO .... Caput Constantini velatum, ad humeros.

AETERNA PIETAS. Figura militaris paludata stans, dextrâ gestat hastam, sinistrâ globum : à sinistris in areâ N. in imâ parte CON. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini velatum ac laureatum, ad humeros.

AETERNA PIETAS. Typus ut suprà absque literis in areâ : in imâ parte PLC. *Hen.*

DIVO CONST.... Caput Constantini velatum, ad humeros.

AETERNA PIETAS. (3) Figura militaris galeata & paludata stans, dextrâ hastæ innixa, sinistrâ tenet globum, cui infixum nominis Christi monogramma. *Brandenburg.*

DIVO CONSTANTINO P. Caput Con-

(1) Vide Kalendarium Bucherianum 15. 12 Kal. Aug. & 4. Kal. Novemb.

(2) Nummi Constantini M. cum hac epigraphe & hoc typo rarissimi sunt, nec extant apud Mediobarbum ; superiores vero rari.

(3) Epigraphe nova, nummi ipsi inter rariores recensendi, in Mediobarbo desunt. Constantinum inter Divos relatum & Eutropius auctor est, & nummi fidem faciunt ; consecratum à filiis eo more, quo cæteros Imperatores, hoc est Divum à Senatu renuntiatum cum veteribus cæremoniis, vix adducor ut credam de Principe nostris sacris initiato, cujus filii ipsi inter Catechumenos nomen suum dederant. Et sanè vel Divi appellatio aliter hîc intelligenda est, quàm ante illam ætatem sumebatur, vel gentilium superstitionis, & Christianæ religionis portentosam confusionem in nummo expressam dicas necesse est, in quo Constantini effigies cum spiculo & globo cui infixum Christi monogramma, statuta est, ut intelligeretur Christi beneficio fortissimum Principem vicisse & imperasse ; ejusque pietatem hac potissimum ratione commendari debere, quòd vero numini honores, quos Deorum ludibria interceperant, asseruisset. Igitur constet Principem nostrum inter Divos publico decreto relatum, sed eo modo qui à Christianorum ratione minimè abhorreret, ut intelligeretur animam sanctam pro mortali conditione vitæ immortalitatem consecutam esse ; nisi fortè malis æternæ memoriæ consecratum, hoc est inter bonos Principes relatum, quorum laudes nunquam intermorituræ erant. Cæterum Harduini inconstantiam lectoribus nostris indicare operæpretium videtur ; cum enim hosce nummos attribuere vellet Constantino cuidam, quem è gente Julia ortum, Principem Senatûs, patrem Augustorum duorum Constantii & Constantis fuisse finxerat, eumque Constantinum Christianis sacris imbutum fateretur, monogramma Christi hîc agnovit, quale ab Eusebio descriptum est, in quo tamen alias nihil viderat præter literas P. & T. nexas, ut suo loco monuimus. Scilicet qui in Historiâ à veteribus Scriptoribus semper dissentit, hunc à seipso interdum dissentire necesse est ; idque Harduino sæpiusculè contigisse & superiùs demonstravimus, & infrà etiam ostendemus.

ſtantini velatum & laureatum, ad humeros.

AETRNA (ſic) PIETAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ crux: in imâ parte PLC. *Bau.*

DIVO CONSTANTINO. Caput Conſtantini velatum.

AETERNITAS AVG. (1) Conſtantinus ſtans. *Hard.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini galeatum, ad humeros.

BEATA TRANQVILLITAS. Cippo cum globo ſuperpoſito & tribus ſtellis ſuperiùs: in imâ parte ZTR. & ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum VOTIS XX. in cippo: in imâ parte PTR. *Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

BEATA TRANQVILLITAS. (2) Ara quadrata in cujus parte anteriore VOTIS XX. ſuprà eandem globus terreſtris cum Zodiaco & ſuis zonis, & ſuperiùs tres ſtellæ: in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris R. in imâ parte PLC. *RE. Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini galeatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *RE.*

CONSTANTINVS AG. (ſic) Caput Conſtantini ut ſuprà.

BEATA TRANQLITAS. (ſic) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PLON. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

BEATV RANQLITAS. (ſic) Typus ut ſuprà cum PLON. in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATV RANQLITAS. (ſic) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. à ſiniſtris F. in imâ parte PLON. *Frad.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

BEAT TRANQLITAS. (ſic) Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte PLON. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Fouc. MB.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Fouc. RE.*

Alius cum PTR. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini galeatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà. *Fouc. RE. Fauvel. MB.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte STR. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Fontaine.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, cætera ut ſuprà.

BEATA TRANQVILLITAS. Ara quadrata in quâ ſcriptum VOTIS XX. & ſuprà eam globus: à dextris in areâ P. à ſiniſtris A. in imâ parte PLON. *SG.*

CONSTANTINVS P AVG. Caput Con-

(1) Nummus hic rariſſimus, imo ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo; & hujus quidem epigraphe in nummis aliorum Imperatorum obvia, ſed cum ipſius Principis typo conjuncta tunc primum apparet, & conſecrationem, qualis à nobis in ſuperiori nota deſcripta eſt, hoc eſt nominis immortalitatem indicare videtur.

(2) Nummi cum hac epigraphe in Conſtantino, Criſpo, Conſtantino Jun. & Licinio Jun. occurrunt: typus etiam his Principibus proprius, longâ explicatione non eget: cum enim ara quadrata perpetuitatem, globus orbem deſignent, apparet perpetuam orbis tranquillitatem his in nummis commendari. Mirum hîc eſt Harduini acumen, qui per tres ſtellas totidem Imperatores intelligi vult. Quo tempore nummi hujuſcemodi cuſi fuerint, aperiemus in Criſpo Cæſare.

ſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CLARITAS REIPVBLICAE. (1) Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram attollit, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ : à dextris in areâ S. & ſtella : à ſiniſtris P. in imâ parte PLN. *Fouc. Hard.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COMITI AVGG NN. (2) Sol ſtans dextrâ globum, ſiniſtrâ flagellum tenet : in imâ parte PLN. *Frad. Collegii.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet haſtam.

COMITI AVGG NN. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte PLN. *Regius.*

CONSTANTINVS AVG. Conſtantinus galeâ criſtatâ & affabrè elaboratâ armatus, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

COMITI AVGG NN. Typus ut ſuprà : in imâ parte PLN. *Fouc.*

CONSTANTINVS P AVG. Caput Conſtantini galeatum & laureatum, cætera ut ſuprà.

COMITI AVGG NN. Sol haſtam tenens ſiniſtrâ, cætera ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & PLN. in imâ parte. *Ducang.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

COMITI AVGG NN. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ : in imâ parte PLN. *Frad.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA FELIX DD NN. (3) Duæ figuræ militares paludatæ & haſtatæ junctis dextris ſtant : in imâ parte PLC. *Ducang.*

CONSTANTINVS P AVG. Conſtantinus capite galeato & laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

CONCORD MILIT. Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte PLN. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ : in imâ parte PLN. *Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini galeatum ac laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte PLN. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ : in imâ parte PLN. *Ducang.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Conſtantini radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. (4) Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, globum cum Victoriolâ tenet dextrâ, haſtæ puræ adnititur ſiniſtrâ : à dextris ex adverſo ſtat Imperator laureatus ac paludatus, dextram protendens Victoriæ ſignum accepturus, lævâ geſtans ſcipionem : inter utramque figuram B. in imâ parte ALE. *Frad.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTINIANA DAFNE. (5) Victoria ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum

(1) Hæc epigraphe in Licinii, & Conſtantini nummis primùm occurrit, deinde in Criſpo, Conſtantino Jun. & Conſtante. Nummus hic rariſſimus eſt ; ſed vide quæ de eodem habet Triſtanus tom. 3. pag. 539. Cæterùm libet hîc exſcribere quæ de columna Porphyretica habet Ducangius C P. Chriſt. lib. 1. pag. 76. πορφυροῦς καὶ περίβλεπτος κίων, ἐφ' ὅνπερ ἱδρῦσθαι Κωνσταντῖνον ὁρῶμεν, δίκην ἡλίου προσλάμποντα πολίταις, *purpurea & inſignis illa columna, in qua collocatum Conſtantinum videmus, Solis inſtar civibus prælucentem,* inquit Heſychius Mileſius, quia Solis inſtar caput radiatum habet. Nec enim poſſum aſſentiri Anonymo Chronographo ſcribenti apud Lambecium pag. 163. columnæ ſubjectam hanc inſcriptionem, Κωνσταντίνῳ λάμποντι ἡλίου δίκην, licet id videatur ſcribere Cedrenus. Zonaras & alii Apollinis ſtatuam fuiſſe ſcribunt, quam Heliopoli urbe Phrygiæ in urbem allatam in ſuum nomen transfudit Conſtantinus, qui Apollinis ipſius habitu radiatus in nummis aliquot viſitur cum hac inſcriptione, CLARITAS REIPVBLICAE. Sic Ducangius, ſed fallitur, quippe hæc epigraphe & hic typus occurrunt etiam in nummis Licinii, Criſpi, Conſtantini Jun. & Conſtantis, uti paulo ſuprà monuimus. Neque audiendi ſunt Græculi, qui paſſim nugas nugantur.

(2) Vide quæ ad ſimillimos huic nummos ex Æ II. ſuprà adnotavimus.

(3) Nummus rariſſimus, ſed ſimilem ex Æ. II vide : ſequentes nummi haud obvii.

(4) Nummi Conſtantini M. cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(5) Hæc epigraphe in Conſtantino tantum occurrit. De Conſtantiniana Dafne variæ fuerunt eruditorum ſententiæ. Ortelius nummos retulit ad Daphnem Antiochiæ ſuburbium celeberrimum, à quo urbs ipſa ἐπιδάφνη dicta, quodque ædificiis ornatum à Conſtantino fuiſſe conjiciebat : ſed hoc valde miror, aut ipſi

ſuprà cippum, vultu ſiniſtrorſum converſo, lauri ramum elatum tenet dextrâ, palmæ verò ſiniſtrâ: ante eam trophæum erectum cum captivo ad pedes proſtrato: in imâ parte CONS. *RE. Collegii.*

Alius cum A. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Val. Ducang.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Є à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSTANTINIANA DAFNE. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte CONS. & ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini coronâ gemmatâ cinctum, ad humeros.

CONSTANTINIANA DAFNE. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte CONP. *SG.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. B.*

Alius cum S. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Sine epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

CONSTANTINVS AVG PTR. in mediâ nummi areâ, cum coronâ laureâ in parte ſuperiore. *Cham.*

Alius cum SMANTA. eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANTS. eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang.*

Alius cum SMKЄ. eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Fouc.*

Alius cum STR. eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTINVS AVG SMRP. in mediâ nummi parte, cum coronâ laureâ in parte ſuperiore. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà incuſum. *Fouc.*

CONMAXANTINVS AVG. (ſic) Caput Conſtantini ut ſuprà.

CONSTANTINVS AVG. (1) Caput Conſtantini ut ſuprà. *Hard.*

Abſque epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros cum paludamento, dextrorſum.

CRISPVS CAESAR SAN. & luna bicornis in medio nummo; ſupernè ſtella. *SG.*

Abſque epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros, dextrorſum.

CRISPVS CAESAR SMKЄ. (2) in coronâ. *Hard.*

Abſque epigraphe. Caput Conſtantini ut ſuprà.

CRISPVS CAESAR...... STANTF. (3) in medio nummo. *Ba.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

DN CONSTANTINI MAX AVG. (4) Caſtrorum porta, ſive Prætorium cum ſtellâ ſuprà: in imâparte P T. palmæ ramo intermedio. *Frad.*

Alius cum S T. lunâ bicorni intermediâ

in mentem veniſſe, aut Pancirolo placuiſſe: num enim veriſimile erat decoratum ab eo Principe locum, in quo oraculum ad Juliani ætatem perduraſſe conſtat. Quod ſi palatium quoddam hîc commendari placeret, mallem ad Daphnen Palatii C P. partem hoſce nummos referre, de qua ſic Anonymus noſter Antiquitatum C P. Scriptor: Δάφνη δὲ ἐκλήθη διὰ τὸ ἵστασθαι ἐκεῖσε στήλην ὄνομα φέρουσαν Δάφνης, ἥτις ἤχθη ἀπὸ Ῥώμης, ὅπου καὶ μαντεῖον ἦν. ἐκεῖσε δὲ καὶ τοὺς στεφάνους τῆς δάφνης οἱ ἄρχοντες ἐλάμβανον κατὰ τὸν Ἰανουάριον μῆνα: *Daphne ita dicta eſt, quod ſtatua ibi collocata eſſet, quæ Daphne appellabatur. Ipſa autem Roma delata fuit, & illic oraculum erat. Cæterum menſe Januario laureas coronas Magiſtratus ibi accipiebant.* Sed hæc ſententia Patino non minus quàm ſuperior diſplicuiſſet: hîc enim Dafnen lauream interpretatur, ejuſque ſententiam ambabus ulnis Erud. Harduinus amplexus eſt, fortè ne quem veterem Scriptorem laudaret: quod ſi facere animum inducere potuiſſet, ingenuè monuiſſet à Gretſero & Henr. Valeſio rectè intellectos fuiſſe hoſce nummos de Dafne caſtro, quod in Danubii ripa conſtructum à Conſtantino fuiſſe Procopius teſtatur lib. IV. de Operibus Juſtiniani: nam & ab eo caſtro Conſtantini Dafnenſes, & Baliſtarii Dafnenſes militares numeri appellati, quos ſub diſpoſitione Magiſtri militum per Thracias fuiſſe docet Notitia Imperii. Cæterum non alienum ab inſtituto noſtro erit monere; Procopio de hujus caſtri ſitu cum Ammiano Marcellino non convenire: ille enim trans Iſtrum, hic cis eundem fluvium collocat; quod ab iis quos laudavimus doctiſſimis viris jam adnotatum fuiſſe deprehendimus. Nummi hi cum rarioribus adnumerandi; ſequentes vero rari.

(1) Nummum hunc Harduinus è Cimelio Fucaltiano exſcripſit, rectèque monuit CON MAXANTIVS. pro CONSTANTINVS MAX. per imperitiam monetarii ſcalptum eſſe; ſed D. Galland in eo nummo legebat DN MAXANTINVS, quæ lectio, tametſi eam ex ipſo nummo confutare non poſſim, quem in ampliſſimo cimelio fruſtrà quæſivi, minùs tamen probabilis duabus de cauſis viſa eſt, primâ, quod ſic MAXANTINVS. hîc pro MAXENTIVS. ſcriptum videatur; at huic epigraphe conjunctam eſſe Conſtantini effigiem veroſimile non ſit: deinde quod nulla unquam ſocietas inter Conſtantinum & Maxentium interceſſerit.

(2) Cur hunc nummum Conſtantini Harduinus inter Criſpi nummos recenſeat, ignoro.

(3) Nummus hic & duo ſuperiores rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Epigraphe & typus inſolens: nummi hujuſcemodi cum rarioribus adnumerandi ſunt, non extant apud Mediobarbum.

in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *B*.

Alius cum T T. palmæ ramo intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *B*.

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVGG NN. (1) Figura muliebris galeata sedens à sinistris dextrorsum, dextrâ elatâ gestat ramusculum, sinistrâ globum: à dextris in areâ stella: in imâ parte PLN. *MDM.*

FL VAL CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

FEL TEMP REPARATIO. (2) Imperator habitu militari navi insistens, dextrâ gestat globum cum phœnice, sinistrâ labarum, in quo Christi monogramma; à tergo Victoria navim regens: in imâ parte P T. *Ducang.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini nudum, ad humeros.

FVNDAT PACIS. (3) Mars nudus cum galeâ ac pallio retrorsum volitante, gradiens à dextris sinistrorsum, vultu dextrorsum converso, figuram militarem capite apprehensam dextrâ trahit post se, trophæum verò gestat sinistrâ humero sinistro: in imâ parte R P. *Regius.*

Alius cum R S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

Alius cum R T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FVNDAT PACIS. Mars galeatus habitu militari, cætera ut suprà: in imâ parte R P. *Frad. Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

GENIO AVGVSTI. Genius stans dextrâ tenet pateram, sinistrâ cornucopiæ: à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris T.

(1) Nummus hic rarissimus est, cui similis habetur in Æ. II. hæc autem epigraphe in Constantio Chloro primum occurrit, sed ibi pro typo sedet mulier capite turrito dextra tenens caduceum, sinistra cornucopiæ. Vide quæ ibi adnotavimus.

(2) Nummus hic, si quidem Constantino Magno cusus est, rarissimus, imò singularis est; sed Constantio ejus filio cusum fuisse, & CONSTANTIVS legendum opinor, nec movet quod VAL. appellatur; primum enim idem gentile nomen huic tribuitur in aliquot nummis; deinde utrum hæc capitis epigraphe cum aversâ parte conjungi debeat, haud satis scio: Ducangius enim nonnumquam sub uno capite plures nummos disponit, qui diversa habent.

(3) Jam disseruimus de nummo huic simillimo, quem Licinio Jun. cusum fuisse vult amicus noster, nos Licinii patris esse demonstravimus. De his nummis ita sentiebat Tristanus; cusos fuisse in monumentum pacis & tranquillitatis publicæ, quam Constantini imperio perpetuam fore sperabant, cum Princeps ille sublatis collegis, & barbaris gentibus debellatis, solus orbem Romanum regeret; addiditque memoriam pristinarum ejus laudum hîc renovari, quod eo habitu repræsentaretur, quo juvenis, necdum Cæsar ferocem Sarmatam capillis arreptum ad pedes Galerii traxerat. Tristanum secutus Mediobarbus, nummos retulit ad annum 332. pace cum Gothis facta nobilem; sed sententiæ suæ rationem neuter reddidit, nec scio an reddere potuerit: quo enim argumento conjiciebat Tristanus Constantinum tunc imperasse solum? planè nullo: at si conjectura aberravit vir doctus, poterant hi nummi referri, vel ad annum 320. quo pacis leges Francis & Alamannis datæ, vel ad annum 322. quo devicti Gothi & Sarmatæ; Mediobarbus verò in horum tempore notando operam pro more lusit. Enimverò laudatus Licinii nummus, quid de hisce sentiendum sit, perspicuè docet; aut enim pacem Imperii ab utroque Augusto fundatam prædicant, sublatis qui eam disturbaverant Maxentio & Maximino: aut perpetuam securitatem spondent, quod Barbaros utriusque Principis armis vel devictos, vel contritos, pacem quàm bellum malle spes esset. Inscriptiones tres è Grutero pagg. 282. 159. & 283. primam Romæ, alteram Emeritæ, tertiam Ravennæ repertas hîc exscribimus, quia in illis Constantinus Pacis aut Quietis fundator, ut in hoc nummo, appellatur.

1.

PIISSIMO. AC. FORTISSIMO
FVNDATORI. PACIS
AC. PVBLICAE
LIBERTATIS
AVCTORI
D. N. FLAVIO. VAL
CONSTANTINO
NOBILISSIMO. CAES
VAL. HONORATVS. V. P
RAT. S. R. D. N. M. Q. EIVS

2.

IMP. CAES. FLAVIVS
CONSTANTIN. AVG
PACIS. ET. IVSTITIAE
CVLT. PVB. QVIETIS
FVND. RELIGIONIS
ET. FIDEI. AVCTOR
REMISSO. VBIQVE
TRIBVTO. FINITIME
PROVINC. ITER
RESTAVR. FECIT
CXIIII

3.

PROPVGNATORI. IMPERI. ROMANI. FVNDATO
QVIETIS. PVBLICAE. D. FL. CONSTANTINO. MAX
VICT. SEMP. AVG. D. CLAVDI NEPOTI. DIVI
CONSTANTI. FILIO. SERTORIVS. SILLANVS
V. P. PRAEPOSITVS. FABRICAE. DEVOTV
N. M. Q. E.

Cæterum nummi hi Constantini Magni cum rarioribus adnumerandi sunt; cum sequenti verò epigraphe rari.

in imâ parte SIS. *Regius.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIO POP ROM. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte MSL. *MDM.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

GENIO POPVLI ROMANI. (1) Typus ut suprà absque literis in areâ: in imâ parte P.... *RE. Fontaine.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. (2) Figuræ duæ militares galeatæ stantes ex adverso, labaris duobus erectis intermediis, hastæ adnituntur, & clypeum humi positum tenent singulæ: inter utrumque labarum crux: in imâ parte AQS. *Fouc. RE. Bau.*

Alius cum PT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà, labaris invicem junctis absque cruce intermediâ: in imâ parte ASIS. *Frad.*

Alius cum CONS. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum CONS. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONS. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum PCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà labaris sejunctis, & inter utrumque ramusculo: in imâ parte PCONST. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà cum coronâ inter utrumque labarum: in imâ parte PCONST. *RE. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà, sed nihil inter utrumque labarum: in imâ parte PLC. *Fouc.*

Alius cum RBP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum RFP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum R P. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMADA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMALB. in imâ parte, eodem typo utraque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMANΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMANS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMHA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang.*

Alius cum SMTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TRP.... in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TR P. stellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TR. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà cum stellâ in parte nummi superiore: in imâ parte PCONST. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà cum stellâ supernè, & ramo inter utrumque labarum: in imâ parte PCONST. *RE.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

CONSTANTINVS NOB CAES. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà absque stellâ & ramo: in imâ parte PLC. *Ducang.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte SMKΓ. *Fouc.*

Alius cum SMKΔ. in imâ parte, eodem

(1) Nummus hic & superior Constantini ex Æ. III. rari.

(2) Nummus hic & sequens ob Crucis signum, quod inter utrumque labarum cernitur, inter rariores recensendi sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ de Christi nominis monogrammate in labaro expresso infra adnotamus.

typo

typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte TR. P. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà, cum unico labaro inter figuras militares: in imâ parte ASIS. *Fouc.*

Alius cum CONSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMANB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

VIC CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum loricâ.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà, absque literis in imâ parte. *Val.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte TR. P. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. (1) Typus ut suprà, cum Christi monogrammate in labaro: in imâ parte PCONST. *Regius. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. (2) Figura militaris capite nudo, vultu sinistrorsum converso stans, hastæ ferratæ inversæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: in imâ parte CONS. *RE.*

Alius cum S. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini nudum, ad humeros.

GLORIA PERPET. (3) Victoriæ duæ tunicatæ ac succinctæ gradientes à dextris sinistrorsum, labaro intermedio, coronam lauream gestant dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte RP. *Regius. Frad.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

GLORIA ROMANORVM. (4) Figura muliebris galeata & stolata, insidens spoliis à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum adversum globo impositum sustinet dextrâ, hastam verò transversam tenet sinistrâ: à dextris in areâ A. in imâ parte CONS. *Fouc. Regius. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Figura muliebris sceptrum, ut videtur, tenens sinistrâ, cætera ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Ducang.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio in humerum sinistrum rejecto stans, dextrâ gestat Victoriolam, sinistrâ hastæ adnixus: pro pedibus à dextris aquila coronam lauream gestans rostro: in imâ parte SIS. *Brandenburg.*

Alius cum Γ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine. Collegii.*

Alius cum Є. à sinistris in areâ, eodem

(1) Nummus hic ob Christi nominis monogramma in labaro cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum. Christi autem monogramma in labaro vix notandum erat, nisi Harduinus Constantinum hunc Augustum necdum Imperatorem (quid illud sit, apud eum vide) Ethnicum fuisse scripsisset; cum enim crucem quæ in aliis nummis conspicitur, negaret crucem esse, sed nihil in illa videret præter merum sculptoris ingenio lineæ duplicis transversum ductum, affirmaretque solum illa ætate Christianitatis indicium Christi monogramma esse, operæpretium videbatur huic objicere nummos hoc monogrammate insignes, in quibus Constantinus Augustus MAX. dicitur; sed quid retulerit vide: è duobus hujusmodi nummis, unum aureum inscriptum VICTORIA CONSTANTINI AVG. negat Christi monogramma præferre, tametsi effictum sit ea ratione qua ab Eusebio descriptum est; in hoc verò idem monogramma fidem potius exercitûs, quàm ipsius Principis testari contendit. Hæc referre, refellere est: vide tamen similem nummum Constantini Junioris.

(2) Nummi cum hoc typo inter rariores recensendi sunt, & desiderantur in Mediobarbo.

(3) Epigraphe nova: nummi verò rarissimi, ad annum 322. pertinére, & geminam de Gothis & Sarmatis victoriam prædicare videntur, quæ immortalem Principi nostro gloriam peperit.

(4) Hæc epigraphe, & hic typus in Constantini Magni nummis primùm occurrit; & in eo hujuscemodi nummi cum rarioribus adnumerandi sunt, in subsequentibus vero Imperatoribus obvii sunt.

typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput non Constantini, sed Gal. Maximini, ut videtur, laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter cum aquilâ ut suprà : à sinistris captivus humi sedens : à sinistris in areâ A. in imâ parte SIS. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput non Constantini, sed Licinii laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà cum captivo : à sinistris in areâ B. in imâ parte SIS. *Fouc.*

Alius cum Γ. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà absque captivo : à sinistris in areâ Γ. in imâ parte SIS. *Frad.*

Alius cum Є. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

IMP C FL VAL CONSTANTINVS P F AVG. Caput non Constantini, sed Gal. Maximiani laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà cum captivo : à sinistris in areâ $\frac{X}{II\Gamma}$. in imâ parte SMHB. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Maximiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ : in imâ parte SMKA. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà absque captivo : à sinistris in areâ S. in imâ parte SMK. *Frad.*

DN FL CL CONSTANTINVS NOB C. Caput Gal. Maximiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà cum captivo : à sinistris in areâ $\frac{X}{II\Gamma}$. in imâ parte SMKB. *Frad.*

Alius cum SMNA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà absque aquilâ & captivo, sed loco aquilæ corona laurea : à sinistris in areâ Γ. in imâ parte SM. TS. *Frad.*

IMP CONSTANTINVS P F INV AVG. Caput Constantini ut suprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà cum aquilâ, absque literis in areâ : in imâ parte TSB. *Regius.*

Alius cum TS. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà : in imâ parte TSB. *Fontaine.*

Alius cum TSЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C FL VAL CONSTANTINVS P F AVG. Caput non Constantini, sed Severi, ut videtur, laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut suprà : à sinistris in areâ Γ. in imâ parte..... *RE.*

Eadem epigraphe. Caput non Constantini, sed Gal. Maximini, laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ K. à sinistris $\frac{X}{B}$. cum coronâ exiguâ suprà : in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem Maximini capite.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ $\frac{B}{N}$. & corona suprà : in imâ parte ALE. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem Maximini capite.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à sinistris in areâ $\frac{B}{III}$. cum coronâ exiguâ suprà : in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum $\frac{\Gamma I}{III}$. & coronâ exiguâ suprà à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum $\frac{Z}{III}$. & coronâ exiguâ suprà à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem Maximini capite.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà : à sinistris in areâ Є. in imâ parte SMHT. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput non Constantini, sed Licinii, laureatum, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ exertâ tenentis quiddam incognitum, sinistrâ sceptrum & globum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter nudus ut suprà, dextrâ sustinet globum, sinistrâ hastæ adnixus : à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris A. in imâ parte SMAL. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem Licinii capite.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Jupiter dextrâ tenens globum, cum Victoriolâ, sinistrâ hastam, cum coronâ laureâ juxtà pedes : à sinistris in areâ A. in imâ parte SMK. *Frad.*

Alius cum B. à sinistris in areâ, eodem

typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Z. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem Licinii capite.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut ſuprà, cum palmæ ramo coronæ laureæ loco: à ſiniſtris in areâ S. in imâ parte SMN. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. (1) Jupiter ut ſuprà, dextrâ geſtans Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ adnixus, cum aquilâ coronam lauream roſtro geſtante ad pedes: à ſiniſtris in areâ AI. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum ЄI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput non Conſtantini, ſed Maximini laureatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte ANT. *Frad.*

Alius cum I. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Maximini, ut videtur, laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte SIS. *Val.*

IMP CONSTANTINVS P F INV AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte SIS. *Regius.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *RE.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI AVGG NN. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte TSH. *Hard.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

IV.... VBMMEM. (ſic) Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ: in imâ parte SMANZ. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

LIBERATOR ORBIS. (2) Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ elatâ & expanſâ, ſiniſtrâ equum regit; ſub equi pedibus anterioribus leo jacet: in imâ parte R Q. ſtellâ intermediâ. *Frad. Hard.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

LIBERTAS PVBLICA. (3) Triremis à dextris ſiniſtrorſum cum gubernaculo, ſuprà quam Victoria tunicata ſtans à fronte vultu dextrorſum converſo, utrâque manu hinc & illinc extenſâ coronam lauream geſtat: à dextris in areâ B. in imâ parte CONS. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini coronâ gemmatâ redimitum, ad humeros.

LIBERTAS PVBLICA. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

LIBERTAS PVBLICA. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Є. in imâ parte CONS. *Regius Ducang. MDM.*

CONSTANTINVS P AVG. Conſtantinus capite galeato & laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

(1) Vide quæ ad nummum ſimilem ex Æ. II. ſupra diximus. Nummi hi haud obvii.

(2) Epigraphe nova & quæ in Mediobarbo deſideratur: nummus ipſe rariſſimus, fortè etiam ſingularis, cuſus haud dubiè eſt poſtquam Licinius in ordinem redactus eſt; imò ipſam de Licinio victoriam prædicare videtur, quæ Orientem à ſuperioribus Principibus afflictum erexit & recreavit; niſi victorias omnes ſuperiorum temporum in memoriam revocari velis, quod per eas Romanus Orbis aut à barbaris, aut à tyrannis liberatus eſſet. Sed hoc argumentum ſæpiùs à nobis tractatum eſt, quàm ut hîc immoremur.

(3) Hæc epigraphe & hic typus ſimul juncta, tum primùm occurrunt. Quæ in ſuperiorem nummum diximus, in hos etiam conveniunt: libertatem enim à Conſtantino reſtitutam, devictis Maxentio & Licinio, qui Romanis ſuperbè avareque imperitaverant, typus Victoriæ coronas laureas duas geſtantis indicare videtur: quanquam alia eſſe potuit Monetarii mens: quid enim, ſi illo Victoriæ utramque manum cum laurea extendentis typo intellexit, Conſtantinum utramque Orbis Romani partem, eam ſcil. quæ orienti Soli propior eſt, & eam quæ ad eundem occidentem vergit, victoriis ſuis ad ſuam authoritatem adduxiſſe ſimul, & in libertatem vindicaſſe? Cæterum nummi hujuſcemodi inter rariores recenſendi ſunt.

MARTI CONSERVATORI. Caput Constantini, ut videtur, sub specie Martis, galeatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum. *Ducang.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà. *Regius. RE.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà. *Ducang.*

IMP C CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI CONSERVATORI. (1) Figura militaris, seu Mars galeatus gradiens à dextris sinistrorsum, dextrâ hastam inversam, sinistrâ clypeum gestat: in imâ parte RS. *RE.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Figura militaris galeata, vultu sinistrorsum converso stans, hastæ ferratæ inversæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: in imâ parte AQP. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte ATR. *Fouc. RE.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte BTR. *MDM.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte PLC. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Constantinus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à sinistris in areâ stella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ stella: in imâ parte PT. *Fontaine.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERV. Typus ut suprà absque stellâ in areâ: in imâ parte PTR. *Fouc. RE.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. à sinistris S. in imâ parte PTR. *RE.*

Alius cum B. à dextris in areâ, & S. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Frad.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Ducang.*

IMP CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini ut suprà.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. à sinistris S. in imâ parte PTR. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *Frad.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à dextris in areâ stella: in imâ parte ST. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI CONSERVATORI. Typus ut suprà: à sinistris in areâ X. in imâ parte TT. *Regius.*

FL VAL CONSTANTINVS N C. Caput Constantini ut suprà.

MARTI PATRI PROPVG. (2) Mars

(1) Nummi cum hoc typo inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum.
(2) Epigraphe nova: nummi hujuscemodi ex Æ. III. rari. Vide quæ ad similes ex Æ. II. adnotavimus.

gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum tenet: in imâ parte PTR. *Regius.*

Alius cum S. à dextris in areâ, & A. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

MARTI PATRI POPVGNATORI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte PTR. *Ducang.*

FL VAL CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PACI PERPET. (1) Figura muliebris dextrorſum converſa ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ femori impoſitâ ſtolam colligit, à tergo ſignum militare: à dextris in areâ XII. in imâ parte RP. *Regius. De C.*

FL VAL CONSTANTINVS NOB C. Caput Conſtantini ut ſuprà.

PLVR NATAL FEL. (2) In coronâ querceâ. *Ducang. Hard.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator paludatus, ſiniſtrorſum converſus ſtans, ſpiculum geſtat dextrâ, globum verò ſiniſtrâ: à dextris in areâ C. à ſiniſtris F. in imâ parte PLC. *Fontaine.*

CONSTANTINVS P AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus capite galeato & laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ ſpiculum, lævâ clypeum tenet.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (3) Imperator paludatus ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenet: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *MDM.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & PLN. in imâ parte. *Regius. Ducang.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte PLN. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fontaine.*

FL VAL CONSTANTINVS N C. Caput Conſtantini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte PTR. *MDM.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIA AVGG. (4) Caſtro-

(1) Hæc epigraphe in Tito primùm, deinde in hoc Principe occurrit: ſed illic Pax columnæ nixa, dextra caduceum, læva palmæ ramum geſtat; hic verò typus, ut quidem exiſtimo, novus; nummus rariſſimus, imò ſingularis eſt, nec apud Mediobarbum extat. Hunc porro ad annum 310. commodiſſimè referri poſſe jam monuimus, quia haud abſimilis in Licinio Jun. occurrit inſcriptus, PAX PERPETVA. poſtea enim quàm ille Cæſar factus eſt, hoc uno anno bella intermiſſa videntur, cum ſuperioribus annis Franci & Alamanni adhuc in armis eſſent.

(2) Epigraphe nova; nummus verò rariſſimus, fortè etiam ſingularis eſt. Harduinus ſcribit hîc celebrari plures natales felices aut Felicium, quia tunc Gallias regebant aliquot Imperatores Pii Felices; ſed hæc una eſt ex Erud. viri conjecturis, de quibus nonnulla variis locis monuimus. Ducangius verò nummum quidem rectè interpretatur, ſed veris falſa quædam admiſcet: primum enim veriſſimum nobis videtur, nummum hunc cuſum eo tempore fuiſſe, quo Conſtantinus Cæſar creatus eſt, deinde vota hîc nuncupari, ut præter natalem diem ejus Cæſarei Imperii, brevi etiam celebretur natalis ejus Auguſti Imperii dies; Principum enim cooptationem in Cæſares aut Auguſtos pro altero natali habebant; unde ſic incertus auctor tertii Panegyrici Conſtantino huic & Maximiano dicti: *Liberavit ille Britannias ſervitute, tu etiam nobiles illic oriendo feciſti.* Et Eumenius Conſtantio: *O felix beatumque ver novo partu, jam non amœnitate florum, nec viriditate ſegetum, nec ipſis tantum favoniis, & luce ſerenata lætum atque venerabile, quantum ortu Cæſarum maximorum.* Quia ſcilicet Galerius & Conſtantius Kal. Aprilis creati Cæſares fuerant. Imo natalem etiam Deorum vocavere auctores apprimè Latini, quo die ædes eorum dedicata fuerat: atque hoc ſenſu Cicero lib. IV. ad Atticum Epiſt. I. & Orat. pro Sextio, Nonas Sextiles natalem Salutis appellat; & Martialis, *Maiæ*, inquit, *Mercurium creaſtis Idus*; quia Mercurii templum Idibus Maiis dedicatum erat. Plures igitur Conſtantini natales rectè intellexit Ducangius; ſed idem graviter, imo turpiter hallucinatus eſt, cum exiſtimavit Conſtantinum Cæſarem ab Herculio ſocero creatum eo tempore, quo Conſtantius ejus pater Auguſtus renuntiatus eſt; Cæſar enim patre jam extincto factus, poſt annum Fauſta Herculii filia uxore ducta, pro Auguſto habitus in Galliis, in reliquo Orbe Romano Cæſar fuit ad annum 308.

(3) Nummi Conſtantini cum hoc & ſuperiori typo rari ſunt; cum ſequenti vero ex Æ. III. rari quoque ſunt.

(4) Nummos cum hac epigraphe in recto caſu, niſi in Mediobarbo & Ducangio, non reperi. Vide quæ de hoc typo in Diocletiano & in Maximiano ejus Collega adnotavimus; unde facile apparet, quam

rum porta cum ſtellâ in parte nummi ſuperiore : in imâ parte PTR. & luna bicornis cum puncto inter cornua. *Ducang.*

Alius cum SMNЄ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

IMP CONSTANTINVS. Licinius ( ſic ) capite laureato , ad pectus cum paludamento, dextrorſum , dextrâ tenet volumen , ut videtur , ſiniſtrâ ſceptrum.

PROVIDENTIAE AVG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte ANTЄ. *Fouc.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Conſtantini coronâ ex margaritis cinctum , ad humeros , ſiniſtrorſum.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut ſuprà , abſque literis in areâ : in imâ parte ARLP. *Fouc.*

Alius cum A S. coronâ intermediâ in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum BSIS. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ΓSIS. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TSIS. & lunâ bicorni in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ΔSIS. & lunâ bicorni in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PTRE. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum SMANTA. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANTB. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMANTΓ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT. Є. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMANTϛ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMANTZ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKA. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMKB. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMKΔ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKЄ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMMΓ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte: *Fouc.*

Alius cum SMNA. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMNΓ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNΔ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum SMNЄ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNS. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTЄ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMTSA. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMTSB. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTSΓ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTSЄ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STRЄ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum STRΓ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum,ad humeros.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut ſuprà : in imâ parte ASIS. *Fouc.*

Alius cum ASIS. & lunâ bicorni in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum BSIS. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ΓSIS. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ΓSIS. & lunâ bicorni in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum ΔSIS. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum NЄ. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum PAR. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PARL. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PLC. in imâ parte , eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

futilia ſunt illa , quæ de hoc typo ſcribit Oiſelius in Conſtantino Magno pag. 355. & 356. Inſcriptionem quam Gruterus pag. 178. exhibet , hîc exſcribere juvat , ſed in ea emendandum DIVI CONSTANTI AVG F.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINVS. MAX. AVG. SEMPI
TERNVS. DIVI. CONSTANTINI. AVG. F. TOTO
ORBE. VICTORIIS. SVIS. SEMPER. AC. FELICITER
CELEBRANDVS. THERMAS. FISCI. SVI. SVMPTV
A. FVNDAMENTIS. CEPTAS. AC. PERACTAS.
CIVITATI. SVAE. REMORVM. PRO. SOLITA
LIBERALITATE. LARGITVS. EST

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.* RE.

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.* RE.

Alius cum PTRB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PTRE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum R P. coronâ laureâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. RE.

Alius cum R Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum R S. coronâ laureâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. RE.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. in imâ parte CONS. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum MA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte PCONST. RE. *Fontaine.*

CONSTANTINVS MAX AVG. Caput Constantini coronâ ex lauro & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ corona laurea, à sinistris II. in imâ parte SMAL. *Fouc.*

CONSTANTINVS AVG. Caput non Constantini, sed Licinii laureatum, ad humeros.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà absque coronâ & literis in areâ: in imâ parte PLC. *Fontaine.*

Alius cum SMALB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENTIAE AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte SMKT. RE.

....CONSTANTINVS P F AVG. Constantinus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, hastam gestat dextrâ humero dextro, sinistrâ clypeum.

PROVIDENTIAE AVGG. (1) Figura militaris stans, sinistrâ tenens labarum, dextram porrigit figuræ muliebri triremi insistenti, & cornucopiæ sinistrâ gestanti: in imâ parte OARL. *Cham.*

CONSTANTINVS NOB C. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENTIAE CAESS. Castrorum porta, cum stellâ in parte nummi superiore: in imâ parte STRE. *Fouc.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini galeatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

ROMAE AETERNAE. Roma sedens clypeum tenet in quo XV. *Regius.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ R. à sinistris P. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. (2) Roma sedens à dextris sinistrorsum, clypeum tenet in quo $\frac{X}{X}$. à dextris in areâ P. à sinistris R. in imâ parte PQ. *Fouc. Frad.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

ROMAE RESTITVTAE. (3) Roma sedens dextrâ tenet ramusculum, sinistrâ sedi innititur: à dextris in areâ stella: in imâ parte PLN. *Regius. Fauvel.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini galeatum, ad pectus cum loricâ.

(1) Nummus rarissimus, imò singularis ob typi novitatem; sequens etiam ob epigraphen rarissimus; uterque in Mediobarbo desideratur.

(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum: superiores vero rari.

(3) Epigraphe nova, in Mediobarbo desideratur: nummi verò rarissimi, pertinent ad annum 312. quo Roma à Maxentii tyrannide liberata est: nummi etiam sequentis epigraphe nova cum hoc typo conjuncta; eandemque de Maxentio victoriam celebrare videtur, ob quam Principi nostro immortales gratias agunt Romani; hoc enim significat clypeus Augusto dedicatus à Populo Romano, cui felicitatem præstitisse dicitur, importunissimo tyranno è vivis sublato. His nummis rectè subjungentur Inscriptiones duæ Gruteri pagg. 282. & 1086. nam primam in arcu Constantini propositam constat, erecto in monumentum lætissimæ hujus victoriæ; alteram verò eadem mente in basi quadam sculptam fuisse apparet ex titulis quibus Constantinus in eâ ornatur: his porro Inscriptionibus tertiam adjungere libet, cujus argumentum haud

SAECVLI FELICITAS. (1) Clypeus cippo impositus cum epigraphe AVG. à dextris in areâ P. à sinistris R. in imâ parte AS. *Regius.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini nudum, ad humeros.

SAPIENTIA PRINCIPIS. (2) Ara cum gemino gradu, suprà quam noctua à sinistris dextrorsum: à dextris in areâ clypeus; à sinistris galea, & hasta per transversum; in imâ parte PR. *Brandenburg.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Fontaine.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini laureatum, ad humeros.

SARMATIA DEVICTA. (3) Victoria tunicata ac succincta gradiens à dextris sinistrorsum, trophæum gestat dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: ante eam captivus humi sedens manibus post tergum revinctis, quem pede lævo calcat: in imâ parte P AR. stellâ intermediâ. *Frad. Hen.*

Alius cum PLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum PLON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen. Fontaine.*

multum absimile; nam illæ Romam restitutam, hæc amplificatam, prædicant: quod si quæras è quonam exscripta sit, breviter dicam, è Grutero pag. 282.

1.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAXIMO
P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R.
QVOD. INSTINCTV. DIVINITATIS. MENTIS
MAGNITVDINE. CVM. EXERCITV. SVO
TAM. DE. TYRANNO. QVAM. DE. OMNI. EIVS
FACTIONE. VNO. TEMPORE. IVSTIS
REMPVBLICAM. VLTVS. EST. ARMIS
ARCVM. TRIVMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT

*Sacrificia hic insculpta*
VOTIS. X
VOTIS. XX

*Sacrificia hic insculpta*
SIC. X
SIC. XX

LIBERATORI. VRBIS. FVNDATORI. QVIETIS

2.

RESTITVTORI. PVBLICAE
LIBERTATIS. DEFENSORI
VRBIS. ROMAE. COMMVNIS
OMNIVM. SALVTIS. AVCTORI
D. N. IMP. FL. VAL. CONSTANTINO
PIO. FELICI. INVICTO. SEMPER. AVG
CODICARII. NABICVLARI
INFERNATES. DEVOTI. N. M. Q. EIVS
CVRANTE. AVR. VICTORIANO. V. P
PRAEF. ANN

3.

Q. FABIVS HONORA
TVS. T. ANNAEVS
PLACIDVS. AMPLIFICA
TORI. VRBIS. ROMAE
DOMINO. NOSTRO
CONSTANTINO. MA
XIMO. PIO. FELICI. VI
CTORI. AC. TRIVM
PHATORI. SEMPER
AVG. ANICIVS. PAVLLI
NVS. IVN. V. C. CON
S. ORDINARIVS. PRAEF
VRBIS ET IVDEX. SA
CRARVM. CONSTITV
TIONVM. PIETATI
EIVS. SEMPER. DICA
TISSIMVS.

(1) Typus novus: nummus hic rarissimus & forte etiam singularis est.

(2) Nummi hi cum rarioribus adnumerandi sunt. Vide quæ adnotavimus ad nummum Licinii huic similem, necnon ad nummum Constantini aureum inscriptum PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI. Cæterum de Constantini sapientia, non minus ac de ejus Prudentia & Modestia sic Eusebius: Ταῖς δὲ κατὰ ψυχὴν ἀρεταῖς μᾶλλον ἢ τοῖς κατὰ τὸ σῶμα πλεονεκτήμασιν ἐνηβρύνετο, σωφροσύνῃ πρώτιστα τὴν ψυχὴν κοσμούμενος κἄπειτα παιδεύσει λόγων, φρονήσει τ' ἐμφύτῳ καὶ τῇ θεοδότῳ σοφίᾳ διαφερόντως ἐκτρέφων. *Virtutibus animi multo magis, quam corporis monumentis nobilitatus est, quippe Modestiâ primùm suum decoravit animum; deinde politiore literaturâ; tum Prudentiâ à natura propè insitâ: ad extremum Sapientia divinitus animo consignata, tanquam alimentis quibusdam eximiè educavit.*

(3) De Constantini Victoria à Sarmatis reportata ita Cedrenus: Τῷ κβ'. ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος κατὰ Γερμανῶν καὶ Σαυροματῶν καὶ Γότθων στρατεύσας νίκην ἤρατο κραταιὰν, διὰ τῆς τοῦ σταυροῦ δυνάμεως, καὶ τούτους εἰς ἐσχάτην ἤγαγε δουλείαν. *Anno XXII. Constantinus Piissimus facta in Germanos, Sauromatas & Gothos expeditione, Crucis vi magnam reportavit victoriam, easque gentes in servitutem egit.* Constantini M. de Sarmatis victoriam, post bellum Cibalense narrant Zosimus lib. 2. extremo. Eusebius de vita Constantini lib. 4. cap. 5. 6. & Sozomenus lib. 1. cap. 8. Hanc etiam attigit Porphyrius in Panegyrico:

*Tantorum merita statues captiva trophæa*
*Victor Sarmatiæ totiens.*

Bellum illud Sarmaticum peractum annis 319. 320. 321. & 322. ex variis legibus Codicis Theodosiani colligit Jacobus Gothofredus: victoriam vero Sarmaticam fastis inscriptam 6. Kal Aug. docemur ex Bucheriano Kalendario. Sed vide quæ ad nummum argenteum cum eadem epigraphe supra adnotavimus.

Alius

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum PTRE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S A A. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Frad.*

Alius cum SIRN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Collegii.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SARMATIA DEVICTA. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. in imâ parte PLC. *Fouc. RE. Collegii.*

Alius cum PLC. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SARMATIA DEVICTA. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. in imâ parte PLC. inter ſtellam & lunam bicornem. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SARMATIA DEVICTA. (1) Victoria dextrâ tenens palmæ ramum, ſiniſtrâ trophæum, cætera ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte SIRM. *Ducang.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum paludamento.

SARMATIS DEVICTIS. (2) Victoria capite turrito gradiens, & dextro pede captivum conculcans, dextrâ tenet ſertum, ſiniſtrâ palmæ ramum: à ſiniſtris in areâ C. in imâ parte PLC. *RE.*

CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad humeros.

SECVRITAS AVGG. (3) Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram attollit ſuprà caput, cippo verò innititur brachio ſiniſtro: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte PLM. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRITAS AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte PLN. *Fouc. Regius. Chez.*

CONSTANTINVS P AVG. Conſtantinus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ.

SECVRITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à dextris in areâ, & PLN. in imâ parte. *Fouc.*

IMP CONSTANTINVS P F AVG. Caput Conſtantini laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

SPQR OPTIMO PRINCIPI. (4) Aquila legionaria inter duo ſigna militaria. *Regius.*

Alius cum MOSTP. in imâ parte, eodem

(1) Idem typus in nummis argenteis habetur.

(2) Epigraphe nova, & quæ in hoc Principe tantum hactenus prodiit: nummus ipſe rariſſimus, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum: ſed de victoriis Sarmaticis pluribus diſſeruimus ad nummos argenteos: an verò turri quæ Victoriæ capiti impoſita eſt, Monetarii deſignarint caſtella, quibus Danubii ripam munivit Conſtantinus, eruditi viderint.

(3) Nummi hi Conſtantini inter rariores recenſendi ſunt.

FLAVIUS JULIUS CRISPUS, Constantini Magni & Minervinæ filius fuit, mirificæ indolis adolescens, bellique ac pacis artibus juxtà clarus. Hunc qui Arelate natum volunt, adversantem sibi Lucium Cæcilium habent, dum Constantinum apud Diocletianum & Gal. Maximianum pro obside ad annum 306. mansisse testatur: sed cum ille divisum Romani Orbis Imperium cum Licinio tandem haberet, Crispum una cum fratre Constantino & Licinio Jun. Cæsarem Kal. Martiis anni 317. nuncupavit, Galliisque præfecit, è quibus barbaros ingenti virtute aut arcuit aut exegit, debellatisque Francis & Alamannis pacis leges imposuit anno 320. quas illi majori quàm solebant fide servasse videntur. Liciniano deinde bello classi præfectus, hostium classem universam aut cepit aut demersit Augusto mense anni 324. sed quibus artibus ad hominum benevolentiam grassabatur, iisdem Faustæ novercæ invidiam concitavit, quæ privignum filiis suis ætate, & rerum gestarum gloriâ antestare ægrè ferens, hunc tentati secum stupri, & affectati regni insimulavit. Quibus adhibitâ faciliùs quàm par erat fide Constantinus, adolescentem Polæ in Istriâ interfici jussit circà dimidium anni 326. veneno, ut Sidonius scribit, an gladio, ut nonnulli, parum interest: sed Sidonium duo Incerti auctoris versus minùs rectè intellecti fefellisse videntur, quibus Constantini sævitia cum Neronis crudelitate comparabatur. Cæterum Crispo uxorem fuisse Helenam nomine, è quâ filium an filiam anno 322. suscepit, lex quædam in Codicem Theodosianum congesta suadet, & nummus ejus quem infrà exhibebimus evincit: sed supinam hujus ætatis Auctorum aut ignorantiam, aut negligentiam mireris velim, qui nullam de Principe fœminâ mentionem faciunt.



## NUMISMATA AUREA.

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ tenet spiculum inversum, sinistrâ clypeum.

CONCORDIA AVGG NN. (1) Figura muliebris sedens, dextrâ tenet caduceum, sinistrâ cornucopiæ: in imâ parte SMNH. *Regius.*

.. Alius cum SMNK. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *M.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

GAVDIVM ROMANORVM. (2) Mulier trophæo adsidens, dextro innixa brachio: in imâ parte ALAMANNIA. *Regius.*

CRISPVS NOBIL CAES. Bustum capite laureato, dextrâ sceptrum Consulare.

MONETA VRBIS VESTRAE. (3) Tres Monetæ cum attributis. *MB.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES.

VBIQVE VICTORES. (4) Figura militaris stans inter duos captivos, dextrâ hastam, sinistrâ globum tenens: in imâ parte TR. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA CRISPI CAES. (5) Victoria

(1) Licet hujus Cæsaris nummi omnes ex auro rari omnino sint, hanc tamen & sequentem epigraphen præferentes rarissimi sunt, nec extant similes apud Mediobarbum. Concordiam autem quæ esset inter Constantinum & Licinium Augustos, hoc in nummo prædicari necesse non est monere. Epigraphe nova.

(2 Francos & Alamannos à Crispo Cæsare debellatos anno 320. fuisse, variis in locis monuimus, sed maximè ad nummos Constantini simillimos huic nummo, qui rarissimus imò singularis est.

(3) Hæc epigraphe in hoc Cæsare, in Constantino ejus fratre & Constantino patre tantùm occurrit. Nummus hic rarissimus exhibetur à Mediobarbo ex Strada.

(4) Cum eadem epigraphe vidimus nummos Licinii & Constantini M. Nummus hic rarissimus profertur à Mediobarbo ex Occone.

5) Nummum hunc rarissimum Mediobarbus ex Occone exscripsit, retulitque ad annum 326. quibus Cæsar noster Decennalia vota solvit: porrò nobilissimis victoriis duabus spem de se conceptam Crispus

ſedens, ante cujus pedes puerulus alatus, qui cum aliâ figurâ clypeum tenet, in quo VOT X. *MB.*

jam impleverat; nam Francos & Alamannos variis cladibus compulerat, ut pacem aliquando tandem verè & ex animo rogarent, & Licinii claſſem pœnè univerſam aut ceperat aut demerſerat: harum igitur victoriarum memoria in nummis ob Decennalium votorum ſolennia renovata eſt.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

CRISPVS NOB CAES. Criſpus capite laureato, ad pectus cum loricâ, & cum ſpiculo à dextris, & clypeo à ſiniſtris.

BEATA TRANQVILLITAS. (1) Baſis ſuprà quam globus cum tribus ſtellis in parte nummi ſuperiore, & VOTIS XX. ad baſim: à dextris in areâ C. à ſiniſtris R. in imâ parte PLC. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB CAES. Criſpus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum tenet.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte STR. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Criſpus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrâ geſtat haſtam.

IOVI CONSERVATORI CAESS. (2) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innititur: à dextris in areâ corona laurea, à ſiniſtris Δ. in imâ parte SMK. *Cham.*

CRISPVS NOB CAES.

ROMAE AETERNAE. P. R. AQ. (3) Figura ſedens clypeum præ manibus tenens, in quo VOT XV. *MB.*

DN CRISPO NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIAE LAET PRINC PERP. Victoriæ duæ ſtantes ex adverſo, coronam in quâ VOT PR. aræ quadratæ innixam tenent; in arâ Δ. in imâ parte duo captivi humi ſedentes adverſi. *Fontaine.*

FL IVL CRISPVS NOB C. Caput Criſpi coronâ radiatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. (4) Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

DN CRISPO NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad humeros.

VIRTVS EXERCIT. Labarum inter duos captivos, in quo VOT XX. in imâ parte PLC. *Regius.*

IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOT V. (5) in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PSIS. *Regius.*

CRISPVS NOB CAES.

VOTIS V. cum ſtellâ in coronâ, circà quam DOMINORVM NOSTRORVM CAES. in imâ parte ST. *MB.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe,

VOTA X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOT X. cum duobus palmæ ramis in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte AQS. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Criſpi laureatum, ad humeros.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte ASIS. & corona radiata. *Bau.*

Alius cum PLCC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOT X. in coronâ, circà quam DOMINOR NOSTROR CAESS. in imâ parte RS. *Bau.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.

VOT X. (6) & luna bicornis in coronâ, circà quam DOMINOR NOSTR CAESS. in imâ parte TT. *Fouc.*

(1) Criſpi nummi ex argento omnes rari ſunt; ſed non rariores aureis ut ſcribit Savotus. Deſiderantur plerique apud Mediobarbum, exceptis iis, quibus nota ſolita (*MB.*) ſubjuncta eſt.

(2) Vide nummum Licinii ex Æ. III. cum eadem epigraphe, ſed typo paululum diverſo.

(3) Nummus hic inter rariores recenſendus eſt. Vide quæ ad nummum æreum cum eadem epigraphe infra adnotamus.

(4) De ejuſmodi nummis vide quæ diximus ad numiſmata aurea Conſtantini cum lemmate VICTORIA CONSTANTINI AVG.

(5) Vide Licinii Jun. & Conſtantini Jun. nummos huic ſimillimos.

(6) Hæc epigraphe circa coronam in hoc Cæſare tantùm occurrit. Criſpi & Conſtantini Jun. Inſcriptio-

nem Romæ in tabella ærea repertam exhibet Fabrettus pag. 362. in quâ Cæsar noster Consul IV. dicitur; atqui Consulatum ejus tertium in Fastis reperimus anno 325. sequenti verò anno eximium Principem periisse constat: Inscriptionem tamen exhibere libet;

VALERIO. PROCVLO V. C.
PRAESIDI. PROVINCIAE. VAL. BIZAC
POPVLONI I

DD. NN. CRISPO. ET CONSTANTINO. IVNIORE
NOBILISSIMIS. CAESS. COSS. IIII. KAL. SEP
MVNICIPES. MVNICIPI. T.. AE.. L... I HADRIANI AVG. C.. V
LITANI. Q. ARADIVM. RVFINVM. VALERIVM PROCVLV
C. V. LIBEROS. POSTEROSQVE - EIVS. SIBI - LIBERIS - POSTE
RISQVE-SVIS-PATRONOS-COOPTAVERVNT-TESSERAM
QVE-HOSPITALEM-CVM-EO-FECERVNT
Q. ARADIVS-RVFINVS-VALERIVS-PROCVLVS-LIBERI
POSTERIQVE - EIVS - MVNICIPES. MVNICIPI. T. AELI - HA
DRIANI-AVG. CIVILITANI-LIBEROS. POSTEROSQ-EORVM
IN - FIDEM - CLIENTELAMQ - SVAM - RECEPERVNT IN QVAM
REM. GRATVITAM - LEGATIONEM - SVSCEPERVNT
INSTEIVS. RENATVS - ET - APOLLONIVS - GALLENTIVS
DVOVIRI. T. AELIVS. NIGOCINVS - ET - AELIVS - FAVSTI
NVS - AEDILES. L. AELIVS - OPTATIANVS. CAMMARIA
NVS. FLAVIVS - SECVNDINVS - DOMITIVS - OPTATIANVS
AEMILIVS. NEMGONIVS - AEMILIVS - T - TRACIVS - STA
TILIVS. SECVNDIANVS. EX P. P. ET. VNIVERSVS. ORDO

in qua linea tertia à Fabretto pag. 364. ita emendatur MVNICIPES MVNICIPII AELII HADRIANI AVG CIVI. præterea nova & singularis literæ L. figura notanda est; ita enim expressa est Λ‾.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

CRISPVS NOB. CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

FELICIT SAECVL.... (1) Figura stans dextrâ tenet ramum, sinistrâ sceptrum: in imâ parte PR. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVVENTVS. (2) Figura stans, dextram admovet trophæo, sinistrâ hastam tenet. *RE.*

CRISPVS NOBIL CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ tenet scipionem in cujus apice aquila.

MONETA VRBIS VESTRAE. (3) Tres figuræ muliebres paludatæ & stolatæ stantes, dextrâ bilancem, sinistrâ cornucopiæ gestant: à dextris uniuscujusque aggeres. *Regius. RE. De C. Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (4) Crispus stans paludatus, dextrâ signum militare: ad pedes hinc & inde captivus humi decumbens. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE BEATISSIMORVM CAESS. (5) Victoria sedens præ manibus tenet clypeum, in quo VOT X. *Vaillant.*

(1) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo: idem de sequenti dicendum: uterque verò Crispum egregiè commendat; hic enim sæculum felix Crispo Cæsare prædicat, ille verò juventutem armis exercitam, & victoriis nobilitatam exhibet: non immerito quidem: nam Crispum eximium virum fuisse Eutropius monet, & debellati Franci & Alamanni, captaque aut demersa Licinii classis satis ostendunt.

(2) Hæc epigraphe in Aurelio Cæsare primum, sed typo diverso, deinde in hoc Principe occurrit. Vide quæ adnotavimus ad nummum argenteum Gallieni inscriptum IVBENTVS AVG. Nummi maximi moduli omnes in Crispo rarissimi sunt.

(3) Vide quæ ad nummum ejus aureum huic simillimum suprà adnotavimus.

(4) Nummi Crispi cum hoc typo desiderantur in Collectione Mediobarbi.

(5) Hæc epigraphe tum primum in nummis occurrit; nam qui habetur in Val. Constantio inter Numismata ærea incerti moduli, cum epigraphe VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. hunc ad Julium Constantium pertinere jam monuimus. Cæterum nummus hic Crispi anno 326. cusus est, cum Decennalia vota solveret. Non extat hic Crispi nummus apud Mediobarbum.

## NUMISMATA Æ. III.

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad humeros.

ALEMANNIA DEVICTA. Victoria ſtolata ſiniſtrorſum converſa ſtans, & captivi humi ſedentis dorſum pede lævo premens, trophæum geſtat dextrâ, palmæ verò ramum ſiniſtrâ: in imâ parte SIRM. *Fouc. Frad. Le Roy.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.

ALEMANNIA DEVICTA. (1) Typus ut ſuprà, cum SIRM. in imâ parte. *MDM.*

DN CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.

BEATA TRANQVILLITAS. Ara quadrata in cujus parte anteriore VOTIS XX. ſuprà aram globus terreſtris cum zodiaco & ſuis zonis, & ſuperiùs tres ſtellæ: in imâ parte PLC. *Fouc.*

DN CRISPO NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum PLC. in imâ parte. *Val. Frad.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris P. in imâ parte PLC. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris R. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. (ſic) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad humeros.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Criſpus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrâ non comparente ſcipionem tenet.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*

CRISPVS NC COS II. Criſpus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ.

BEATA TRANQVILLITAS. (2) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Hen.*

IVL CRISPVS NOB CAES. Criſpus capite

(1) Criſpum exercitibus Gallicanis impoſitum patris ſpem impleviſſe, Francoſque & Alamannos, tametſi graviſſimis cladibus ante decennium afflicti viderentur, magna tamen vi rebellantes compeſcuiſſe Nazarius docet, & præter hos nummos fidem facit aureus nummus ſuprà relatus cum epigraphe, GAVDIVM ROMANORVM. & ALAMANNIA. in imo margine. Et ſanè cum perfidæ ac lubricæ gentes pacem eatenus colerent, quatenus eam ex uſu ſuo eſſe comperiebant, ingentem oportet fuiſſe Criſpi victoriam, quæ illas ita afflixerit, ut vires ſuas iterum experiendi cupido nunquam eas deinde inceſſerit, quandiu Conſtantinus Romanum orbem temperavit. Nummus hic Criſpi cum rarioribus adnumerandus eſt.

(2) Nummus hic rariſſimus eſt ob capitis epigraphen, & componendis eruditorum virorum de nummis votivis litibus apprimè utilis. Alexander Wilthemius vir ſuperiori ætate doctiſſimus, repertis aliquot Criſpi & Conſtantini Jun. cum hac epigraphe nummis, in quibus ornamentis Conſularibus inſignes apparent, credidit expreſſa in his fuiſſe vota Conſtantini M. Vicennalia Nicomediæ celebrata anno 324. quem Cæſares duo aperuere, cæteros nummos retulit ad annum 325. quo eadem Vicennalia Romæ edita arbitrabatur. Wilthemium levi negotio confutavit Pagius, utpote à quo conſtaret Vicennalia utraque anno integro anteverſa; ſed cum facilis eſſet hæc vota explicandi ratio, quam ipſe non ignorabat, novam inſtituere maluit; vota ſcilicet Criſpi ipſius nondum ſuſcepta, ſed ſpe & cogitatione præcepta hîc conſignari, ut olim factum fuerat in Probi nummo inſcripto, VOTIS X PROBI AVG ET XX. Hanc porro ſententiam Pagio placuiſſe eo magis mirum eſt, quòd eodem loco à noſtrâ, hoc eſt, eruditorum propè omnium opinione, quam brevi proponemus, diſcedens, fatetur vero ſimile non videri ſibi votorum nondum nuncupatorum rationem in nummis haberi. Atqui rationem eorum votorum habitam conſtat, ſed ita ut ſimul eorum quæ nuncupata jam erant mentio fieret, quod Pagius non ex Probi ſolius nummo, ſed ex aliis etiam, Maxentii, VOT QQ MVLT XX. Licinii, VOT XX MVLT XXX. diſcere poterat. Igitur non Criſpi, ſed Conſtantini M. vota Vicennalia jam nuncupata, necdum tamen ſoluta hîc expreſſa ſunt; Conſtantini quidem, ut apparet cùm ex nummis ejus ſimillimis, tum ex more illorum temporum, vota patrum in liberorum nummis conſignandi, quem morem maximè illuſtrat nummus Licinii Jun. cum lemmate VOT XV FEL XX. item alter hujuſce Criſpi infrà deſcriptus, & alii duo Conſtantini Jun. VOT XX. in coronâ, circà quam DN CONSTANTINI MAX AVG. nuncupata vero necdum ſoluta; hic enim nummus anno 321. haud dubiè cuſus eſt, quo anno Conſtantinus decimum ſextum Imperii annum degebat. Cæterum non omittenda videtur Pagii conjectura, nummum hunc à Patino malè deſcriptum videri, quia in illa ætate Conſulatus cum numerali notâ nuſquam in Principum nummis legitur; ſi enim vir acris & limati judicii conſpexiſſet Conſtantini M. nummum inſcriptum SOLI INVICTO COMITI. cum hac capitis epi-

laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum transversum, sinistrâ clypeum.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius.*

CRISPVS NOBIL C. Caput Crispi ut suprà.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà absque literis in areâ : in ima parte PLON. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà : à dextris in areâ F. à sinistris B. in imâ parte PLON. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi galeatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà absque literis in areâ : in imâ parte PLON. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQLITAS. (sic) Typus ut suprà, cum PLON. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, sinistrorsum.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà, cum PLON. in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Crispus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum gestat dextrâ humero dextro, clypeum verò sinistrâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà : à dextris in areâ P. à sinistris A. in imâ parte PLON. *Fouc.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, cætera ut suprà.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà absque literis in areâ : in imâ parte PTR. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, nisi quod in clypeo caput Solis insculptum.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà, cum PTR. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, nisi quod in clypeo insculpta figura virilis paludata sedens in sellâ curuli à sinistris dextrorsum, ac globum gestans dextrâ, flagrum verò, ut videtur, sinistrâ.

BEATA TRANQVILLITAS. (1) Typus ut suprà, cum PTR. in imâ parte. *Fouc.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum ad humeros, sinistrorsum.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà, cum PTR. in imâ parte. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi galeatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà : in imâ parte PTR. & luna bicornis. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILITAS. (sic) Typus ut suprà, cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte. *Fauvel.*

IVL CRISPVS NOB CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum verò elegantem sinistrâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà : in imâ parte PTR. *Fouc Fauvel.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Crispus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrâ equum retinet, sinistrâ verò gestat spiculum & clypeum.

BEATA TRANQVILLITAS. (2) Typus ut suprà : in imâ parte PTR. & stella. *Frad.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum STR. & stellâ in imâ parte,

graphe CONSTANTINVS MAX PF AVG COS IIII. nec Patinum falsi insimulasset, & fortasse tempus quo hi nummi cusi sunt deprehendisset, saltem vota Vicennalia à Constantino tum suscepta fuisse non negasset. Monendus est etiam lector, falsum videri quod idem Pagius innuit, Decennalia vota Constantini ætate, tum demum nuncupata, cum Quindecennalia celebrarentur ; communem enim opinionem, suscepta in Decennalibus etiam tunc fuisse, confirmant nummi Constantini ipsius inscripti VOT X MVL XX. item Constantis nummus cum lemmate FELICIA DECENNALIA. & clypeo quem Genii duo sustinent, in quo VOT X MVLT XX. imò tametsi inter vota XX. & vota XXXX. intercedant ea quæ anno vigesimo quinto, trigesimo & trigesimo quinto nuncupari oportebat, ut apparet è nummis Constantii, in quibus VOT XX MVLT XXX: item VOT XXV MVLT XXX. & Theodosii, in quibus VOT XXX MVLT XXXX. quadragesimi tamen anni vota nuncupata, cum vigesimi solverentur, fuisse discimus ex ejusdem Constantii nummis, cum epigraphe VOT XX MVLTIS XXXX. Cæterum nummus hic Crispi desideratur in Collectione Mediobarbi.

(1) Nummus hic Crispi ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus est.

(2) Nummus hic rarissimus est ob capitis typum, cui similes occurrunt in Claudio Gothico, Numeriano & Constantino Jun. Equum hîc expressum Imperii symbolum fuisse arbitrabatur Tristanus, conjectura inde ducta, quod in nummis Antonini Pii & Commodi Fortuna Manens, & Fortuna Obsequens equum fræno retineant ; sed Ducangius indicium Circensium editorum fuisse mavult ; nam & in diptychis Leodiensi & Bituricensi, equos ab his qui ludos dabant, aurigis distributos conspici, & de eo more præter Symmachum lib. IV, epist. 8. fidem facere Capitolinum in Gordiano : *Equos Siculos & Cappadoces . . . . . populo divisit :* necnon Marcellinum Comitem de Consulatu Justiniani : *Numerosos præterea phaleratosque in circo caballos jam donatis quoque impertivit aurigis.*

eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Eadem epigraphe. Crispus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, sinistrorsum, dextrâ gestat scipionem in cujus summitate aquila.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà, cum STR. in imâ parte. *Bau.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

CLARITAS REIPVBLICAE. (1) Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium sinistrum rejecto, gradiens à sinistris dextrorsum, dextrâ elatâ & expansâ, globum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ F. à sinistris T. in imâ parte ATR. *Fouc. B.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte ATR. *Fouc. Ducang.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLARITAS REIPVBLICAE. Sol ut suprà, sed globum cum flagro gestat sinistrâ, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte ATR. *Fouc. Ducang.*

Alius cum BTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Hen.*
CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. & stella, à sinistris P. in imâ parte PLN. *Fouc.*
CRISPVS NOBIL C. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum verò sinistrâ.

Eadem epigraphe incusa, cum eodem capitis typo pariter incuso. *Fouc.*
DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput non Crispi, sed Licinii laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ tenet Victoriolam, sinistrâ hastam in cujus summitate aquila: à dextris & à sinistris captivus manibus post tergum revinctis humi sedens: à sinistris in areâ X/IIr. in imâ parte SMHT. *Le Roy.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. (2) Typus ut suprà, absque captivo à dextris, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI AVGG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte SMNA. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Non Crispus, sed Licinius Junior capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorsum, volumen tenet dextrâ, cum sceptro ad humerum sinistrum.

IOVI CONSERVATORI CAESS. (3) Jupiter typo quo suprà, Victoriolam sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: à dextris captivus manibus post tergum revinctis humi sedens: à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris A. in imâ parte SMAL. *Bau.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI CAESS. Typus ut suprà: à sinistris in areâ A. in imâ parte SMANT. *Fouc.*

Alius cum ЄI. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Eadem epigraphe. Crispus capite laureato, ad pectus cum paludamento, hastam transversam tenet sinistrâ, dextrâ non apparente.

IOVI CONSERVATORI CAESS. Typus ut suprà absque captivo: à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris B. in imâ parte SMAL. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI CAESS. Typus ut suprà: à dextris in areâ corona laurea, à sinistris A. in imâ parte SMK. *SG.*

Alius cum K. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat fulmen, sinistrâ sceptrum & globum.

IOVI CONSERVATORI CAESS. Jupiter typo quo suprà, Victoriolam sustinet dextrâ, hastam verò in cujus summitate aquila tenet sinistrâ: à sinistris captivus humi sedens manibus post tergum revinctis: à dextris in areâ corona laurea, à sinistris Є. in imâ parte SMK. *Regius.*
CRISPVS NOBIL CAESAR. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

(1) Nummi hi Crispi rari sunt, sed vide quæ ad similem nummum Constantini patris adnotavimus.
(2) Nummi Crispi cum hac & sequenti epigraphe rari sunt.
(3) Nummi Crispi cum hac etiam epigraphe rari sunt, & desiderantur in Collectione Mediobarbi.

PRINCEPS IVVENTVTIS. (1) Figura militaris galeata & ſeminuda ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ clypeum: à dextris in areâ corona: in imâ parte RP. *RE.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (2) Mercurius ſtans, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ caduceum. *Regius.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Criſpus galeatus habitu militari ſtans, dextrâ clypeo humi poſito innixus, ſiniſtrâ haſtam tenet: in imâ parte AQT. *Le Roy. Brandenburg.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Criſpus paludatus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ: à dextris in areâ T. à ſiniſtris F. in imâ parte AT. R. *Fontaine.*

Alius cum ATR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ F. à ſiniſtris T. in imâ parte ATR. *Fouc.*

Alius cum BTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Ducang.*

CRISPVS NOBIL CAES. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Criſpus paludatus ſtans, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ clypeo impoſitâ: in imâ parte AS. *Ducang.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte QA. lunâ bicorni cum ſtellâ intermediâ. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ corona: in imâ parte RS. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPIA IVVENTVTIS. Figura militaris galeata vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte AQT. *Fouc. Frad. Fontaine.*

IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, & in Mediobarbo deſideratur. Duas hîc proponere libet Criſpi Inſcriptiones, quas Gruterus pagg. 262. & 263. exhibet.

I.

DD. NN. CRISPO. ET. CONSTANTINO. NOBILL. CAESS. ET. COSS
V. IDVS. APRIL
DECVRIONES. ET. COLONI. COLONIAE. AELIAE. AV
GVSTAE. MERCVRIALIS. THAENIT. CVM. QVIN
TO. ARADIO. VAL. BYSAC. HOSPITIVM. CLIENTE
LAMQVE. FECISSENT. ET. SIBI. LIBERISQVE. SVIS
POSTERISQVE. EORVM. COOPTASSENT. QVINTVS
ARADIVS. VAL. PROCVLVS. V. C. PRAES. PROVIN. VAL
BYZAC. A. DECVRIONIBVS. ET. COLONIS. COL. AELIAE. AVG
MERC. THAENIT. HOSPITIO. CLIENTELAQVE
SVSCEPISSET. LIBERISQVE. SVIS. POSTERIS
QVE. EORVM. IN. QVAM. REM. LEGATOS. IRE
DIXERVNT. VNIVERSOS. ORDINIS. VIROS
CENSENTIBVS. CVNCTIS] AGENTIBVS
CVRIAM. Q. VALERIO. MARVLLO. ET. C. HOR
TENSIO. CONCILIO. DVOVIRIS

2.

POPVLONII
DD. NN. CRISPO. ET. CONSTANTINO. IVN. NOBB
CAESS. ITERVM. IN. IDVS. MART. CONSS
COLONI. COLONIAI. CONCORDIAE. VLPIAE. TRAIANAE
AVGVSTAE. FRVGIFERAE. HADRVMETINAE
Q. ARADIVM. VALERIVM. PROCVLVM. V. C. PRAESIDEM
PROVINCIAE. BYZACENAE. LIBEROS. POSTEROSQVE. EIVS
SIBI. LIBERIS. POSTERISQVE. SVIS. PATRONVM. COOPTA
VERVNT. Q. ARADIVS. VALERIVS. PROCVLVS. V. C. PRAESES
PROVINC. VAL. BYZACEN. COLONIS. COLONIAE. CON
CORDIAE. VLPIAE. TRAIANAE. AVGVSTAE. FRVGIFERAE
HADRVMETINAE. LIBEROS. POSTEROSQVE. EORVM. IN. FI
DEM. CLIENTELAMQVE. SVAM. LIBERORVM
POSTERORVMQVE. SVORVM. RECEPIT

(2) Nummus rariſſimus ob typi novitatem, nec extat apud Mediobarbum.

PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum AQT. in imâ parte. *Collegii.*
Alius cum BSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris S. in imâ parte QARL. *Collegii.*
CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris S. in imâ parte QAR. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte QT. lunâ bicorni cum ſtellâ intermediâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Criſpi nudum, ad pectus cum paludamento.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ P. in imâ parte TT. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc.*
IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad humeros cum paludamento.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Frad. Fontaine.*
CRISPVS NOB CAESAR. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte Δ. SIS. *Fouc.*
CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi laureatum, ad humeros cum paludamento.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. Criſpus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum tenet dextrâ, clypeo armatus ſiniſtrâ: à dextris quiddam incognitum cum R. à ſiniſtris S. in imâ parte QAR. & ſtella. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
PRINCIPIA IVVENTVTIS. (1) Figura militaris galeata vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ haſtæ innititur, ſiniſtrâ clypeo humi poſito: à dextris in areâ R. à ſiniſtris S. in imâ parte QARL. *Fontaine.*
FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.
PROVIDENTIA CAESS. Caſtrorum porta, cum ſtellâ in parte nummi ſuperiore: in imâ parte ANTS. *Brandenburg.*
DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Criſpus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ geſtat florem, ſiniſtrâ ſceptrum.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: in imâ parte MHTT. *RE. Fauvel.*
FL IVL CRISPVS NOB C. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: in imâ parte M. N. B. *Fouc.*
FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Criſpi ut ſuprà.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PLC. *Collegii.*
Alius cum PLON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*
Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Collegii.*
Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà, cum PTR. in imâ parte. *Fouc. MDM.*
Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*
Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà, cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: in imâ parte RS. *Fauvel.*
Alius cum S AR. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMANTЄ. *Fouc.*
Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*
Eadem epigraphe. Caput Criſpi laureatum, ad pectus cum paludamento.
PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMANTZ. *Frad.*

(1) Nova hæc epigraphe in Mediobarbo deſideratur: nummi ipſi rati, imò cum hoc & ſuperiori typo inter rariores recenſendi. Vide nummum maximum inſcriptum IVVENTVS. nam & hîc quoque virtus Criſpi commendatur, cujus ſpecimen in adoleſcentiâ dedit, debellatis Francis & Alamannis, compulſiſque ut pacem aliquando tandem verè & ex animo deprecarentur. Cæterum Harduinus PRINCIPIA interpretatur *Principi Primo*: quàm rectè, nemo non videt.

DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ gestat florem, sinistrâ sceptrum.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut suprà: in imâ parte SMHT. *Frad.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut suprà: in imâ parte STR. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorsum.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut suprà: in imâ parte T AR. stellâ intermediâ. *Fouc.*

DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

PROVIDENTIAE CAESS. (1) Jupiter nudus cum pallio in humeros rejecto stans, dextrâ gestat Victoriolam, sinistrâ hastæ adnixus; infrà à dextris palmæ ramus: à sinistris in areâ A. in imâ parte SMN. *Frad.*

Eadem epigraphe. Crispus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ tenet volumen, sinistrâ sceptrum.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *MDM.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

PROVIDENTIAE CAESS. Typus ut suprà: à sinistris in areâ stella: in imâ parte SRN. *Fouc.*

CRISPVS NOB CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum verò sinistrâ.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris galeata ac stolata sedens à dextris sinistrorsum, utrâque manu tenet clypeum femori impositum, in quo VOT. V. à dextris in areâ P. à sinistris R. in imâ parte RP. *Val.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. (2) Roma sedens ut suprà, inscribit clypeo XV. in imâ parte R CT. duabus lunis bicornibus simul junctis intermediis. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum ad humeros, sinistrorsum.

SARMATIA DEVICTA. (3) Victoria stans & pede lævo captivi humi sedentis dorsum premens, dextrâ gestat trophæum, sinistrâ verò palmæ ramum: in imâ parte PTR. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ.

SOLI INVICTO COMITI. (4) Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium sinistrum rejecto, dextrorsum conversus stans, dextram expansam attollit, globum verò sustinet sinistrâ: à dextris in areâ luna bicornis: in imâ parte PLN. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. & stella, à sinistris P. in imâ parte PLN. *Fouc.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ B. in imâ parte PLN. *Regius.*

Alius absque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO COMITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris P. in imâ parte PTR. *Ducang.*

DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CAESS NN. (5) Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, dextrâ gestat sertum, sinistrâ palmam: in imâ parte TSЄ. *Frad. Fauvel.*

(1) Nummi Crispi cum hoc typo inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum. Vide nummos his simillimos Licinii Jun.

(2) Nummi ærei cum hac epigraphe non extant apud Mediobarbum; sed unum ex argento exhibuit, in quo figura sedens tenet clypeum in quo VOT XV. eximii sanè & rarissimi nummi, fidem faciunt decennalia vota soluta, & quindecennalia suscepta à Crispo fuisse; sed iidem necis proximè secutæ egregii viri, ut eum quidem Eutropius appellat, memoriam renovant; quæ cùm orbi Romano statim luctuosa, tùm maximè post Constantini mortem fuit, cum cæteri ejus liberi à fortissimi Principis clementia, benignitate, & virtute longissimè abessent. Nummi hi cum rarioribus adnumerandi sunt.

(3) Nummus rarissimus, imò singularis in Mediobarbo desideratur, & pertinet ad annum 322. quo Sarmatæ & Gothi à Constantino Crispi patre profligati sunt: sed an in ejus victoriæ partem Crispus venerit, an quia patris decora ad filiorum dignitatem pertinent, idcirco mentio ejus Sarmatarum cladis in Crispi nummis facta sit, haud facile est affirmare; quanquam magis placet, debellatis Francis & Alamannis, Crispum à patris comitatu non discessisse, & sicut victoriæ de Licinio anno 323. ita ejus de qua agitur participem fuisse.

(4) Hujuscemodi nummi in Crispo rari sunt.

(5) Nummus hic rarissimus desideratur in Mediobarbo. Cum eadem epigraphe occurrunt nummi & in Constantio Chloro.

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi ut suprà.

VICT LAETAE PRINC PERP. Victoriæ duæ stolatæ stantes ex adverso, utrâque manu tenent clypeum in quo VOT. PR. arâ rotundâ intermediâ in quâ I. in imâ parte ASIS. *RE.*

Alius cum BSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

CRISPVS NOB CAESAR. Caput Crispi ut suprà.

VICTORIAE LAETAE PRINCPERP. Typus ut suprà absque I. in arâ : in imâ parte ΔSIS. *Fouc.*

DN CRISPO NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIAE LAET PRINC PERP. Typus ut suprà, arâ quadratâ intermediâ: in imâ parte captivi duo aversi manibus post tergum revinctis humi sedentes. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE LAET PRINC PERP. Typus ut suprà. *Fouc. RE.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VICTORIAE LAET PRINC PERP. Typus ut suprà, arâ rotundâ intermediâ : in imâ parte P L. duobus captivis humi sedentibus intermediis. *Frad.*

DN CRISPO NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Victoriæ duæ tenent clypeum basi impositum in quo VOT PR. in imâ parte P L. captivis duobus sedentibus intermediis. *Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE LAET PRINC PERP. (1) Victoriæ duæ tenentes clypeum basi impositum, in quo VOT. XX. in imâ parte P L. duabus avibus intermediis. *Ducang.*

CRISPVS NOB CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum, sinistrâ clypeum.

VIRTVS AVGG. (2) Castrorum porta cum tribus turribus : à dextris in areâ P. à sinistris R. in imâ parte AQ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS CAESS. (3) Typus ut suprà, cum stellâ in parte nummi superiore : in imâ parte A RL. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

VIRTVS EXERCIT. Labarum erectum inter duos captivos humi sedentes, in cujus siparo VOT. X. à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte AQT. *Fouc. Le Roy. Frad. Collegii.*

IVL CRISPVS NOB CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum inversum, sinistrâ clypeum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte TSIS. cùm lunâ bicorni. *Hen. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PTR. *MDM.*

IVL CRISPVS CAESAR. Caput Crispi ut suprà.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris F/H. in imâ parte PSIS. *Ducang.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi galeatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà, cum VOT. XX. in labaro, absque literis in areâ : in imâ parte AQT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ gestat spiculum, sinistrâ clypeum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ C. à sinistris R. in imâ parte PLC. *Regius.*

DN CRISPO NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. Regius. Brandenburg. Ducang.*

CRISPO NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi galeatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ A. à sinistris S. in imâ parte PLC. *Fouc. RE.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà

(1) Aves duas in extremo nummi hujus margine expressas fuisse vix adducor ut credam : captivi fortè duo sunt, ut in superioribus nummis.

(2) Similis huic nummus occurrit in Licinio Jun. Nummus hic rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum.

(3) Eadem epigraphe occurrit primum in nummis Constantini patris : nummus rarissimus imò singularis est, & desideratur in Collectione Mediobarbi.

absque literis in areâ : in imâ parte FLN. *Fouc.*

Alius cum PLON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum verò umbilicatum sinistrâ.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : in imâ parte PTR. *MDM.*

Alius cum S T. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte TSA. *Frad.*

DN CRISPO NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VIRTVS EXERCIT. (1) Trophæum erectum inter captivos duos adversos humi sedentes : à dextris in areâ R. à sinistris S. in imâ parte PLC. *Regius.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi galeatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ stella : in imâ parte PTR. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà absque stellâ in areâ : in imâ parte STR. *Regius. Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorsum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ stella : in imâ parte STR. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOBILISS CAES. Caput Crispi cum coronâ rostratâ, quæ videtur desinere in proram navis.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà absque stellâ in areâ : in imâ parte STR. *Hard.*

IVL CRISPVS NOB CAES. Crispus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum, sinistrâ clypeum.

VIRTVS EXERCIT. Typus ut suprà : à dextris in areâ S. à sinistris A. in imâ parte ЄSIS. cum lunâ bicorni & stellâ. *Fouc.*

CRISPVS NOBIL CAES. Caput Crispi laureatum ad humeros, sinistrorsum.

VOTA PVBLICA. (2) Isis stans dextrâ tenet sistrum, sinistrâ situlam. *Regius.*

CRISPVS NOBIL CAESAR. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOTA PVBLICA. Triremis cum velo, in quâ figura. *RE.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VOTA PVBLICA. Mercurius habitu militari stans cum attributis. *Regius. Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte AQT. *RE.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte AQT. *Fouc.*

(1) Tres è Grutero Inscriptiones quæ Crispi mentionem faciunt, exhibuimus : hîc quartam proponimus è pag. 363.

FELICITER
DD. NN. CRISPO. ET CONSTAN
TINO. NOBB. CAESS IT. COSS
X. KAL MAI
QVOD. Q. ARADIVM. VAL. PROCVLVM
V. C. PRAESIDEM. PROV. VAL. BYZAC
FAVSTIANENSES. PATRONVM. COOP
TARENT. CVM. LIBERIS. POSTERISQVE
EIVS. SIBI. LIBERIS. POSTERISQVE
SVIS. TESSERAM. HOSPITALEM
CVM. EO. FECERVNT. VTI. SE. IN. FIDEM
ATQVE. CLIENTELAM VEL. SVAM
VEL. POSTERORVM. SVORVM
RECIPERET. ATQVE. ITA. IN. HAC
RE. SPLENDIDISSIMVS' ORDO
EIVSDEM. CIVITATIS' FAVSTI
ANENSIS' LEGATIONEM' PRO
SECVTVS' EST'

(2) Nummus hic & duo sequentes rarissimi sunt, & desiderantur hic & sequens in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad Juliani nummos adnotamus.

IVL

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi ut suprà.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte ASIS. *Regius.*

Alius cum ASIS. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte B. PJCT. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte BSIS. & stella. *Fouc.*

Alius cum RSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RSIS. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. RE. *Fontaine.*

FL IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi ut suprà.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte ASIS. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi ut suprà.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PSIS. *Fouc.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PT. RE.

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.* RE.

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte RT. *Collegii.*

Alius cum SIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VOTIS V. in mediâ nummi areâ, & in circulum CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte TA. *Fouc.*

Alius cum T A. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte T A. lunâ bicorni intermediâ. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte T A. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc.*

CRISPVS NOB CAE. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VOT. V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM in imâ parte TR. RE.

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VOT. V. in mediâ nummi areâ, & in circulum CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte TSΔVI. *Frad.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

VOT V. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte TSΔVI. *Fouc. Frad.*

CRISPVS NOBILIS CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ, sinistrorsum.

VOT V MVLT X CAESS TSЄ. (1) in coronâ. *Fouc.*

DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT V MVLT X CAESS TSЄ. in coronâ. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum TT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VOT X. inter duos palmæ ramos in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte AQS. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X. inter duos palmæ ramos in coronâ, circà quam DOMINOR NOSTRORVM. in imâ parte AQT. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte ARLT. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi ut suprà.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte ASIS. & corona radiata. *Fouc.*

(1) Nummus hic & duo sequentes rari sunt, & desiderantur in Mediobarbo. Vide nummos similes Licinii Jun.

Alius cum ASIS. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TSIS. & coronâ radiatâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum ΔSIS. & coronâ radiatâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Collegii.*

Alius cum ЄSIS. & coronâ radiatâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Collegii.*

Alius cum ЄSIS. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte P AR. stellâ intermediâ. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi ut suprà.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PLC. *Regius.*

Alius cum PLCC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Collegii.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PLCC. *Fouc. Fontaine.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi laureatum ad humeros, sinistrorsum.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PLON. & luna bicornis. *Fouc. RE. Collegii.*

Alius cum PLON. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Fauvel. Le Roy.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorsum.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PTR. *Fouc.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà, sinistrorsum.

VOT X. cum lunâ bicorni in coronâ, circà quam DOMINOR NOSTROR CAESS. in imâ parte QS. *Fouc.*

Alius cum QT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte RS. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte RT. *Fouc.*

IVL CRISPVS NOB C. Caput Crispi laureatum, ad humeros.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte SIS. *Brandenburg.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte T AR. stellâ intermediâ. *Fouc. Regius. RE. Ducang.*

Alius cum T R. lunâ bicorni cum stellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CRISPVS NOB CAE. Caput Crispi ut suprà.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte T R. lunâ bicorni cum stellâ intermediâ. *RE.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

VOT X. (1) in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte TSΔVI. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Crispi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESA-

(1) Crispum nummi Julium semper appellant, sed in Inscriptione quam hîc è Grutero pag. 384. exhibemus, Valerius dicitur.

FLAVIO. VALERIO. CRISPO
NOBILISSIMO. CAES. FILIO
CONSTANTINI. MAXIMI
ADQVE. INVICTI. SEMPER. AVG
ET. NEPOTI. DIVI CONSTANTI
OVINIVS. GALLICANVS. V. C
PRAEF. VRB. ET. IVDEX. SACRARVM
COGNITIONVM. DEVOTVS
N. M. Q. EIVS

RVM NOSTRORVM. in imâ parte TSAVI. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X. in coronâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte TSAVI. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X. in coronâ, circà quam DOMINOR NOSTR CAESS. in imâ parte T T. *Fontaine.*

CRISPVS NOB CAES. Caput Crispi ut suprà.

VOT XX. (1) in coronâ, circà quam DN CONSTANTINI MAX AVG. in imâ parte ST. *Hard.*

(1) Nummus hic Crispi rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum. Vide quæ suprà adnotavimus ad nummum inscriptum, BEATA TRANQVILLITAS.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *incerti moduli.*

FL IVL CRISPVS NOB CAES.

ALAMANNIA CAPTA. (1)

Eadem epigraphe.

ALAMANNIA DEVICTA. SIRMI. Victoria prosternens captivum.

Eadem epigraphe.

BEATA TRANQVILLITAS. PTR. Cippus in quo VOT XX.

IVL CRISPVS NOB CAES.

BEATA TRANQVILLITAS. STR. Globus aræ impositus: in arâ VOT XX.

DN CRISPO NOB CAES.

BEATA TRANQVILLITAS. PLC. Ara imposita globo, in quo VOT XX.

CRISPVS NOBIL C. Capite galeato: *in alio* CAESAR.

BEATA TRANQVILLITAS. PLON. Cippus in quo VOTIS XX. suprà cippum globus cum tribus stellis.

Alius cum FLN. eodem typo.

CRISPVS NOB CAES.

BEATA TRANQVILLITAS. RCPLC. Typus ut suprà.

FL IVL CRISPVS NOB CAES. *alius* PRINCEPS IVVENTVTIS.

CLARITAS REIPVBLICAE. FT. (2) Figura nuda radiata stans, dextrâ clypeum elevans, sinistrâ globum.

DN FL IVL CRISPVS NOB CAES.

IOVI CONSERVATORI. SMKB. Jupiter stans, dextrâ Victoriolam, sinistrâ hastam, cum duobus captivis.

DN FL CRISPVS NOB CAES.

IOVI CONSERVATORI. X SMKΔ. (3) Jupiter sedens, dextrâ Victoriolam, sinistrâ hastam: ad pedes hinc aquila sertum rostro tenens, illinc captivus humi sedens.

DN FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput laureatum cum busto, dextrâ tria spicula, sinistrâ sceptrum.

IOVI CONSERVATORI AVGG. ℞ ARM. Jupiter stans, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam: ad latus laurea.

FL IVL CRISPVS NOB CAES. Caput laureatum cum scuto, & laureâ.

MONETA CAESARVM. (4) Tres Monetæ cum attributis.

Eadem epigraphe.

MONETA VRBIS VESTRAE. Typus ut suprà.

CRISPVS NOB CAES.

PRINCIP IVVENT. Figura stans, dextrâ ramum, sinistrâ pilum.

CRISPVS NOBIL CAES.

PRINCIPI IVVENTVTIS. AS. Figura militaris stans, dextrâ hastam, sinistrâ scutum.

IVL CRISPVS NOB CAES.

PRINCIPI IVVENTVTIS. PP. Typus ut suprà.

FL IVL CRISPVS NOB CAES. *alii* PRINCEPS IVVENTVTIS.

PROVID. (5) Castra Prætoria.

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIAE CAESS. (6) Ædificium cui insistunt duæ aquilæ intermediâ stellâ: in imâ parte RΩQ.

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo.

CRISPVS NOB CAES. Crispus laureatus, habitu Consulari, dextram protendens, sinistrâ scipionem cum aquilâ.

(1) Epigraphe nova; nummus verò rarissimus, imò singularis exscriptus est è Goltzio.

(2) Nummum hunc ex Occone exhibet Mediobarbus; sed videtur perperam descriptus; Sol enim dextram tantùm elevat, non verò clypeum, ut videre est suprà.

(3) Nummi Crispi cum hoc typo inter rariores recensendi sunt.

(4) Epigraphe hæc in hoc Cæsare tantùm occurrit. Nummum hunc rarissimum exhibet Mediobarbus ex Indice Polatio.

(5) An sint ulli nummi cum hac capitis epigraphe nonnulli merito dubitant: probabile est nummos aliquot ad Occonem simul missos fuisse, inter quos unus alterve hanc epigraphen PRINCEPS IVVENTVTIS. in aversâ præferebat, quam capitis epigraphen esse, ambiguâ voce *alius* deceptus, credidit.

(6) Ædeficium seu Castra more solito cum turribus aut ornamentis, quæ Occoni Aquilæ visæ sunt,

SALVS ET SPES XR PVBLICAE. (1) Figura stolata sedens, dextram protendens, sinistrâ crucem, huic adstant duæ figuræ militares, infrà SP. *Ducang.*

CRISPVS ET CONSTANT IVN NOBB CAESS. Duæ figuræ tenentes globum cum Victoriolâ, alia equum, alia peltam.

Sine epigraphe. (2) Figura insidens media duabus equestribus, cum septem stellis, & duobus serpentibus: in imâ parte CONOB.

FL IVL CRISPVS NOB CAES. *in aliis* PRINCEPS IVVENTVTIS.

VBIQVE VICTORES. (3) Figura militaris stans inter duos captivos, dextrâ hastam, sinistrâ globum, in quo VOTIS XX.

FL IVL CRISPVS NOB CAES.

VICTORIA CRISPI CAES. Victoria sedens, ante cujus pedes puerulus alatus, qui cum priori figurâ tenet clypeum, in quo VOT X.

IVL CRISPVS NOB CAES.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. ASIS. Duæ Victoriæ alatæ tenentes clypeum, in quo VOT PR.

FL IVL CRISPVS NOB CAES.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. STR. Typus ut suprà.

IVL CRISPVS NOB CAE. Caput coronâ gemmatâ, dextrâ hastam, sinistrâ clypeum.

VIRTVS EXERCIT. LSIS. Labarum in quo VOT ✠. ad cujus pedem duo captivi.

...........

VIRTVS EXERCIT. SIS. Trophæum cum duobus captivis, in medio labarum, in quo VOT ✠.

DN FL IVL CRISPVS NOB C. *in alio* NOB CAES.

VIRTVS EXERCIT. VOT X. SC. Labarum cum duobus captivis.

FL IVL CRISPVS NOB CAES. *in aliis* PRINCEPS IVVENTVTIS.

VIRTVS EXERCIT. Duo captivi labaro assidentes, in quo VOT XX.

DN CRISPO NOB CAES.

VIRTVS EXERCIT. FLN. Typus ut suprà.

Alius cum NSPLC. eodem typo.

Alius cum PTR. eodem typo.

Alius cum ST NOP. eodem typo.

CRISPVS NOB CAES.

VOT V. AQS. in coronâ querceâ.

Eadem epigraphe.

VOT V. SIS. in coronâ querceâ.

FL IVL CRISPVS NOB CAES.

VOT V. in coronâ laureâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte TAV.

Alius cum TSAVI. in imâ parte, eodem typo.

CRISPVS NOB CAES.

VOT X. TA. in coronâ querceâ.

IVL CRISPVS NOB C.

VOT X. in coronâ laureâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte ASIS.

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo.

DN FL IVL CRISPVS NOB C. *in alio* NOB CAES.

VOT X. in coronâ laureâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte ASIS.

Alius cum TSIS. & stellâ in imâ parte, eodem typo.

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo.

FL IVL CRISPVS NOB CAES.

VOT X. in coronâ laureâ, circà quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PLCC.

CRISPVS NOB CAES.

VOT X. in coronâ laureâ, circà quam DOMINORVM NOSTRORVM CAESS. in imâ parte TT.

Eadem epigraphe.

VOT X ET XV. F REVCP. (4) in laureâ.

CRISPVS NOB CAESAR.

VOT XX. PLON. in coronâ querceâ.

Eadem epigraphe.

VOT XX. TSA. in coronâ querceâ.

(1) Nummum hunc è Baronio & Gretsero exhibuit Ducangius, sed malè, ut quidem videtur, descriptum: in aversâ enim parte libentius legero SALVS ET SPES REIPVBLICAE. Typus verò non figuræ stolatæ est, sed Constantini sedentis inter filios duos Crispum, & Constantinum Juniorem. Atqui sic quoque nummus hic inter singulares reponendus est; sed eadem epigraphe in Constantino jam occurrit cum eodem typo in ære Maximo, in auro cum diverso; illic igitur vide quæ adnotavimus.

(2) Nummus rarissimus, imò singularis ex Occone exscriptus; sed de ejus typo difficile est quidpiam certi statuere, ita malè descriptus est.

(3) Nummum hunc & sequentem rarissimos ex Occone profert Mediobarbus. Vide nummos ejus aureos his fermè similes.

(4) Nummus hic Crispi & duo sequentes inter rariores recensendi sunt.

# HELENA.

HELENA Criſpi conjux filium vel filiam ei peperit anno 322. ut conſtat ex lege quâdam ejus anni, in Codicem Theodoſianum relatâ, qua Conſtantinus crimina reorum indulgentiâ abolet ob Criſpi & Helenæ partum : ſed de Principis fæminæ natalibus, vitâ, morte Scriptores ſilent.



## *NUMISMATA ARGENTEA.*

HELENA N F. Caput Helenæ cum ſtola ad pectus.

Sine epigraphe. (1) Sydus in coronâ. *Albert. Triſtan.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis in Mediobarbo deeſt. Literas N F. *Nobiliſſima fæmina* interpretamur, cum aſſenſu eruditorum, quorum quidam nummum ad Helenam Conſtantii conjugem, matrem Conſtantini, Criſpi aviam referunt ; mea quidem ſententia minus rectè : cur enim Nobiliſſima vocaretur ? Contra titulus ille in Criſpi, hoc eſt, Nobiliſſimi Cæſaris conjugem optimè convenit. Objiciet fortaſſe aliquis, eadem ratione nummum ad Helenam Juliani pertinere poſſe ; ſed hanc opinionem promenti referemus in more poſitum olim fuiſſe, ut Auguſto nata, ſi Cæſari nupſiſſet, Auguſta appellaretur ; at Helenæ huic patrem fuiſſe Conſtantinum Auguſtum. Non diſſimulandum videtur, docto cuidam viro Helenam *Nobiliſſimam Felicem* dictam hoc in nummo videri, eidemque *Nurum Fauſtæ* haud diſplicuiſſe ; ſed Criſpi conjux, Conſtantini, non Fauſtæ nurus fuit ; deinde nova eſt hæc & ad hanc diem inaudita fæminam Principem à ſocru commendandi ratio : poſtremo neſcio quid duri in hac interpretatione *Nobiliſſima Felix*, aures noſtras offendi : *Nobiliſſima* verò *Fæmina* dici perinde potuit, ac ſanctiſſima fæmina, primaria fæmina apud Auctores apprimè latinos.

# CALOCERUS.

CALOCERUS Conſtantini ætate Tyrannus, aut verius latronum Dux in Cypro Inſulâ fuiſſe fertur, ignobiliſſimus vir, qui ducendis camelis vitam hactenus ſuſtentaverat, ſi quam fidem Aurelius Victor hac in parte mereatur : ſed à Delmatio Conſtantini fratris filio captus aut anno 324. aut ſequenti, ac ſervilibus pœnis affectus eſt : vivum Tarſi exuſtum fuiſſe Theophanes ſcribit.

# DELMATIUS.

FLAVIUS JULIUS DELMATIUS, Delmatii filius fuit, ejus quem Cenſoriâ dignitate ornatum Conſtantinus frater Antiochiam anno 333. miſit, ut de homicidii crimine cujus S. Athanaſium Ariani reum detulerant, cognoſceret. Huic Hannibaliano quoque nomen fuiſſe prodidit Theophanes, quem Recentiores nonnulli ſequuntur : ſed tres è Theodorâ filios

Constantio Chloro fuisse constat, quorum unus in Theophane desideratur; quamobrem videndum ne ejus Scriptoris oratio à librariis forsan deformata erroris ansam præbeat. Certè Delmatium & Hannibalianum pro duobus exhibet Chronici Alexandrini Auctor: ipse verò Theophanes tertium Constantini fratrem alio in loco Gallum appellat, contrà quam Zonaras, qui hunc Constantinum quoque nuncupatum fuisse tradit. Cæterum Delmatio Censori duo liberi fuere, Delmatius & Hannibalianus, uterque in Galliis natus, & quidem Tolosæ, ut videtur, quo horum pater ablegatus fuerat. Liberalibus artibus instituti, Exuperiumque Rhetorem audiisse feruntur; postquam adolevere, militiæ nomen dedere, quâ Delmatium ad maximam claritudinem pervenisse apparet, cum Romanis exercitibus à patruo præfectus sit. Calocerum quendam in Cypro Insulâ rebellantem ab illo anno 334. vel sequenti oppressum constat: anno verò 335. die 24. Septembris Cæsar creatus, Gothicum limitem tuendum accepit, attributæque illi Thracia, Macedonia & Achaia Provinciæ, quibus postquam triennium imperasset, postremo in militari tumultu interfectus est. Ita plerique Scriptores, per quos an liceat Delmatii cædem ad annum 337. referre, ut Pagio placuit, peritiores viderint: nos anno 338. altero scil. Constantii interfectum duplici de causâ existimamus; quòd ea veterum sententia fuit, ac deinde quod Julianum octo annos tum natum fuisse Socrates & Cedrenus testantur, quem anno 363. duos ac triginta annos natum perire videbimus. Cæterum ea Constantini mens fuisse videtur, ut commissas sibi Provincias Delmatius & Hannibalianus eodem jure quo filii sui administrarent; sed post fortissimi Principis mortem præcipui Duces communicatis inter se consiliis, neminem sibi Augustum præter ejus liberos imperare statuerunt; horumque judicium Senatus confirmavit: quâ in re cum Constantio non satisfieret, qui patrueles quovis titulo in partem potestatis venire indignè ferebat; subornati ab eo nonnulli traduntur, qui suspicionem movendo ne in Constantinum fratres sui veneno grassati essent, plerosque milites ita concitarunt, ut hos primum, ac deinde cæteros agnatos (in his Delmatium) è medio sustulerint: atque intrà breve tempus duos Constantini Magni fratres, quinque fratrum filios cæsos fuisse Julianus testatur.



## NUMISMATA AUREA.

FL DELMATIVS NOB C.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura stans inter duo signa militaria, & labarum: in imâ parte TR. *MB*.

FL DELMATIVS NOB CAES. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum paludamento.
PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Figura

(1) Nummi Delmatii ex auro rarissimi sunt.

militaris paludata ſtans, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ ſcipionem; à ſiniſtris duo ſigna militaria erecta: in imâ parte TR. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Delmatii diademate cinctum; ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte TSЄ. *Regius.*

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

FL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GLORIA EXERCITVS. (1) Duæ figuræ militares cum haſtis & clypeis humi poſitis, duobus ſignis militaribus intermediis: in imâ parte R S. ſtellâ intermediâ. *Bau.*

FL DELMATIVS NOB CAES. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà: in imâ parte SCONST. *Albert.*

FL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii ut ſuprà.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà, unico ſigno militari intermedio: in imâ parte SIS. & ſtella. *Bau.*

(1) Delmatii nummi ex argento rariſſimi ſunt, nec ullus apud Mediobarbum extat.

## *NUMISMATA Æ. III.*

FL DELMATIVS NOB CAES. Caput Delmatii

DELMATIVS CAESAR. (1) Victoria cum coronâ. *MB.*

FL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Figuræ duæ militares ſtantes ex adverſo, ſingulæ alterâ manu haſtæ adnituntur, alterâ verò clypeum humi poſitum tenent: inter utramque figuram labarum in quo corona laurea: in imâ parte BSIS. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram ſignum militare erectum: in imâ parte CONSP. *Frad.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum ESIS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum GCV. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum PSIS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum R Q. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SMTSЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Delmatii laureatum, ad humeros.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PCONST. *Cham.*

Alius cum SKAMI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà: in imâ parte R Q. coronâ laureâ intermediâ. *Fontaine.*

FL IVL DELMATIVS NOB C.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà: in imâ parte ASIS. *MB.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

FL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram labarum, in quo Chriſti monogramma: in imâ parte PCONS. *Fouc.*

Alius cum R Q. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMALA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMALE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SMISE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum SMN. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL DELMATIVS NOB CAES. Caput Delmatii ut ſuprà.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMKГ. *Fouc.*

(1) Nummum hunc rariſſimum, imò ſingularem Mediobarbus exſcripſit è Spanhemio, qui in Theſauro Chriſtinæ Suecorum Reginæ aſſervatum prodit. Nummus propemodum ſimilis Criſpo cuſus olim fuerat, ob Victorias de Francis & Alamannis: haud dubium verò quin Victoria de Calocero hîc prædicetur, quem ante annum quam Cæſar crearetur, Delmatius novas res in inſulâ Cypro molientem oppreſſit.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà : inter utramque figuram signa duo militaria erecta, & inter signa supernè quiddam incognitum: in imâ parte PCONST. *Fauvel.*

Alius cum PCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii ut suprà.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà, sed nil inter signa : in imâ parte SM. AN. I. *Fouc.*

Alius cum SMTSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL IVL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GLORIA EXERCITVS. (1) Typus ut suprà : in imâ parte SMKA. & stella. *Fontaine.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

Alius cum SMKG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

FL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii laureatum, ad humeros.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà, cum F. inter signa militaria : in imâ parte... O... *Cham.*

FL DELMATIVS N CAES. Caput Delmatii nudum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà : inter utramque figuram trophæum : in imâ parte SMALE. *RE.*

FL DELMATIVS NOB C. Caput Delmatii laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (2) Figura militaris paludata stans, dextrâ labarum tenet, sinistrâ hastam puram ; à sinistris signa duo militaria : in imâ parte TR. *Tristan.*

(1) Nummi hi ob capitis epigraphen cum rarioribus adnumerandi sunt.
(2) Licet hujus Cæsaris nummi omnes rari sint, hic tamen rarissimus est.

# HANNIBALIANUS.

FLAVIUS CLAUDIUS HANNIBALIANUS alter Delmatii Censoris filius, Tolosæ natus est, auditoque Exuperio Rhetore, militaribus deinde artibus institutus est, & postremò Nobilissimus à Constantino patruo appellatus est, ( novum id honoris nomen ) Cappadociæque & Armeniæ præfectus est, quas cum Regis titulo ad annum 338. administravit. Hoc demum anno militari tumultu interfectum conjicimus, tametsi Pagius eam cædem ad superiorem annum referre mavult : sed Delmatium vide sis suprà : amborum enim fratrum mortem ad idem tempus pertinere, ex Chronici Alexandrini Auctore, hac in parte licet miserè deformato, colligi posse videtur. Constantinam Constantini filiam Hannibalianus uxorem duxerat, quæ deinde Gallo nupsit.




## NUMISMATA Æ. III.

FL HANNIBALIANO REGI. Caput Hannibaliani nudum, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS PVBLICA. Fluvius sedens à dextris sinistrorsum, dextrâ baculo innititur, sinistrâ urnæ impositâ : à sinistris arundo crescens. *Regius. Collegii.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMNKS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

FL CL HANNIBALIANO REGI. Caput Hannibaliani ut suprà.

SECVRITAS PVBLICA. Fluvius sedens

dens utrâque manu baculo innititur : à dextris urna, latere lævo crescente arundine : in imâ parte CONOB. *Ducang.*

FL CL HANNIBALLIANO (sic) REGI. Caput Hannibaliani ut suprà.


SECVRITAS PVBLICA. Typus ut suprà, cum CONOB. in imâ parte. *Tristan.*
Eadem epigraphe. Hannibalianus capite nudo cum medio corpore.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (1) Fluvius decumbens dextrâ tenet hastam, sinistrâ algam. *RE.*

(1) Cùm nummi omnes Hannibaliani rari sunt, tùm hic rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo : utraque verò epigraphe nova cum hujusmodi typo conjuncta. Euphratem hîc repræsentari Tristanus rectè monet, qui Cappadociam meridiem & Orientem versus à Syria & ab Armenia distermінet ; sed non tam à flumine, quam à rege sibi imposito Cappadocas securitatem sperare voluit Constantinus Hannibaliani patruus, quapropter Euphrates securitas Reipublicæ idcirco dici videtur, quia ejus ripam novus Rex fortissimis castellis, & acribus militum custodiis munierat, perinde atque Salus Reipublicæ Danubius in Constantino, Salus Provinciarum Rhenus in Postumis dicuntur, quod in utriusque ripa castella extruxissent, ille etiam lapideo ponte junctus esset.

# CONSTANTINUS JUN.

FLAVIUS CLAUDIUS CONSTANTINUS, Constantini filius fuit, natu maximus horum quos ex alterâ uxore Faustâ suscepit : quo anno, quâve in urbe natus sit difficile est statuere : sed Cæsar Kal. Martiis anni 317. una cum fratre Crispo, & Licinio Jun. patruele creatus est, Imperatoriisque artibus præclarè institutus, bellum adversus Gothos anno 332. administravit, quos variis cladibus attritos, partâ etiam die 28. Aprilis nobilissimâ victoriâ, ad pacem denique petendam compulisse fertur. Galliis deinde præfectus est, quas usque ad Alpes Cottias una cum Hispaniâ ac Britanniâ post patris mortem retinuit. His Africæ partem adjungunt nonnulli ; quod Constantinopolim vero quoque huic per annum paruisse scribit Chronici Alexandrini Auctor, videndum ne eum fefellerit lex quædam, quæ cum Constantino soli tribueretur, trium fratrum tamen consilio promulgata sit : ita enim Provincias sibi à patre commissas tenuisse videntur, ut universum tamen Romanum Orbem communi & individuâ potestate administrarint, ad annum usque 338. quo Sirmium convenisse, Imperiumque inter se partiti feruntur. Cæterum die 9. Septembris anni 337. Augustus appellari cœpit Constantinus, cum Cæsar viginti annos, & aliquot dies suprà menses sex fuisset : sed sorte suâ minus contentus, Italiam cæteris Provinciis adjicere volebat, quâ cum Constans frater cedere nollet, primum simultates cum hoc gerere, mox vi armorum hunc exturbare statuit. Enimverò quàm iniquum, tam exitiabile hoc bellum Constantino fuit : in insidias enim delapsus, quas ipsi prope Aquileiam Dux Constantis quidam paraverat, multis vulneribus confossus in acie periit : corpus in Alsam flumen projectum, inde tamen extractum, & Constantinopolim delatum est, si quæ recentioribus Græculis fides. Ejus cædem ad annum 340. pertinere constat, & quidem ad primos ejus anni menses ; cum ante diem 9. Aprilis Constantem Aquileiam venisse reperiamus, quem in Daciâ tum fuisse cum fraternæ acies inter se concurrerunt, Zonaras testatur. Uxores duas adhuc Cæsar duxerat, quarum nomina ad nos non pervenerunt, tertiam per legatos ex Hispaniâ paucis ante mortem diebus acciri jusserat.


D N CONSTA NS P F AVG
Æ.M.
GLORIA RO MANORVM
CONSTANS P F AVG
VICTORIA AVGG NN
VOT X
D N FL CONS TANS AVG
Æ.M.
DEBELLATOR GENTI
CONSTAN S P F AVG
Æ.M.
Æ.M.
D N FL CONSTANS AVG
GLORIA RO MANORVM
Æ.I.
ROMA BEATA

## *NUMISMATA AUREA.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTINVS CAES. (1) Victoria gradiens ad sinistram cum coronâ & palmâ: in imâ parte CONS. *Regius.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. ut suprà.

CONSTANTINVS CAESAR. Typus ut suprà: in imâ parte CONS. *Farnesianus.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. cum diademate, vultu in sublime erecto.

CONSTANTINVS CAESAR. (2) Typus ut suprà: in imâ parte CONS. *M.*

Alius cum N. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C.

GAVDIVM ROMANORVM. (3) Alamannia plorans trophæum aversa suspicit: in imâ parte ALAMANNIA TRA. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros.

GAVDIVM ROMANORVM. Trophæum ad cujus imum Sarmatia sedens plorat, ac ipsum respectat, à sinistris tres clypei jacent: in imâ parte SARMATIA. *Farnesianus.*

FL CL CONSTANTINVS PIVS FELIX AVG.

GLORIA ROMANORVM. (4) Roma sedens dextrâ Victoriolam, sinistrâ pilum: in imâ parte TES. *MB.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris paludata stans, dextrâ tenet hastile, sinistrâ globum gestat: in imâ parte PTR. *Regius. Ducang. Hard. MB.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris paludata stans, dextrâ tenet labarum, sinistrâ scipionem; à tergo duo signa militaria: in imâ parte SIS. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. cum fasciâ seu diademate, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut suprà: in imâ parte TR. *Regius. Ducang. MB.*

FL CL CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPIA IVVENTVTIS. (5) Constantinus Jun. paludatus stans, & dextro pede calcans fæminam supplicem, dextrâ sustinet globum, sinistrâ hastæ adnititur: in imâ parte SARMATIA. TR. *Hard.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

VBIQVE VICTORES. Imperator paludatus sinistrorsum conversus stans, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ globum: ad pedes captivi duo sedentes: in imâ parte TR. *Regius. Ducang. MB.*

FL CL CONSTANTINVS IVNIOR NOBILISS CAES. Caput Constantini Jun. cum coronâ radiatâ, ad pectus cum paludamento.

(1) Nummi hujuscemodi rari sunt, & desiderantur ex auro in Mediobarbo; cusi verò videntur post annum 332. quo Gothos gravissimis cladibus afflictos, parta etiam die 28. Aprilis nobili inter paucas victoria, ut pacem peterent, compulit. Cæterum nummi hujus Augusti, qui notam solitam, *MB.* non habent, desiderantur in Mediobarbo.

(2) Sunt qui hujuscemodi nummos ad Constantinum Magnum referendos esse aiunt. Vide quæ suprà pag. 252. ex Eusebio adnotavimus.

(3) Nummum hunc rarissimum ex Occone exscripsit Mediobarbus, retulitque ad victoriam Crispi de Alamannis, optimo, ut mihi quidem videtur, consilio; nam ex quo tempore Constantinus Jun. Cæsaris fastigio auctus est, hujus unius belli adversus Germanicas gentes mentionem faciunt Scriptores; quapropter pacem deinde ab his bona fide cultam, quandiu Constantinus orbi Romano præfuit, satis constare videtur. Quod si Crispi decora hoc in nummo ad Cæsaris nostri gloriam vertuntur, sequentem etiam nummum ad victoriam Constantini patris de Sarmatis referre per me licet; maximè cum incertum sit an cum Sarmatis manum unquam conseruerit Constantinus Jun. Gothos quidem in Sarmatarum gratiam ejus ductu memorabili prælio fusos anno 332. fuisse comperimus: Sarmatas verò ipsos, tametsi beneficii accepti immemores limitem latrociniis infestarint, an justo bello persequi necesse fuerit, haud satis scio; quos constat superioribus cladibus ita debilitatos fuisse, ut Gothorum impressionem sustinere non potuerint; imo haud multo post ex avitis sedibus à servis suis ejecti sint, quos, juventute superioribus bellis amissa, armare coacti fuerant. Nummus sequens rarissimus etiam est, & desideratur in Mediobarbo.

(4) Hæc epigraphe in Constantino M. primum occurrit, sed cum typo diverso; nummus hic rarissimus est.

(5) Nummum hunc rarissimum, imo singularem exscripsit Erud. Harduinus è Schedis Peirescianis, monetque pondo esse quatuor solidorum.

VBIQVE VICTORES. (1) Typus ut suprà: in imâ parte SM. TS. *M. maximi moduli.*

. . . . . . . . . . . .

VICTORIA AVGG. TR. COM. (2) Imperatores duo sedentes globum in medio dextris tenentes; suprà cathedram volat Victoria. *MB.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. cum diademate, vultu in sublime erecto.

VIRTVS CONSTANTINI AVG. (3) Imperator paludatus stans, dextrâ tenet crucem seu labarum, sinistrâ clypeo innititur; ad pedes utrinque captivi sedentes: in imâ parte SMTS. *M.*

(1) Cum eadem epigraphe occurrunt nummi in Licinio, Constantino M. & Crispo. Nummus hic rarissimus est.

(2) Typus hic occurrit etiam in nummo aureo Val. Maximiani inscripto CONCORDIAE AVGG NN. sed cum hac epigraphe nunc primum occurrit; nummus rarissimus exhibetur à Mediobarbo ex Arschotano cimelio. Similem nummum profert etiam Oiselius, nisi quod in medio eorum lauri ramus è terra erumpit, & literæ TR. desiderantur. Sic ad eum laudatus Oiselius: Imperatores, inquit, duo habitu Augustali in Solio Imperatorio sedentes, & manibus Orbem Terrarum, ad ejus Imperium designandum, tenentes; à tergo Solii adest Victoria, aut forsan *Angelus Tutelaris*, sive *Custos*, alis expansis Imperatores quasi obumbrans, & protegens. Idem Schema sæpiùs in Nummis posteriorum Imperatorum occurrit.

(3) Nummus hic rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum. Hunc etiam nummum ob capitis typum ad Constantinum Magnum referendum putant.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

ALAMANNIA DEVICTA. (1) Victoria stans, & captivum humi sedentem pede sinistro calcans, dextrâ tenet trophæum, sinistrâ palmam: in imâ parte SIRM. *Fontaine.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Constantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ elatâ.

BEATA TRANQVILLITAS. (2) Ara quadrata suprà quam globus cum circulis, & VOTIS XX. supernè tres stellæ: in imâ parte PTR. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Constantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum trabeâ, sinistrorsum, dextrâ tenet scipionem cum aquilâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà: in imâ parte PTR. & luna bicornis. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Constantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet Victoriolam.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut suprà: in imâ parte STR. *Regius.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. nudum, ad humeros cum paludamento.

CLARITAS REIPVBLICAE. (3) Sol capite radiato nudus cum pallio brachio sinistro collecto, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ protensâ & expansâ, globum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte ATR. *Fouc.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. coronâ gemmatâ cinctum.

CONSTANTINVS AVG. Victoria gradiens, dextrâ sertum, sinistrâ ramum palmæ: in imâ parte SMV. *MB.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. ut suprà.

CONSTANTINVS AVG. Quatuor labara erecta: in imâ parte CONS. *MB.*

FL CL CONSTANTINVS IV..... Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros.

GAVDIVM ROMANORVM. (4) Trophæum erectum, sub quo figura muliebris sedet retrospiciens: in imâ parte SARMATIA. *Farnesianus.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

PROVIDENTIAE CAESS. Castrorum porta: in imâ parte SMALA. *Fouc.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento, sinistrorsum.

SOLI INVICTO COMITI. (5) Sol capite radiato nudus, cum pallio brachio sinistro collecto, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ elatâ, sinistrâ globum tenet: à dextris in areâ luna bicornis, à sinistris stella: in imâ parte PLM. *Fouc.*

DN CONSTANTINVS IVN N C.

(1) Nummi similes in Crispo occurrunt, vide quæ ibi adnotavimus. Nummi ex argento qui notam *MB.* non habent, desiderantur apud Mediobarbum.

(2) Vide quæ ad nummos similes Crispi Cæsaris adnotavimus.

(3) Vide quæ ad nummum Constantini patris cum eadem epigraphe adnotavimus.

(4) Nummus rarissimus, cui similem ex auro vide suprà, & ibi quæ monuimus.

(5) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est.

VICTORIA AVGG. Figura sedens, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam puram: in imâ parte TRS. cum cruciculâ. *MB.*

DN CONSTANTINVS P F AVG.

VICTORIA AVGG. Figura sedens, dextrâ tenens globum cum Victoriâ, sinistrâ labarum: in imâ parte TAMS. *MB.*

DN CONSTANTINVS IV N C. Caput Constantini Jun. diademate cinctum.

VICTORIA AVGG. Figura muliebris stolata sedens, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastam transversam sinistrâ tenet; ante eam crux: in imâ parte TR. S. *Tristan. MB.*

DN CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini Jun. coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AAAAVGGGG. (1) Figura muliebris galeata & paludata sedens, dextrâ tenet globum cum Victoriâ, sinistrâ hastæ ferratæ inversæ innititur: in imâ parte SMLO. *Brandenburg.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento, dextrorsum.

VICTORIAE LAETAE PRINC PERP. Victoriæ duæ tunicatæ stantes ex adverso arâ quadratâ intermediâ, utrâque manu sustinent coronam in quâ VOT. P. R. in imâ parte PLN. *Fouc.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Constantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ.

VIRTVS EXERCIT. (2) Trophæum inter captivos duos aversos humi sedentes: à dextris in areâ A. à sinistris S. in imâ parte PLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VOT. V MVLT X CAESS TSB. in coronâ. *Fontaine.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES.

VOT X. in coronâ, circâ quam CAESARVM NOSTRORVM. *MB.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros, sinistrorsum.

VOT X. in coronâ, circâ quam CAESARVM NOSTRORVM. in imâ parte PTR. & luna bicornis. *Cham.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DB.*

CAESAR. Caput nudum Constantini Jun. ut videtur.

XX. in coronâ: in imâ parte CONST. *Regius, maximi moduli.*

(1) Nova scribendi ratio; nummus ipse rarissimus, imò singularis. Mulier galeata Virtus esse videtur, quæ victorias spondet tribus Constantini liberis Augustis & Delmatio Cæsari; nam Laur. Begerus rectissimè conjecit, cusum fuisse anno 337. cum Delmatius adhuc viveret, huncque Victoris Jun. locum opportunissimè laudavit: *Singuli suas partes regendas habuerunt; Constantinus Jun. cuncta trans Alpes; Constantius cuncta à freto Propontidis, Asiam & Orientem; Constans Illyricum, Italiamque & Africam; Delmatius Thraciam, Macedoniamque & Achaiam,* &c. Sed qui nummum argenteum Constantini M. inscriptum VICTORIA AVGGGG. cum eodem typo, negant Constantino M. attribui debuisse, vereor ne hunc quoque à Constantino Jun. abjudicent, maximè cum ipsa scribendi ratio Constantini Tyranni ætatem prodere videatur. Cæterum nullum hactenus nummum reperire potuimus, quem ad Constantinum Jun. Augustum referremus; ita omnes Constantini M. nummis similes sunt: haud dubium tamen quin ad eum pertineat, si rectè descriptus est ab Occone, nummus aureus, in quo caput ambit hæc epigraphe, FL CL CONSTANTINVS PIVS FELIX AVG. in aversa parte GLORIA ROMANORVM. nihil enim obvium est magis quàm Flavii Claudii nomina in ejus nummis, ejus verò pater aut Flavius Valerius, aut Maximus, aut Victor, nusquam Claudius appellatur. Enimverò nonnullos velut Constantini Jun. Augusti nummos Occo & Mediobarbus descripserunt, sed quàm rectè nescimus; in his enim aut Victor, aut DN. Constantinus dicitur; at utramque appellationem æquè in Constantinum M. convenire quis ignorat? Sed utut Augusti hujus nummi inter patris nummos delitescant, satis constat Augustum fuisse, nec audiendus est Harduinus, dum confutare sperat quicquid de eo Principe proditum est ab antiquis Scriptoribus cùm profanis, tùm etiam Ecclesiasticis compluribus.

(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est.

## *NUMISMATA ÆREA,*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. laureatum.

MONETA VRBIS VESTRAE. (1) Tres fœminæ stantes stolatæ, dextrâ bilancem, lævâ cornucopiæ gestant. *Vaillant.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Ca-

(1) Eadem epigraphe occurrit etiam in Constantini Magni & Crispi nummis. Nummus hic rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum, in quo desiderantur omnes etiam sequentes qui notam solitam *MB.* non habent. Nummi omnes Constantini Jun. ex ære maximæ formæ rari sunt.

put Conſtantini Jun. diademate ornatum.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Imperator paludatus ſtans, dextrâ haſtam gerit: pro pedibus hinc & inde captivus. *Vaillant.*

DN CONSTANTINVS IVNIOR NOB C. Caput Conſtantini Jun. nudum, ad pectus cum paludamento.

SACRA MONETA VRBIS. (2) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *De C.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Conſtantini Jun. diademate ornatum.

VICTORIA AVG. Triremis ſuprà quam Victoria, tria ſigna militaria, & altera adſtat figura. *Vaillant.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Conſtantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. Victoria ſedens ſuper delphinum, clypeum tenet in quo VOT. V. *Ducang. MB.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Conſtantini Jun. ut ſuprà.

VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. Victoria ſpoliis inſidens, clypeum tenet in quo VOT X. *De C.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA BEATISSIMORVM CAES. (ſic) Typus ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Typus ut ſuprà. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

CONSTANTINVS IVNIOR CAES. Caput Conſtantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura nuda gradiens, & dextrâ poſt ſe captivum trahens, ſiniſtrâ tenet trophæum. *RE.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Conſtantini Jun. ut ſuprà.

VIRTVS CAES. Conſtantinus ſtans ante trophæum: pro pedibus Cæſaris hinc & inde captivus. *Vaillant.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Conſtantini Jun. ut ſuprà.

VIRTVS CAES. Imperator paludatus, dextrâ elatâ, ex equo decurrente hoſtes duos, alterum proſtratum, alterum ſemigenuflexum conterit. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS CAESS. Typus ut ſuprà. *Regius.*

CONSTANTINVS IVNIOR NOB CAES. Caput Conſtantini Jun. coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS CAESS. Imperator paludatus & armatus ſtans, ſiniſtrâ haſtam tenens, dextram imponit trophæo ſub quo ſedet captivus. *RE.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Conſtantini Jun. laureatum.

VOT CAESS. (3) Victoriæ ſtantes clypeum tenent, in quo VOT XV. *Vaillant.*

(1) Typus hic deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Epigraphe hæc in hoc Principe tantùm occurrit. Nummus rariſſimus imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum, in quo deſideratur etiam ſequens typus rariſſimus.

(3) Nova epigraphe: nummus verò rariſſimus, in Mediobarbo deeſt: pertinere videtur ad annum 326. quo Decennalia vota ſolverunt, & Quindecennalia ſuſceperunt Criſpus & Conſtantinus Junior; nam ad annum 331. hoc eſt, Quindecennalia ſoluta quominùs referam, obſtat Cæſarum duorum mentio: quod tunc è Cæſaribus alter Conſtantius octavum duntaxat dignitatis annum degeret.

## *NUMISMATA Æ. III.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Conſtantini Junioris laureatum, ad pectus cum paludamento.

ALAMANNIA DEVICTA. (1) Victoria tunicata & ſuccincta ſiniſtrorſum converſa ſtans, & captivi humi ſedentis, manibus poſt tergum revinctis, dorſum premens, trophæum geſtat dextrâ, palmæ verò ramum ſiniſtrâ: in imâ parte SIRM. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ALAMANNIA DEVICTA. Victoria ut ſuprà, ſed lauri ramum tenens ſiniſtrâ, cum iiſdem literis in imâ parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrâ geſtat ſcipionem, in cujus apice aquila.

BEATA TRANQVILLITAS. Ara quadrata in cujus parte anteriore VOTIS XX. ſuprà eandem globus terreſtris cum zodiaco & ſuis zonis, & ſuperiùs ſtella: à dextris

(1) Nummi rariſſimi; ſed vide quæ ad ſimiles in Criſpo adnotavimus; item nummum aureum ſupra cum epigraphe GAVDIVM ROMANORVM. & ALAMANNIA. in imâ parte.

in areâ C. à ſiniſtris R. in imâ parte PLC. *Fontaine.*

DN CONSTANTINO IVN N C. Caput Conſtantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

BEATA TRANQVILLITAS. (1) Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte PLC. *MDM.*

CONSTANTINVS IVN N C. Caput Conſtantini Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris R. in imâ parte PLC. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Conſtantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. galeatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte PLON. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum PLON. in imâ parte. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ P. à ſiniſtris A. in imâ parte PLON. *Val.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte PLON. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ F. à ſiniſtris B. in imâ parte PLON. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris R. in imâ parte PLON. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ F. à ſiniſtris B. in imâ parte PLON. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. galeatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte PTR. & luna bicornis. *Frad.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Conſtantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila, ſiniſtrâ non apparente.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Fouc. Val.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Alius cum . . . R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS IVN N C. Conſtantinus Jun. capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Fauvel. Frad.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Ducang. B.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Conſtantini Jun. ut ſuprà, ſed præterea caput aquilæ tenet ſiniſtrâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte PTR. *Fon.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ abſque aquilæ capite.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà, cum STR. in imâ parte. *RE.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ tenet ſcipionem.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte STR. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantini Jun. ut ſuprà, ſed dextrâ tenet ſcipionem, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ.

BEATA TRANQVILLITAS. Typus ut ſuprà: in imâ parte STR. *MDM.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

CONSTANTINVS IVN N C. Caput Conſtantini Jun. laureatum, ad pectus cum loricâ.

BEATA TRANQLITAS. (ſic) Typus

(1) Nummus hic rarus ob capitis epigraphen in obliquo caſu, quæ non extat apud Mediobarbum; ſimiles tamen in Criſpo paſſim occurrunt.

ut suprà, literis exesis in imâ parte. *Fouc.*

CONSTANTINVS NOB C. Constantinus Jun. capite galeato cum cruce ex margaritis à sinistris in galeâ, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ equum fræno tenet, sinistrâ clypeum in quo effictæ duæ figuræ stolatæ, dextris junctis.

BEATA TRANQVILLITAS. (1) Typus ut suprà: in imâ parte TRO. *Ducang.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

CLARITAS REIPVBLICAE. Sol capite radiato cum pallio retrorsum volitante, currens à sinistris dextrorsum, dextrâ elatâ & expansâ, flagrum gestat sinistrâ: in imâ parte AQT. *Ducang.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento, dextrorsum.

CLARITAS REIPVBLICAE. Sol capite radiato cum pallio in brachium sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, cætera ut suprà, cum AQT. in imâ parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte AQT. *Fouc.*

Alius cum ATR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. nudum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

CLARITAS REIPVBLICAE. Sol ut suprà, sed globum sustinens sinistrâ; cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Collegii.*

FL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. ut suprà.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Ducang.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. ut suprà.

CLARITAS REIPVBLICAE. (2) Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. Regius. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ F. à sinistris T. in imâ parte ATR. *Fouc. RE.*

Alius cum BTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. à sinistris S. in imâ parte PARL. *Frad.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. nudum, ad pectus cum paludamento.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte BTR. *MDM.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum loricâ.

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte PT. *Fouc.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. nudum, ad humeros cum paludamento.

CLARITAS REIPVBLICAE. Sol capite radiato cum pallio retrorsum volitante, currens à sinistris dextrorsum, dextrâ elatâ & expansâ, flagrum gestat sinistrâ: à dextris in areâ P. in imâ parte PT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

CLARITAS REIPVBLICAE. Sol capite radiato cum pallio in brachium sinistrum rejecto, vultu dextrorsum converso stans, dextrâ elatâ & expansâ, globum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ A. à sinistris S. in imâ parte SARL. *Fouc.*

Alius cum B. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL CL CONSTANTINVS IVN N C. Caput Constantini Jun. nudum, ad pectus cum paludamento.

(1) Nummus hic rarissimus est ob capitis typum: vide quæ ad similem Crispi nummum Æ. 3. adnotavimus: hunc Constantino M. Ducangius perperam attribuerat, ut ipse in Differt. monuit; hæc enim epigraphe tum demum inventa est, cum Constantinus jamdiu Augustus Imperium cum Licinio divisum haberet.

(2) Duas Constantini Jun. Inscriptiones hîc exhibere libet, primam è Grutero pag. 282. alteram è Fabretto pag. 413.

1.

DOMINO. NOSTRO
FL. CLAVDIO. CONSTANTINO
FORTISSIMO. HAC
BEATISSIMO. CAESARI
FL. VRSACIVS. V. P
TRIBVNVS. COHORTI
VM. VRBANARVM
X. XI ET XII. ET FORI
SYARI........

2.

D N
FLAVIO. CLAVDIO
CONSTANTINO
PATRE. AVO
MAIORIBVS. IMPP
NATO
CAESARI. NOB
SEMPER. ORBI. TERRAE
PROFVTVRO

CLARITAS

CLARITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: à dextris in areâ T, à sinistris F. in imâ parte STR. *Fouc.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. ut suprà.

CLARITAS REIPVB. Sol capite radiato cum pallio retrorsum volitante, currens à sinistris dextrorsum, cætera ut suprà: à dextris in areâ C. à sinistris S. in imâ parte SARL. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. nudum, ad humeros cum paludamento.

CLARITAS REIPVB. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ: in imâ parte TARL. *Fouc.*

CONSTANTINVS IVN NOB CAES. Caput Constantini Jun. ut suprà.

CLARITAS REIPVB. Typus ut suprà: à dextris in areâ R. à sinistris S. in imâ parte TRPL. *Fouc.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros.

CONCORDIA EXERCITVS. (1) Figuræ duæ militares galeatæ, signo militari intermedio. *Ba.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. ut suprà.

CONSTANTINVS AVG. SMANTS. (2) in nummi areâ, cum coronâ laureâ in parte superiore. *Fouc.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

CONSTANTINVS CAESAR. SMANTA. cum stellâ suprà, in nummi areâ. *Bau.*

Alius cum SMANTЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum SMANTH. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT$\frac{S}{H}$. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros.

CONSTANTINVS CAESAR SMANTTЄ. in nummi areâ. *Regius.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONSTANTINVS CAESAR SMKЄ. in areâ nummi, cum stellâ in parte superiore. *Fouc.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento, dextrorsum.

CONSTANTINVS IVN NOB C. SMRT. (3) in areâ nummi. *Regius.*

Sine epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

CONSTANTINVS IVN N C. SMRT. in areâ nummi, cum coronâ in parte superiore. *Fouc.*

CONSTANTINVS IVN NOB C. Caput Constantini Jun. ut suprà.

Eadem epigraphe incusa, cum eodem capitis typo pariter incuso. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad humeros.

Eadem epigraphe incusa, cum eodem capitis typo pariter incuso. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. laureatum, ad pectus cum loricâ.

Eadem epigraphe incusa, cum eodem capitis typo pariter incuso. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS ROMANORVM. (4) Tres figuræ militares paludatæ sub arcu stantes: in imâ parte THES. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Constantini Jun. coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. (5) Figuræ duæ militares galeatæ hastæ adnixæ, & cly-

(1) An fefellit amicum nostrum nummus detritus? nam cum hoc typo nummum qui *Concordiam Exercitûs* prædicaret, nullum reperi, sed plurimos qui *Gloriam*, quos vide. Quod si nummus rectè descriptus est, haud dubium quin rarissimus, imò singularis sit; nec extat apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum.

(3) Nummus hic & sequens rari.

(4) Epigraphe nova, nummus verò rarissimus, imò singularis, apud Mediobarbum non extat: quinam Principes in eo expressi sint, pro certo affirmare non audemus: possunt enim esse Crispus, Constantinus Jun. & Licinius Jun. potest esse Constantinus cum Crispo, & Constantino Jun. vel cum hoc & Constantio, vel cum Constantio & Constante; ita ut epigraphe aversæ partis indicet felicitatem Romanorum subnixam esse Augusto, & tribus ejus liberis quorum primi quidem effigiem exhibet, alios duos armatos repræsentat.

(1) Nummus rariſſimus, cuſus eſt Conſtantino Jun. adhuc ſuperſtite; ſed an victoriam quandam prædicet, neſcio; nullius enim mentionem faciunt Scriptores; & Victoriam in nummis, velut tutelarem Imperii Deam, cudi mos erat, tametſi bellum nec eſſet, nec timeretur.

(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt. Epigraphe hæc & ſequens novæ.

(3) Epigraphe nova: nummus rariſſimus imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo; apud quem non extant ſequentes tres nummi.

CONSTANS P F AVG. Caput Constantis ut suprà, dextrorsum.

VOT. XX. MVLT. XXX. in coronâ. *Ducang.*

DN CONSTANS P F AVG. Caput Constantis ut suprà, sinistrorsum.

VOT. XX. MVLT. XXX. in coronâ: in imâ parte CONS. *Regius.*

Alius cum SMALB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMALE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hard.*

Alius cum SMANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum SMANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMH. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

DN CONSTANS P F AVG.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris cum puerulo à tergo.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris, dextrâ parvulum ex antro educit.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Miles gradiens, dextrâ captivum trahens: à tergo arbor: in imâ parte AQP.

Alius cum NSL. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum RB. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum R C. stellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo.

Alius cum stellâ, & SLC. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris dextrâ jaculum, sinistrâ scutum, prosternit barbarum cum equo prolapsum: in imâ parte PSISA.

Alius cum SARL. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris in navi, dextrâ Victoriolam, sinistrâ labarum, & Victoria navim gubernans: in imâ parte AQP.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut suprà; sed in labaro quod Imperator tenet, Christi monogramma: in imâ parte AP.

Alius cum ARB. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum ATRP. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum VSIS. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Phœnix radiatus globo instans, cum stellâ ad latus: in imâ parte ESIS.

Alius cum MR. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SLC. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

FELIX TEMP REPARATIO. BSIS. Phœnix rogo insistens.

Eadem epigraphe.

FELIX TEMP REPARATIO. TRP. Phœnix rogo insistens in cacumine montis.

FL IVL CONSTANS NOB C.

GLORIA EXERCITVS. Duæ figuræ militares, in quarum medio duo signa militaria.

Alius cum PCONST. in imâ parte, eodem typo.

CONSTANS NOB CAES.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà.

Alius cum SMHNI. in imâ parte, eodem typo.

FL CONSTANTIS P F AVG.

GLORIA EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte ASIS.

Alius cum ASIS. inter duas stellas in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

GLORIA EXERCITVS. Duo milites ad signum militare: in imâ parte CONS.

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

GLORIA EXERCITVS. Duo milites ad labarum, in quo M. in imâ parte TRPC.

. . . . . . . . . . . .

GLORIA ROMANORVM. Roma spoliis insidens, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam.

DIVO CONSTANTI AVG.

MEMORIA DIVI CONSTANTI. AQS.
(1) Ara cum aquilâ.
DN FL CONSTANS AVG.
SECVRITAS PERP. (2) Figura ſiniſtro cubitu nixa columnæ, dextrâ haſtam.
..............
VICTORIA AVG. Victoria ſtans ambabus manibus lauream tenens.
..............
VICTORIA AVGG NN. Duæ Victoriæ ſtantes, dextris ſerta.

CONSTANS P F AVG.
VICTORIAE DD AVGG NN. Duæ figuræ cum ſertis, in quarum medio D. in imâ parte TRP.
Alius cum TRTS. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo.
DN CONSTANS P F AVG.
VIRTVS AVGG. (3) Imperator eques hoſtem ſternens, qui ponè jacet occiſus.
CONSTANS P F AVG.
VOT XX MVL XXX. CMB. in laureâ.

(1) Nummus hic à Mediobarbo exſcriptus eſt ex Occone; ſed in eo, DIVO CONSTANTIO AVG. haud dubiè legendum; nummus enim ad Val. Conſtantium Conſtantini M. patrem, hujus Principis avum pertinet.
(2) Nummum hunc rariſſimum refert Mediobarbus ex proprio cimelio.
(3) Nummum hunc Conſtantis rariſſimum exhibet Mediobarbus ex Indice Polatio.

# SATURNINUS.

SATURNINUS inter tyrannos hujus ætatis referri debet; nam ejus nummus quem infrà exhibemus eâdem epigraphe eodemque typo inſignitus eſt, quibus nummi Conſtantis & Conſtantii Auguſtorum, Magnentii tyranni, Galli & Juliani Cæſarum; ſed de eo ne leviſſimam quidem mentionem faciunt Scriptores. Lex in Codice Theod. extat lib. XI. tit. XII. data die 29. Aprilis anni 340. quâ Conſtantinus Jun. rationem haberi vetat earum immunitatum, quas publicus ac ſuus hoſtis privatis aliquot conceſſerat: ſed eam legem à Conſtante promulgatam fuiſſe mavult Jac. Gothofredus, ſuamque in ſententiam pleroſque eruditos traxit: quamobrem videndum eſt, quiſnam illâ ætate publicus & Conſtantis inimicus dici potuerit. Temporum ratio laudatum Gothofredum impulit ut crederet Conſtantinum Jun. ipſum indicari; de quo an cuiquam fidem fecerit neſcio, mihi piaculum videtur fratrem ita contumelioſè locutum de fratre fuiſſe; quapropter ſi legem illam ad Conſtantinum Jun. referri neceſſe eſt, mallem ipſius Prætorio Præfectum hoſtem publicum nuncupari; ſed potior Tillemontii ſententia videtur, ſcribentis fortè reſcindi acta Præfecti cujuſdam, puta Illyrici, qui immunitates pleriſque per ambitionem dediſſet: cum enim ſuum & publicum hoſtem Imperator alium appellare nequiverit, quàm qui imperium affectaſſet, Saturnino huic notam inuri opinor, qui capitationem, cenſum & cenſualem profeſſionem aliquammultis remiſerat, horumque quos ſibi obſtrinxerat ope Imperator creatus per occaſionem belli civilis inter fratres, intrà breviſſimum tempus oppreſſus ſit.



## NUMISMATA Æ. III.

IMP CAE SATVRNINVS AV. Caput Saturnini radiatum, ad pectus cum paludamento.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris hostem cum equo prolapsum confodit dextrâ: in imâ parte BSIS. inter duas stellas. *Frad.*



# CONSTANTIUS.

FLAVIUS JULIUS CONSTANTIUS alter Constantini Magni & Faustæ filius, Sirmii in Pannoniâ natus mense Augusto anni 317. Cæsareâ dignitate auctus est anno 323. Hunc patri carissimum fuisse produnt Scriptores, à quo Galliis primùm, ac deinde Orienti præfectus est: sed cum paterni testamenti tabulæ ejus fidei commissæ fuissent, harum rationem ita non habuit, ut agnatos omnes, atque eos imprimis quos in partem Imperii venire cum liberis suis Constantinus jusserat, intra annum trucidari curaverit, instructis, ut quidem scribit Cedrenus, & subornatis nonnullis, qui suspicionem veneni à Constantino ægrotante hausti apud milites injicerent, quasi illud maximo Principi fratres sui præbuissent. Post agnatorum pœnè omnium cædem Imperium cum fratribus partitus anno 338. Thraciam & Orientem retinuit, ex eoque bellum adversus Persas perpetuum gessit ad annum usque 350. quo Constans à Magnentio per summam perfidiam interfectus est. De Persico bello ita loquuntur Scriptores, ut appareat Romanos propiores victis fuisse: gravissimas tamen clades Barbaris illatas constat: præterquàm quod enim Nisibin ipso belli initio frustra obsedere, in eâ quoque pugnâ quæ apud Singaram commissa est omnium nobilissima, direpti Regii Thesauri, atque ipse Saporis filius Narseus in acie cæsus: postremo cum Nisibis obsidionem iterum tentassent, tanta horum strages intrà quatuor menses edita, ut bellum sibi non minus, quàm hostibus exitiabile tandem intermiserint ad annum usque 359. Bellum à Constantio deinde adversus Vetranionem & Magnentium tyrannos susceptum, quorum ille Illyricum tenebat, huic cæteræ Occidentis Provinciæ parebant: sed Vetranio vir minimè malus facilè in ordinem redactus est; cum enim huic de ratione belli gerendi adhuc deliberanti supervenisset Constantius, eum ipsa itineris celeritate adeo turbavit, ut pax inter eos æquis propemodum conditionibus sancita continuò sit: mox junctis castris cum plerosque milites ad defectionem spectare animadverteret, ita animum despondit tyrannus, ut in ipso suggestu ad pedes Constantii cohortes adloquentis provolutus purpuram deposuerit, vitam tantum deprecatus: Magnentius verò cæsis primum apud Mursiam copiis, mox Italiâ exactus, denique apud Montem Seleucum fuso exercitu, se ipse Lugduni interfecit mense Augusto anni 353. Anni duo sequentes Galli Cæsaris & Sylvani cædibus famosi: Gallus Constantii patruelis, cum Orienti præesset, ambitione ac sævitiâ non Imperatoris solùm, sed omnium ordinum invidiam concitaverat; Sylvanum Magistrum Peditum in Galliis, humanitate & virtute utilem ac necessarium Reipublicæ virum, à quo ferunt Barbaros omnes iis Provinciis quibus præerat exactos fuisse, aulicorum calum-

niæ in tyrannidem, adeoque in perniciem suam impulere: scilicet nihil in Constantio importunum magis videbatur, quàm quòd spurcissimis quibusdam eunuchis se totum mancipasset, quibus, ut quisque virtute ac fide commendabilem se præstabat, ita maximo odio erat. Annus 356. Julianum & ipsum Imperatoris patruelem, Galli fratrem jam Cæsarem vidit, cui commissa Galliarum administratio, Provinciæ & bellis civilibus, & Alamannorum incursionibus exhaustæ; sed plurimæ urbes à Juliano instauratæ, Alamanni cum variis in locis, tum apud Argentoratum cæsi. Interea Sarmatas & Limigantes gravissimis cladibus afflixit Constantius; & Limigantes quidem penè ad internecionem cecidit, Sarmatis verò in deditionem tandem acceptis patrium solum quod à Limigantibus occupatum fuerat restituit, ac Regem Zizaim dedit. Tentata quoque pax cum Persis, à quibus bellum anno 359. renovatum est. Captas à Barbaris eâ tempestate Amidum, Singaram & Bezabden constat: è quibus Bezabden à Constantio deinde frustra obsessam fuisse Ammianus prodit, ut appareat fortunam Principi nostro iniquam hoc in bello non minùs quàm in priori fuisse. Has clades Constantii interitus brevi secutus; cum enim expeditionem adversus Julianum pararet, quem Augustum à Gallico exercitu nuncupatum fuisse, & universo Imperio imminere compererat, febri correptus, Mopsucrenis vitam morte commutavit, die III. Novembris anni 361. cum annum ætatis quadragesimum quintum, regni vigesimum quintum degeret. Vita ejus domestica haud illaudabilis, imperium non tam ipsius quam Eunuchorum aliquot fuit, quibus nulla æqui & honesti ratio; quamobrem nunquam magis cædibus ac proscriptionibus sævitum, cum omnes quorum bonis inhiabant, majestatis accerserent. Idem Arianorum fautor acerrimus, cum se in impium errorem induci passus fuisset à Sacerdote quodam Ariano, cui testamenti sui tabulas Constantinus tradiderat, Catholicis Præsulibus non minùs, quàm fortissimis Ducibus infestus fuit, atque ubi finem vitæ adesse intellexit, nostris sacris à sceleratissimo Arianorum Euzoïo initiari voluit. Uxores tres habuit: Eusebiæ quam anno 353. duxit, & Faustinæ quæ marito superstes fuit, eoque jam è vivis sublato peperit Constantiam Postumam, vitas singulis capitibus complectemur: has ante Julii Constantii patrui filiam uxorem duxerat, quæ quidem ante annum 350. obiisse debuit, cum Constantio filiam suam tunc obtulerit Magnentius; sed cum ejus nomen siluerint Scriptores, videndum num ea sit Fausta Nobilissima Fæmina, quam reperimus in nummo rarissimo apud virum pereruditum nostrique amantissimum Carolum Cæsarem Baudelot. Profectò nec ætas, nec forma Faustæ Principum matri convenit; quamobrem aut Constantino Jun. aut Constantio nupsisse oportet Faustam hanc Juniorem quâ de loquimur; nam Constanti desponsam fuisse Olympiadem Ablabii filiam satis constat: sed utri collocanda sit pro certo affirmari non potest. Constantii corpus curru Constantinopolim delatum prosequente exercitu, & in æde SS. Apostolorum conditum fuisse prodit Zonaras. Præter tyrannos de quibus nonnulla monuimus, fuit eâ ætate Nepotianus, qui Romam invasit: sed de eo, cum adversus Magnentium, cui tum Italia parebat, rebellaverit, dicere operæpretium non videbatur: haud magis profectò quàm de Saturnino, qui & ipse imperium Constantio regnante affectasse videtur, ut suo loco diximus.

## NUMISMATA AUREA.

FL IVL CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii radiatum, ad humeros.

Aversâ parte nihil. *Regius.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii radiatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

Christi monogramma inter A. & Q. (1) *Regius. Ducang. MB.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

CONSTANTIVS CAESAR. Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte CONS. *Regius. Ducang. MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex lauro & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

FELICITAS PERPETVA. (2) Victoria insidens spoliis, inscribit in coronâ laureâ quam tenet pariter cum Cupidine seu Genio coram stante, VOT X MVLT XX. in imâ parte SMAQ. *M.*

Eadem epigraphe. Caput Constantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. circà coronam lauream, in quâ SIC X SIC XX. in imâ parte SIS. inter duas stellas. *Regius, maximi moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS P F PERP AVG.

GLORIA REIPVBLICAE. Roma vetus & nova clypeum tenentes, in quo VOT XX MVLT XXX. in imâ parte CONS. *MB.*

Alius cum SIRM. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SMN. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SM. N. B. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut suprà: in imâ parte S. M. ANT. Δ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Constantii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

GLORIA REIPVBLICAE. Roma galeata, & altera figura capite turrito sedent, & clypeum tenent in quo VOT XX. MVLT XXX. in imâ parte SMANΓ. *Regius.*

Alius cum SMANH. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Constantii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA REIPVBLICAE. Duæ figuræ muliebres sedentes, quarum altera galeata, altera turrita pede dextro proræ navis imposito, sustinent clypeum in quo VOT XX MVLT XXX. in imâ parte SMANP. *RE.*

DN CONSTANTIVS MAX AVGVSTVS. Caput Constantii ut suprà.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut suprà: in imâ parte TES. inter duas stellas. *RE.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. Caput Constantii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

GLORIA REIPVBLICAE. Duæ figuræ ut suprà, sed quæ à sinistris est sinistrâ sceptrum gestat, clypeum tenent in quo VOT XX MVLT XXX. in imâ parte SIRM. *Brandenburg.*

Alius cum SMNЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SMNT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MMA. Farnesianus.*

Eadem epigraphe. Constantius cum stemmate cristato à fronte, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum in quo eques.

GLORIA REIPVBLICAE. Duæ figuræ ut suprà, clypeum tenent, in quo VOT XXX MVLT XXXX. in imâ parte SIRM. *Decless ves.*

Alius cum SMMP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

DN FL CONSTANTIVS PERP AVG. Caput Constantii ut suprà.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut suprà: in imâ parte SMLVG. *Collegii.*

DN CONSTANTIVS MAX AVGVSTVS. Caput Constantii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut suprà: in imâ parte TES. inter duas stellas. *Regius.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. Constantius cum stemmate cristato, à fronte, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum in quo eques.

(1) Nummus hic & sequens inter rariores recensendi.

(2) Cum eadem epigraphe occurrunt etiam nummi in Constante, sed typo diverso. Nummus hic & sequens cum rarioribus adnumerandi, nec extant ex auro apud Mediobarbum, apud quem desiderantur omnes illi, qui notam (*MB.*) solitam non habent.

GLORIA REIPVBLICAE. (1) Typus ut ſuprà, niſi quod figura galeata hîc abſque haſtâ: in imâ parte CONSAV. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum CONS⁊V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SIRM. & palmæ ramo in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MMA.*

Alius cum SMNS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Alius cum SNANN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS PER AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà, ſed abſque equite in clypeo.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte RSMQ. *Farneſianus.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMAQ. *Regius.*

DN CONSTANTIVS MAX AVGVSTVS. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte TES. inter duo Chriſti monogrammata. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

GLORIA REIPVBLICAE. TR. S. Victoriæ duæ ſedentes, dextris clypeum tenentes, in quo corona quercea cum VOT XXX MVLT XXXX. P. CON. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS. *in aliis* PERP AVG.

GLORIA REIPVBLICAE. VOT XXX MVLT XXXX. S. N. A. N. N. *MB.*

DN CONSTANTIVS P F AVG.

GLORIA REIPVBLICAE. Duæ figuræ, alia Imperatoris, alia militaris, clypeum tenentes in quo VOT XXX MVLT XXXX. in imâ parte TR. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii nudi, cum diademate ex margaritis.

GLORIA REIPVBLICAE. (2) Figura virilis galeata haſtam, & figura muliebris turrita, pede proræ impoſito, ſceptrum tenens, ſedentes clypeum ſuſtinent in quo VOT XXXX. in imâ parte TES. *Ducang.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex gemmis.

GLORIA REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte TES. *Regius.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. Caput Conſtantii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. (3) Figura muliebris paludata ac ſtolata capite nudo ſedens, pede proræ navis impoſito, dextrâ tenet globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ ſceptrum: in imâ parte SMANT. *Brandenburg. maximi moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB C.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura paludata ſtans, dextrâ aquilam legionariam, ſiniſtrâ haſtam, ad latus ſignum manipulare: in imâ parte SIRM. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Conſtantius paludatus ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ bacillum; à tergo ſigna duo militaria: in imâ parte SIS. *M. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii diademate cinctum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte TSЄ. *Regius.*

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS Figura militaris, dextrâ ſpiculum, ſiniſtrâ globum. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (4) Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *Regius. Ducang. MB.*

FL IVL CONSTANTIVS AVG. Caput

(1) Horumce nummorum typi omnes inter ſe propemodum ſimiles ſunt: in his enim mulieres duæ clypeum Votis inſignem una ſuſtinent; & ea quidem quæ galeata eſt, Roma eſt, plerumque haſtam tenens, interdum ſine haſtâ: altera verò turrita, haud dubium quin Conſtantinopolis ſit, alterum Imperii decus & ornamentum; eaque haſtam aut ſceptrum ſemper tenet, atque ita ſedet, ut alterum pedem roſtro navis non raiò imponat, quod ſitum Urbis deſignat, mari portuoſiſſimo propemodum cinctæ. Quod Imperatorem & militem, aut Victorias duas in his nummis agnoſcit Mediobarbus, item quod figuram galeatam virilem interdum eſſe Ducangius ſcribit, utrumque in eo falli cenſeo. Cæterum Hemelarius ſignari putat Occidentalis & Orientalis Imperii in Votis pro ſalute Reipublicæ & Principum conceptis conſenſum, & ex concordia gloriam & amplitudinem. Vide Ducangii CP. Chriſt. lib. II. pag. 148. ubi de Senatu.

(2) Malè hunc nummum Mediobarbus inter argenteos recenſet.

(3) Nummus eximius ob molem, & rariſſimus deſideratur in Mediobarbo: Conſtantinopolim verò, ut quidem opinatur Begerus, exhibet; hæc epigraphe cum hoc typo conjuncta tum primùm apparet.

(4) Sic & nummus cælatus apud Ducangium; in deſcriptione verò apud eundem legitur FL CONSTANTIVS IVN NOB CAES. ſed perperam.

Conſtantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (1) Figura muliebris cippo innixa, dextram capiti apponit: in imâ parte TR. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe.

VICTOR OMNIVM GENTIVM. Figura militaris paludata ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ clypeo innititur; inter labarum & Imperatorem figuræ tres exiguæ ſupplices: in imâ parte TR. *MB.*

DN CONSTANTIVS P F AVG.

VICTOR OMNIVM GENTIVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *MB.*

DN FL CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis.

VICTOR OMNIVM GENTIVM. (2) Typus ut ſuprà: in imâ parte TRS. *Ducang. MB.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG NOSTRI. (3) Victoria ad dextram gradiens cum coronâ & palmâ, ad Imperatorem paludatum, dextrâ orbem Romanum, ſiniſtrâ ſpiculum inverſum tenentem ſe convertit: in imâ parte TR. *Regius, maximi moduli.*

. . . . . . . . . . . .

VICTORIA AVGGG. M. D. COMOB. (4) Figura militaris ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ, captivum ſiniſtro pede premens. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. Caput Conſtantii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſpoliis inſidens, & puer alatus ſtans, tenent clypeum, in quo VOT XV MVLT XX. in imâ parte SMANЄ. *MMA.*

Alius cum SMANP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGVSTORVM. S. M. N. A. N O. Victoria barbarum mitratum manibus expanſis ſupergradiens, trophæum humero ſiniſtro gerens, dextrâ clypeum in quo VOT XXV. *MB.*

CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſpoliis inſidens, & puer alatus ſtans clypeum tenent in quo VOT. XXX. in imâ parte SMANI. *Regius.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà, ſed in clypeo VOT XXXX. in imâ parte CONSA. *Ducang. MB.*

Alius cum CONST*A*/.¦in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii coronâ gemmatâ redimitum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMAN. *Fauvel.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTI (ſic) CAES. (5) Victoria ſeminuda thoraci inſidens, clypeo, quem una cum Genio ſuſtentat, inſcribit VOT X. in imâ parte CONS. *Brandenburg.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTI (ſic) AVG. Victoria ſpoliis inſidens, cum clypeo quem ſuſtentat Genius, cui inſcriptum VOT X MVLT XX. in imâ parte SMAN. *Regius. Ducang. MB.*

DN CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

VICTORIA CONSTANTI (ſic) AVG. Typus ut ſuprà, ſed in clypeo VOT X V. in imâ parte CONS. *Regius.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA CONSTANTINI AVG. Typus ut ſuprà, ſed in clypeo VOT XX MVLT XXX. in imâ parte CONS. *Farneſianus.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

(1) Nummus hic Conſtantii cum rarioribus adnumerandus eſt.

(2) Nummus cum eadem epigraphe, ſed diverſo typo in Conſtantino occurrit: verùm ille gentes omnes aut armis vicit, aut terrore armorum pacem ſecum colere coëgit; Conſtantius verò bello Perſico ſæpiùs victus quàm victor, de Limigantibus ſolis à ſe debellatis gloriati potuit: nam victoriæ de Germanis & Francis in falſum auctæ videntur, cum ſuperioribus cladibus quas memorant Scriptores ita profligatæ non eſſent, ut Conſtantium ultro laceſſerent, uſque ad Argentoratenſem pugnam qua horum denique vires acciſæ ſunt. Nummi Conſtantii cum hac epigraphe rariſſimi ſunt.

(3) Nummus hic Conſtantii rariſſimus eſt.

(4) Nummus hic, nec Conſtantii eſt, nec alterius è familiâ Conſtantini M. ſed Conſtantini Tyranni.

(5) Nummus hic Conſtantii cum rarioribus adnumerandus eſt.

VICTORIA DDD NNN AVG. (1) Victoria ſpoliis inſidens, clypeo, quem Genius alatus ſuſtinet, inſcribit SIC X SIC XX. in imâ parte SIS. *Regius.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA DD NN AVGG. (2) Victoria ſtans dextrâ trophæum tenet, ſiniſtrâ palmam: in imâ parte TR. *Regius.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA DD NN AVGG. Victoria ſpoliis inſidens, dextrâ tenet clypeum, in quo SIC X SIC XX. ad pedes Genius clypeum ſuſtinens: in imâ parte SIS. & ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA DD NN AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte SIS. & ſtella. *Ducang. MB.*

FL IVL CONSTANTIVS AVG.

VICTORIA SARMATICA. (3) *MB.*

CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE DD NN AVGG. Victoriæ duæ tunicatæ ac ſuccinctæ ſtantes ex adverſo, utrâque manu tenent coronam, in quâ VOT XX MVLT XXX. in imâ parte TR. *Fouc.*

CONSTANTIVS AVGVSTVS.

VICTORIAE DD NN AVGG. Victoriæ duæ ſtantes clypeum tenent, in quo VOT XX. MVLT XXX. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE DD NN AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte TES. *Hard.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. RE. M. Decleſves.*

Eadem epigraphe. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis & lauro, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE DD NN AVGG. (4) Victoria ſedens & puer ſtans, clypeum tenent in quo VOT XX MVLT XXX. in imâ parte SMAQ. *Regius.*

DN CONSTANTIVS NOB CAES.

VIRTVS CAESS. T. F. P. CONS. Caſtra prætoria cum ſtellâ. *MB.*

DN CONSTANTIVS P F AVG.

VIRTVS EXERCITVS. Figura galeata cum haſtâ & clypeo: in imâ parte TPS. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS. *in aliis*, P F PERP AVG.

VOT XXX MVLT XXXX. in clypeo. *MB.*

Eadem epigraphe.

VOT XXX MVLT XXXX. in clypeo quem tenent duæ figuræ: in imâ parte SIRM. *MB.*

Alius cum SMLVE. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Edem epigraphe.

VOT XXX MVLT XXXX. in nummi areâ: in imâ parte S. M. SIS. *MB.*

Eadem epigraphe.

VOT XXX MVLT XXXX. AVG. in coronâ laureâ: in imâ parte S. M. ANT. *MB.*

Alius cum S. R. A. M. H. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

(1) Nummus rariſſimus, imò ſingularis, in Mediobarbo deeſt.

(2) Nummus hic ob typum qui deſideratur in Mediobarbo, inter rariores recenſendus eſt.

(3) Nummum hunc rariſſimum imò ſingularem exhibet Mediobarbus ex Occone. Victoria Sarmatica ad annum 356. pertinet: Sarmatas Conſtantini M. Imperio avitis ſedibus ejectos fuiſſe à Limigantibus, qui eodem propemodum loco apud eos, qui Ilotæ apud Spartanos habebantur, ſuo loco diximus: cum igitur novas ſedes à Romanis impetraſſent, viribus refectis bellum iis à quibus ſervati fuerant intulere; ſed hos Conſtantius facilè profligavit, Regemque iis dedit, mox Limigantes adortus, pœnè ad internecionem cecidit, ſuumque Sarmatis ſolum reſtituit.

(4) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTIVS AVG. Quatuor ſigna militaria erecta: in imâ parte PCON. *Fouc.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

CONSTANTIVS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte S. CON. *Ducang. MB.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

CONSTANTIVS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte SCON. *Regius, maximi moduli. Collegii.*

CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

CONSTANTIVS AVG. Tres palmæ rami erecti, & supernè stella: in imâ parte SIS. *Regius.*
CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

CONSTANTIVS AVG. Typus ut suprà, cum SIS. in imâ parte. *Ducang. MB.*
Eadem epigraphe. Caput Constantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTIVS AVG. Typus ut suprà: in imâ parte SIS. & luna bicornis. *Brandenburg..*
Absque epigraphe. Caput Constantii laureatum, ad humeros.

CONSTANTIVS AVGVSTVS. (1) Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte Q. T. *Frad.*
Absque epigraphe. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorsum.

CONSTANTIVS CAESAR PTR. In mediâ nummi areâ, cum stellâ in parte superiore. *Fouc.*
Absque epigraphe. Caput Constantii laureatum ad humeros, sinistrorsum.

CONSTANTIVS CAESAR. Tres palmæ rami erecti, & supernè stella: in imâ parte R. *Albert.*
Absque epigraphe. Caput Constantii ut suprà.

CONSTANTIVS CAESAR. In ipsâ nummi areâ: infrà SMRQ. *Collegii.*
FL IVL CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTIVS CAESAR. (2) Quatuor signa militaria erecta: in imâ parte SMTR. *Regius, maximi moduli.*
FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONSTANTIVS P F AVG. Tria signa militaria: in imâ parte TES. *Regius, maximi moduli.*
DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

FELICITAS PERPETVA. (3) Victoria dextrorsum gradiens, coronam lauream gestat dextrâ, trophæum verò sinistrâ: in imâ parte AQ. *Regius. Ducang. MB.*
CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS PERPETVA. Victoria dextrorsum gradiens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte AR. & stella. *Fouc. RE. Fauvel.*
Eadem epigraphe. Caput Constantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS PERPETVA. (4) circà coronam, in quâ VOT XX. MVLT XXX. in imâ parte A Q. *Regius, maximi moduli.*
CONSTANTIVS NOB CAES. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS ROMANORVM. (5) Quatuor armati & paludati hastas tenentes stant sub arcu: in imâ parte SMK. *Brandenburg.*
FL IVL CONSTANTIVS P F PERP AVG.

FELICITAS ROMANORVM. S. N. AN. I. (6) Laurea in quâ, VOT. XV. MVLT. XX. *MB.*
DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento: à dextris in areâ A.

(1) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est, & desideratur in Mediobarbo, apud quem non extant nummi illi ex argento, qui notam *(MB)* solitam non habent.
(2) Nummus hic & sequens rari.
(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est.
(4) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum. Vide quæ ad nummum aureum cum eadem epigraphe suprà adnotavimus.
(5) Quatuor hîc Cæsares expressos Laurentius Begerus conjecit: quorum maximus est Constantinus Jun. proximus ab eo Constantius, tum Constans & Delmatius longè minores: his felicitatem Romanorum subnixam, quia virtutis suæ specimina jam ediderant: sed quid, si Constantinus ipse cum tribus liberis depictus sit? Difficile est quidpiam certi ex ejusmodi nummis statuere: vide nummum Constantini Jun. ex Æ. 3. eadem epigraphe insignem, sed typo diverso. Nummus rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum.
(6) Inscriptionem hîc libet è Grutero pag. 180. exhibere, quia Urbem à Constantio post devictum Magnentium restitutam prædicat.

RESTITVTORI. VRBIS. ROMAE. ATQVE. ORB...
ET. EXTINCTORI. PESTIFERAE. TYRANNIDIS
D N. FL. IVL. CONSTANTIO. VICTORI. AC. TRIVMFATORI
SEMPER. AVGVSTO
NERATIVS. CEREALIS. V. C. PRAEFECTVS. VRBI
VICE SACRA. IVDICANS. D. N. M. QVE. EIVS.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris galeata ſtans, hoſtem equo dejectum confodit: à dextris in areâ A. in imâ parte PAR. *Collegii. MB.*
Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Figura puerum ex antro educens, ponè quod arbor. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

FEL TEMP REPARATIO. (1) Victoria ſeminuda pede lævo galeæ impoſito, ſiniſtrorſum converſa ſtans, clypeum quem captivus genuflexus utrâque manu ſuſtinet ſuprà caput, attingit ſiniſtrâ, eique inſcribit dextrâ, VOT XX. in imâ parte R. *Fouc.*

FL IVL CONSTANTIVS PIVS FELIX AVG.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. circà lauream, in quâ SIC. V. SIC. X. in imâ parte TES. *MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. circà coronam in quâ SIC X SIC XX. in imâ parte SIS. *Regius. Ducang. MB. Nummus maximi moduli.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. circà coronam, in quâ SIC XX SIC XXX. in imâ parte SIS. & luna bicornis. *Ducang. MB. Nummus maximi moduli.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. circà coronam, in quâ SIC XX SIC XXX. inter duas palmas: in imâ parte SIS. *Regius, maximi moduli. Ducang. MB.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. circà coronam, in quâ SIC XX SIC XXX. in imâ parte SIS. *Fontaine.*

FL IVL CONSTANTIVS PIVS FELIX AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GAVDIVM POPVLI ROMANI. circà coronam, in quâ SIC XX SIC XXX. in imâ parte TES. *Regius. Ducang. MB. Nummus maximi moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

GAVDIVM ROMANORVM. (2) Labarum inter duos captivos adverſos humi ſedentes, in cujus ſiparo ſcriptum eſt VOT XX MVLT XXX. in imâ parte TR. *Regius. Ducang. MB. Nummus maximi moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii laureatum, ad humeros cum paludamento.

GLORIA EXERCITVS. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ ramuſculum tenet, ſiniſtrâ columnæ innixa: in imâ parte C. L..... *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. Figura muliebris ſiniſtro cubitu innixa columnæ, ſiniſtrâ haſtam tenens, dextrâ ramum: in imâ parte CON. *Ducang. MB.*

CONSTANTIVS P F AVG.

GLORIA EXERCITVS. SMKT. *MB.*

DN CONSTANTIVS P F AVG.

GLORIA REIPVBLICAE. Duæ figuræ ſedentes ſuſtinent clypeum, in quo VOT XXXX. in imâ parte TES. *MB.*

CONSTANTIVS NOB CAES.

GLORIA ROMANORVM. (3) Conſtantinus Magnus cum duobus filiis. *MB.*

DN CONSTANTIVS P F AVG.

GLORIA ROMANORVM. Figura ſtolata, cui aſſiſtit eques: in imâ parte RPLC. *MB.*
Eadem epigraphe.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. (4) Victoria coronans Imperatorem tenentem labarum, in quo Chriſti monogramma: in imâ parte ASIS. *MB.*

IMP CONSTANTIVS P F AVG. *in aliis ſine* IMP.

IOVI CONSERVATORI. (5) Jupiter, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte TSA. *MB.*

CONSTANTIVS P F AVG.

MEMORIA FELIX. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTORVM. Imperator laureatus & paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum cum Chriſti monogrammate: in imâ parte TH. *Ducang. MB.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

FL IVL CONSTANTIVS AVG. Caput

(1) Nummus hic inter rariores recenſendus eſt; deſideratur hic typus in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummi Conſtantii cum hac epigraphe & hoc typo rari ſunt.

(3) Nummi Conſtantii cum hoc typo rariſſimi ſunt.

(4) Nummus hic ex argento cum rarioribus adnumerandus eſt. Vide quæ infrà ad nummum ſimilem ex Æ. II. adnotamus.

(5) Nummus hic & ſequens ad Conſtantium Conſtantini M. patrem, hujus Principis avum haud dubiè pertinent.

Conſtantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte TRP. *Fouc.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Conſtantius capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ tenet clypeum.

Sine epigraphe; in mediâ areâ TR. (1) *Fontaine.*

FL IVL CONSTANTIVS PIVS FELIX AVG.

TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARRARVM. (ſic) Imperator paludatus ſtans, cum labaro in quo laurea. *MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM. (2) Imperator laureatus & paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ haſtile: in imâ parte AQ. *Ducang. MB. Nummus maximi moduli.*

Alius cum AQ. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius, maximi moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG.

TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte SIS. *MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM. Imperator habitu militari cum coronâ ex margaritis, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ ſceptrum: in imâ parte AQ. & ſtella. *Brandenburg. Nummus maximi moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM. Imperator paludatus capite nudo, vultu dextrorſum converſo ſtans, labarum erectum tenet dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ: in imâ parte TES. *Fouc. Regius, maximi moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS PIVS FELIX AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM. Typus ut ſuprà, cum TES. in imâ parte. *Regius. Fontaine, maximi moduli.*

Eadem epigraphe. Conſtantius cum coronâ ex lapillis, ad pectus cum paludamento, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet orbem Romanum.

TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM. Typus ut ſuprà, cum TES. in imâ parte. *Fauvel.*

...........

VICTOR OMNIVM GENTIVM. (3) *Spanhem.*

...........

VICTORIA AVG NN. (4) Victoria ſpoliis inſidens, clypeum tenet in quo VOT X. *MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTI. Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam: in imâ parte R. *Fontaine.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTI N. (5) Typus ut ſuprà: in imâ parte R. inter duas ſtellas. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Figura muliebris galeata ſedens, dextrâ tenet globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte ...NT. *Ducang. MB.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (6) Victoria tunicata gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò ſiniſtrâ: in imâ parte SIS. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria tunicata & ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: ante eam palmæ ramus erectus: in imâ parte SIS. &

(1) Nummus hic Conſtantii inter rariores recenſendus eſt.

(2) Hæc epigraphe in Conſtante primùm occurrit, in quem magis conveniebat, quàm in hunc Principem; nam, ut jam monuimus, bellum admodum iniquum adverſus Perſas geſſit, in eoque propius victo fuit quàm victori. Nummi rari.

(3) Nummum hunc ex argento rariſſimum deſcripſerat Spanhemius in Cimelio Colbertino: ex Spanhemio verò exſcriptum Mediobarbus in Conſtantino Jun. perperam exhibuit. Vide ſuprà nummum ſimilem ex auro.

(4) Hunc Conſtantii nummum rariſſimum exhibet Mediobarbus ex Arſchotano cimelio; ſimileſque duos ex ære incerti moduli profert idem Scriptor ex Patini Theſauro; ſed ſunt qui putant ubique legendum AVGG. cum duplici G.

(5) Nummus hic Conſtantii cum rarioribus adnumerandus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(6) Nummus hic inter rariores recenſendus eſt, & deſideratur in Mediobarbo, ſicut & ſequens.

corona laurea. *Fouc. Regius. Cham.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. (1) Victoria insidens spoliis à dextris sinistrorsum, utrâque manu tenet coronam, quam sustinet puerulus ante eam stans; in coronâ VOT XX MVLT XXX. in imâ parte SMANO. *Fontaine. Nummus maximi moduli.*

DN CONSTANTIVS AVG.

VICTORIA CONSTANTIS AVG. Victoria sedens, clypeum tenet, in quo VOT XV. cum puerulo assistente: in imâ parte SMNR. *MB.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA DOMINORVM. (2) Victoria dextrorsum gradiens, dextrâ gestat coronam, sinistrâ palmam: in imâ parte SMN. *Fouc. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA DD NN AVG. (3) Typus ut suprà: in imâ parte LVG. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA DD NN AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte LVG. *Regius.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

VICTORIA DD NN AVGG. Typus ut suprà: in imâ parte TR. *Brandenburg.*

Alius cum altero palmæ ramo ante Victoriam, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA DD NN AVGG. (4) Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò sinistrâ: in imâ parte TES. *Fauvel. Collegii.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

VICTORIA DD NN AVGG. Victoria dextrorsum gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ, quâ etiam captivi inclinati caput premit: in imâ parte R. *Fauvel.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii laureatum, ad humeros.

VICTORIA ROMANORVM. (5) Victoria stans coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte SMN. *Regius.*

CONSTANTIVS P F AVG.

VICTORIA DD AVGG QN. (6) *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS DD NN AVGG. (7) Imperator stans, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, hastæ verò adnititur sinistrâ: in imâ parte TR. *Regius, maximi moduli.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.

VIRTVS EXERCITVS. Figura militaris galeata, vultu sinistrorsum converso stans, hastæ ferratæ inversæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: in imâ parte PCON. *Fouc. Fauvel. Ducang. MB.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum TES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Albert.*

Alius cum TPS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii cum coronâ ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte TES. *Regius. Ducang. MB. Nummus maximi moduli.*

DN CONSTANTIVS NOB CAES. Caput

(1) Nummus hic ex argento cum rarioribus adnumerandus est.

(2) Epigraphe nova: nummus hic & superior inter rariores recensendi.

(3) Non dubito quin hîc legendum sit AVGG. cum duplici G. ut in sequentibus.

(4) Nummus hic & sequens cum rarioribus adnumerandi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(5) Epigraphe nova; nummus rarissimus imò singularis est, & desideratur in Collectione Mediobarbi.

(6) Vide nummos ex Æ. III. cum eadem epigraphe, ubi duplex N. cernitur.

(7) Hæc epigraphe occurrit etiam in Constante hujus Augusti fratre, sed cum typo paululum diverso. Nummus hic rarissimus imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo. Inscriptionem Constantio & Constanti propositam in Sicilia Insula hîc è Fabretto pag. 659. exscribere libet.

PRO. BEATITVDINE<br>
TEMPORVM. DD. NN<br>
CONSTANTI. ET<br>
CONSTANTIS. AA. VV. GG<br>
STATIONEM. A. SOLO. FECE<br>
RVNT. VITRASIVS. ORFITVS. ET. FL<br>
DVLCITIVS. VV. CC. CONSVLARES<br>
P. S. INSTANTE. FL. VALERIANO<br>
DVCENARIO. AGENTE. IN REB. ET. PP. CVRSVS<br>
PVBLICI

Constantii

Constantii nudum, ad humeros.
VOTIS V MVLTIS X. in coronâ laureâ: in imâ parte AQ. *Fouc.*
Caput Constantii absque inscriptione.
VOT XX. in laureâ. *MB.*
DN CONSTANTIVS AVG.
VOT XX MVLT XXX. in coronâ. *MB.*
DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii cum diademate ex margaritis, ad humeros.
VOTIS XX MVLTIS XXXX. in coronâ: in imâ parte LVG. *Ducang. MB.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VOTIS XXV MVLTIS XXXX. in coronâ laureâ: in imâ parte SMK. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VOTIS XXV MVLTIS XXXX. in coronâ querceâ: in imâ parte SMN. *MDM.*
Eadem epigraphe.
VOT XXX MVLT XXXX. in clypeo. *MB.*
Eadem epigraphe.
VOT XXX MVLT XXXX. in coronâ. *MB.*
Alius cum SIRM. in imâ parte, eodem typo. *MB.*
Eadem epigraphe.
VOTIS XXX MVLTIS XXXX. in laureâ. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Constantii cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.
VOTIS XXX MVLTIS XXXX. in coronâ laureâ: in imâ parte C. B. *Cham.*
Alius cum C. Є. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum C. I. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum LVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum P. CON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine. Frad.*
Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*
Alius cum SIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum SMN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Constantii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad humeros.
VOTIS XXX MVLTIS XXXX. in coronâ laureâ: in imâ parte LVG. *Bau.*
Alius cum TES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Constantii cum coronâ ex margaritis, ad humeros.
VOTIS XXX MVLT XXXX. Typus ut suprà: in imâ parte LVG. *Regius.*
Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. RE.*
Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*
Alius cum SIAR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*
Alius cum TES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.
DEBELLATORI GENTT. Imperator habitu militari eques, spiculum in hostem contorquet. *Farnesianus.*
CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad humeros.
DEBELLATORI GENTT BARBAR. Typus ut suprà, sed alter captivus sub equo prostratus. *De C.*
DN FL CONSTANTIVS AVG. Caput Constantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.
DEBELLATORI GENTT BARBARAR. Typus ut suprà, sed sub equo captivi loco clypeus jacet. *Regius. Ducang. MB.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
DEBELLATORI GENTIVM BARBARVM. (1) Typus ut suprà. *RE.*
DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii ut suprà.
FEL TEMP REPARATIO. Imperator paludatus capite nudo, stans in triremi, dextrâ sustinet globum cui phœnix radiatus insistit, sinistrâ verò tenet labarum in quo nominis Christi monogramma: ad proram triremis Victoria remigans: in imâ parte SHKB. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Constantii diadematum.

(1) Quem titulum Constantino Magno victoriæ de Barbaris relatæ acquisierant, eundem huic Principi adulatio tribuit; paternæ enim nec virtutis nec felicitatis hæres, sæpiùs victus est quàm vicit, præterquàm in bellis civilibus. Cæterum hujus Augusti nummi omnes ex ære maximi moduli rari sunt, & desiderantur in Mediobarbo, exceptis paucis, quibus solitam notam (*MB*) adposuimus.

GAVDIVM ROMANORVM. (1) Victoria ſedens tenet clypeum in quo VOT XX. *Vaillant.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantii coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Figura muliebris galeata & ſtolata ſpoliis inſidens, dextrâ clypeo cippo innixo inſcribit graphio VOT. in imâ parte R. *Ducang. MB.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Figura muliebris galeata & ſtolata thoraci inſidens, clypeo cippo innixo inſcribere parat: in imâ parte RP. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LARGITIO. (2) Tres figuræ; quæ in medio ſedens capite nudo, Imperatorio habitu, monetam dextrâ diſtribuit, ſceptrum verò tenet ſiniſtrâ: à dextris figura muliebris radiata utramque manum porrigit ut monetam accipiat: à ſiniſtris figura militaris galeata, haſtam tenet ſiniſtrâ. *RE.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

ROMA BEATA. Figura muliebris galeata & ſtolata ſpoliis inſidens, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam tenet. *RE.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

SABINAE. (3) Octo figuræ raptum Sabinarum exprimentes, cum obeliſco. *RE.*
DN FL CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *De C.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTI. Figura muliebris capite turrito, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ cornucopiæ: ponè eam ſtat Victoria coronam lauream illi imponens. *De C.*
DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTI. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *RE.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *De C.*
FL IVL CONSTANTIVS AVG. Caput Conſtantii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *RE.*
DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii diadematum.

VICTORIA AVGVSTI. Imperator gradiens inter duos captivos humi ſedentes, dextrâ haſtam gerit. *Vaillant.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantii laureatum.

VICTORIA AVG N. (4) Victoria inſidens ſpoliis, tenet clypeum in quo VOT X. *Vaillant.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantii diadematum.

VICTORIA AVGVSTORVM. Imperator paludatus ſiniſtrâ haſtam tenens, dextrâ ducitur à Victoriâ palmæ ramum gerente. *Vaillant.*
Eadem epigraphe. Conſtantius capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ elatâ.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà. *De C. Vaillant.*
Eadem epigraphe. Caput Conſtantii cum coronâ ex lauro & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Imperator paludatus capite nudo, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam tenens, ducitur à Victoriâ præeunte. *Regius. RE.*
CONSTANTIVS P F AVG. Caput Conſtantii coronâ gemmatâ cinctum, ad pec-

(1) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

VICTORIAE DD AVGG Q NN. Typus ut suprà: inter utramque Victoriam ST. in imâ parte SLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE DD AVGG Q NN. Typus ut suprà: inter utramque Victoriam folium hederaceum: in imâ parte TR. P. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE DD AVGG Q NN. Typus ut suprà: inter utramque Victoriam D. in imâ parte TRS. *Hen.*

FL IVL CONSTANTIVS AVG. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGVSTI. (3) Figura militaris galeata stans, sinistrorsum spectans, dextrâ hastæ, sinistrâ clypeo innixa. *MDM.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB C. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

VIRTVS CAESS. (4) Castrorum porta cum stellâ in parte nummi superiore: à dextris in areâ S. à sinistris F. in imâ parte CONST. *Fouc. Ducang.*

Alius cum QCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel. B.*

Alius cum SCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS CAESS. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte ΔCONST. *Fouc.*

Alius cum PARL. in imâ parte, absque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Constantii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS CAESS. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. à sinistris F. in imâ parte PCONST. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum QCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii coronâ ex gemmis & margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VIRTVS EXERC. (5) Figura nuda cum pallio in brachium sinistrum rejecto, sinistrâ gestans globum, dextrâ elatâ & expansâ vallum conscendit. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Constantii co-

(1) Inscriptionem sequentem Gruterus pag. 1023. exhibet è schedis Ursini.

D. N.
CONST
ANTIO. P.
F. INV. AVG.
O. M. S.

(2) Nummus hic Constantii cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum.

(3) Nummus hic Constantii inter rariores recensendus est, nec extat apud Mediobarbum.

(4) Nihil ad hujusmodi nummos, quorum similes plurimos in Constantino M. adhuc Cæsare, Crispo, Constantino Jun. exhibuimus, dicendum nobis erat, nisi Oiselius Constantinopolim in iis expressam opinatus fuisset: quia enim eam urbem Constantius jam Augustus pulcherrimis ædificiis ornavit, hanc idcirco in ejus adhuc Cæsaris numismatis repræsentatam scripsit: divinandi artem calluisse oportet Monetarios: sed extrà jocum, non urbis hæc mœnia sunt, ac ne horrea quidem publica, aut mangana, ut idem Oiselius scribebat ad nummum Constantini M. inscriptum PROVIDENTIAE AVG. sed castra, sive castella, quibus Rheni ac Danubii ripæ munitæ erant, ut non semel monuimus.

(5) De hujusmodi typo vide quæ adnotavimus ad nummum similem Licinii: nummus hic Constantii rarissimus, imò singularis est.

ronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad humeros.

VOT XX MVLT XXX. in coronâ : in imâ parte ANTΔI. *Val.*

Alius cum SMANA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMAN. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANCI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMANΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANΔI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Alius cum SMANЄI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANH. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum SMNH. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Constantius capite laureato, ad pectus cum paludamento, sceptrum tenet dextrâ.

VOTA PVBLICA. (1) Anubis cum vestitu militari stans, dextrâ tenet sistrum, sinistrâ caduceum. *Fouc.*

(1) Nummus rarissimus, imò singularis, quem satis constat non Constantii jussu, sed à quibusdam Monetariis veteri superstitioni addictissimis cusum. De Anubi vide quæ adnotamus ad similem Juliani nummum. Desideratur hic nummus in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

FL IVL CONSTANTIVS NOB C.

CONCORDIA MILITVM. Duo militestenentes Victoriolam.

DN CONSTANTIVS IVN NOB C.

CONCORDIA MILITVM. ASIS. (1) Figura militaris singulis manibus singula labara tenens, in quibus monogramma Christi.

DN CONSTANTIVS NOB C.

CONCORDIA MILITVM. ASIS. Typus ut suprà.

DN CONSTANTIVS P F AVG. cum stellâ & A. ad latus.

CONCORDIA MILITVM. A.... Figura militaris ambabus manibus labarum tenens, in quo Christi monogramma.

..........

CONSTANTIVS CAESAR. in medio nummo.

DN CONSTANTIVS IVN NOB C. *in aliis* ad latus A.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris captivum supplantans : in imâ parte ASIS.

Alius cum TSIS. in imâ parte, eodem typo.

DN CONSTANTIVS P F AVG.

FEL TEMP REPARATIO. AQT. LXXII. Typus ut suprà.

Alius cum ΓCON. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SHKB. in imâ parte, eodem typo.

DN CONSTANTIVS IVN NOB C.

FEL TEMP REPARATIO. LXXII. BSIS. Figura militaris captivum cum equo prolapsum sternens.

DN FL CL CONSTANTIVS NOB CAES.

FEL TEMP REPARATIO. SMKΓ. Typus ut suprà.

DN CONSTANTIVS P F AVG. *in aliquibus* ad latus A.

FEL TEMP REPARATIO. FPL. Typus ut suprà.

Alius cum IIIRT. in imâ parte, eodem typo.

DN CONSTANTIVS NOB CAES.

FEL TEMP REPARATIO. RE. Imperator eques dextrâ jaculo captivum sternit, dum alius miles illi scutum porrigit.

DN CONSTANTIVS P F AVG.

FEL TEMP REPARATIO. ΓTSΔ. Imperator stans, dextrâ globum cum Victoria à quâ coronatur, sinistrâ labarum cum Christi monogrammate, dextro pede captivum supplantans.

CONSTANTIVS P F AVG.

FEL TEMP REPARATIO. Imperator

(1) Nummus hic est Constantii Galli : nam Constantini filius Jun. nunquam dici debuit, cum solus semper fuerit sui nominis Cæsar : ad Gallum etiam pertinent nummi Constantii Cæsaris cum epigraphe FEL TEMP REPARATIO. item ii omnes in quibus Fl. Cl. Constantius Cæsar dicitur ; sed vide quæ eâ de re ad Gallum ipsum monebimus.

in navi, dextrâ globum cum phœnice, sinistrâ labarum, in quo Christi monogramma, ad pedes Victoria navim gubernans: in imâ parte AQS.

Alius cum ESIS. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum PARL. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo.

DN CONSTANTIVS P F AVG. stella & A. *in aliis* N. *in aliquibus* Caput laureatum, *in aliis* Caput coronâ gemmatâ, dextrâ globum.

FEL TEMP REPARATIO. ASIS. Phœnix radiatus substructioni instans.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Imperator dextram porrigit figuræ parvæ ex antro prodeunti, sinistrâ hastam, ponè arbor: in imâ parte KAC.

Alius cum PAN. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum RE. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. SMKAR. Imperator stans dextrâ labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ scutum, dextro pede duos captivos manibus revinctis conculcans.

Eadem epigraphe.

FEL TEMP REPARATIO. Imperator stans, dextrâ labarum, sinistrâ scutum; ante eum duo captivi stantes manibus post terga revinctis: in imâ parte ANT. & stella.

Alius cum NTR. in imâ parte, eodem typo.

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Caput Constantii galeatum, ad pectus cum loricâ, spiculo & clypeo.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut suprà, sed in labaro Christi monogramma: in imâ parte RB. *Ducang.*

DN CONSTANTIVS NOB CAES.

FELIX TEMP REPARATIO. Miles captivum sternens: in imâ parte ALEB.

Alius cum ALEIA. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum ANH. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SMHB. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SMKE. in imâ parte, eodem typo.

FL IVL CONSTANTIVS NOB C.

GLORIA EXERCITVS. Duo milites singuli tenentes hastam, & signum militare.

Eadem epigraphe.

GLORIA EXERCITVS. Duo milites cum hastis & scutis, in medio duo signa militaria: in imâ parte MRBT.

Alius cum SMA. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SMKSO. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SMTST. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TRIS. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

GLORIA EXERCITVS. TSIS. Duo milites cum hastis ad labarum, in quo monogramma Christi.

DN CONSTANTIVS AVG.

GLORIA EXERCITVS. SMANT. Duo milites hastati & clypeati in quorum medio signum militare.

FL IVL CONSTANTIVS PERP AVG.

GLORIA REIPVBLICAE. TR. (1) Duæ figuræ altera galeata, altera turrito capite sedentes, secunda dextro pede rostrum navis calcat, & ambo clypeum tenent, in quo VOT XXX MVLT XXXX.

FL IVL CONSTANTIVS NOB C.

GLORIA ROMANORVM. Victoria gradiens, dextrâ lauream, sinistrâ palmam.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. Victoria gradiens, dextrâ lauream, sinistrâ trophæum.

DN CONSTANTIVS P F AVG.

GLORIA ROMANORVM. stella, RT. Figura equestris captivum supplantans.

Eadem epigraphe.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. ABSIS. Imperator stans, dextrâ labarum, in quo Christi monogramma, sinistrâ hastam per transversum, à Victoriâ coronatur.

Eadem epigraphe.

IN HOC SIGNO VICTOR ERIS. ASIS. Victoria coronans Imperatorem.

IMP CONSTANTIVS AVG.

MARTI CONSERVATORI. PTR. (2) Mars stans, dextrâ hastam, sinistrâ clypeum.

DN CONSTANTIVS P F AVG. Caput diadematum, pectore loricato & paludato.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis.

(1) Nummum hunc rarissimum ex ære refert Mediobarbus ex Oiselio. Similes aurei obvii sunt. Sequentes verò duos rarissimos exhibet idem scriptor ex Patini Thesauro.

(2) Nummus hic, quem ex Occone inter hujus Augusti numismata exhibet Mediobarbus, ad Constantium Constantini M. patrem, hujus Principis avum, proculdubio referendus est.

FL IVL CONSTANTIVS P F AVG. Bustum capite coronato ex laureâ, & gemmeâ coronâ, dextrâ hastam, & scutum in quo decursiones, sinistrâ equinum caput mulcens.

MONETA N VRBIS ROMANAE. (1) Tres Monetæ cum bilancibus, & cornucopiis, & vasibus, ad pedes navis cum remigibus undis instans.

FL CL CONSTANTIVS P F AVG.

MTES. in medio nummo.

............

PROVIDENTIAE AVGG. SMTS. Castra cum stellâ.

FL IVL CONSTANTIVS NOB C.

PROVIDENTIAE CAESS. Castra prætoria: in imâ parte MNΔ.

Alius cum PTRE. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SNKO. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum STRB. in imâ parte, eodem typo.

DIVO CONSTANTIO OPT AVG.

REQVIES.....STR. (2) Figura sedens, dextrâ globum, sinistrâ scipionem.

............

ROMA BEATA.

DN CONSTANTIVS P F AVG.

SALVS REIPVBLICAE. NPSC. Figura militaris dextrâ globum, sinistrâ hastam.

IMP C CONSTANTIVS P F AVG.

SAPIENTIAE NOSTRI PRINCIPIS. (3)

DN FL CONSTANTIVS N....

SECVRITAS REIPVB. Figura stans, sinistro cubito columnæ nixa, dextrâ hastam.

DN CONSTANTIVS AVG.

SPES REIPVBLICE. SMKB. Imperator stans, dextrâ globum, sinistrâ hastam.

FL CL CONSTANTIVS P F AVG.

TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM. TR. Imperator paludatus cum labaro, in quo laurea.

DN CONSTANTIVS P F AVG.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria, & miles stantes se mutuo aspicientes.

..............

VICTORIA AVGVSTORVM. SMANO. Victoria gradiens, dextrâ lauream in quâ XXV. sinistrâ trophæum; ad pedes captivus genuflexus.

CONSTANTIVS P F AVG.

VICTORIA AVG NN. Victoria spoliis insidens, clypeo inscribit VOT.

FL IVL CONSTANTIVS NOB C.

VICTORIA AVG NN. Victoria insidens spoliis, clypeo inscribens VOT X.

FL VAL CONSTANTIVS NOB C.

VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. Victoria sedens, clypeo inscribens VOT X.

DN CONSTANTIVS P F AVG.

VICTORIA CONSTANTIS AVGG. SMNR. Victoria sedens, clypeum tenens in quo VOT XX.

CONSTANTIVS P F AVG.

VICTORIAE DD AVGG NN. ESIS. Duæ Victoriæ laureas attollentes dextris, sinistris palmas gerentes; inter has palma. Eadem epigraphe.

VICTORIAE DD AVGG NN. ESIS. Typus ut suprà.

Eadem epigraphe.

VICTORIAE DD AVGG Q NN. STPLC. Duæ Victoriæ dextris laureas tenentes.

CONSTANTIVS AVGVSTVS.

VICTORIAE DD NN AVG. TR. Duæ Victoriæ tenentes clypeum, in quo VOT XX.

DN CONSTANTIVS P F AVG.

VICT DD NN AVG ET CAES. RQ. Duæ Victoriæ sustinentes clypeum, in quo VOT XXX.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Miles paludatus, dextrâ pilum, sinistrâ globum.

DN CONSTANTIVS VICT P F AVG.

VIRTVS AVGVSTI. R. Imperator sinistro pede captivum proculcans, & Victoria ejusdem capiti à tergo lauream imponens.

DN CONSTANTIVS NOB CAES.

VIRTVS CAESS. QA AL. lunâ bicorni intermediâ. Castra prætoria cum stellâ.

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo.

FL IVL CONSTANTIVS NOB C.

VRBS ROMA. Roma clypeo insidens, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam.

(1) Epigraphe nova: nummum hunc rarissimum imò singularem refert Mediobarbus ex Strada; sed quæ ei fides adhibenda sit, suo loco dicemus.

(2) Nummus hic ab Occone & à Mediobarbo perperam huic Augusto adscribitur, cum proculdubio ad Constantium Constantini M. patrem, hujus Principis avum pertineat.

(3) Nummum hunc rarissimum Mediobarbus è Goltzii Thesauro exscripsit; sed aut Constantii Chlori, aut sanè Constantini M. esse videtur: nullus enim nummus Constantii hujus cum hac epigraphe capitis hactenus prodiit.

# FAUSTA.

Constantio nupſiſſe filiam Conſtantii patrui tradunt Scriptores ; ſed cum nomen ejus ſilentio prætermiſerint, videndum num ea ſit Fausta nobiliſſima Fœmina, quam reperimus in nummo ſingulari, qui olim Fittoni Magni Etruriæ Ducis Antiquarii, nunc eruditi viri Caroli Cæſaris Baudelot Muſeum ornat. Eum nummum Triſtanus in Appendice tertii voluminis jam indicaverat, Mediobarbi tamen diligentiam effugit, ac neſcio an eum quiſquam hactenus notaverit. Cur nummus is ad Fauſtam Conſtantini M. uxorem pertinere non videatur, monuimus ſuprà in vitâ Conſtantii ; nec tamen huic Principi certam, ſtabilemque locare mens eſt ; tam enim Conſtantini Jun. quam Conſtantii uxor eſſe potuerit. Primam Conſtantii uxorem ante annum 380. obiiſſe conſtat : quippe filiam ſuam ei obtulit Magnentius : cætera in incerto ſunt.




## *NUMISMATA Æ. III.*

Fausta n f. Caput Fauſtæ ad pectus cum ſtolâ.

Sine epigraphe. Sydus magnum in coronâ laureâ. *Bau.*

# EUSEBIA.

Flavia Aurelia Eusebia altera Conſtantii uxor, patre nata erat Conſulari, matre Theſſalonicenſi ſingularis exempli fœminâ. Nupſit anno 353. Conſtantio, qui eam præcipuâ caritate complexus fertur, cum ob corporis venuſtatem, tum etiam ob gratiam ingenii, morumque elegantiam : quamobrem agnatos cognatoſque omnes ad ſummos honores facilè provexit, è quibus fratres Euſebius & Hypatius Conſulatum anno 359. geſſere ; ſed eodem aut ſane ſequenti anno deceſſit ex μητρομανίᾳ morbo, quem ex perpetuâ ſterilitate contraxerat.

# FAUSTINA.

MAXIMA FAUSTINA de cujus parentibus altum eſt apud Scriptores ſilentium, Conſtantio nupſit anno 361. eique jam è vivis ſublato filiam peperit Conſtantiam Poſtumam, quæ Gratiano Auguſto nuptum collocata eſt. De ejus morte fruſtrà quæras, ſed in aliquo honore apud poſteriores Principes fuiſſe, non malè, ut quidem videtur, conjeceris.


*Nummus incerti metalli ac moduli.*

FL MAXIMA FAVSTINA AVG.
SALVS REIPVBLICAE. (1) Mulier duos geſtans infantes.

(1) Nummum hunc, ſi quidem genuinus eſt, nec ad Fauſtam pertinet, quod vix quiſquam negaverit, rariſſimum, profert Mediobarbus è Fæſchiano cimelio.

# NEPOTIANUS.

FLAVIUS POPILIUS NEPOTIANUS Eutropiæ ſororis Conſtantini Magni filius, cum Conſtante cæſo Magnentium Galliis, Vetranionem Illyrico imperitare comperiſſet, ſummam dignitatem in ſe quoque non malè collocatum iri exiſtimavit, collectâque gladiatorum manu Romam Junio menſe anni 350. invaſit. Hunc Nepotiano patre natum, qui Conſulatum anno 301. geſſit, ipſum Conſulem anno 336. fuiſſe Recentiores plerique ſcribunt: quicquid ſit, cum Urbem duodetriginta dies tenuiſſet, Magnentianis proditus à Senatore quodam cui Heraclito nomen, vitæ ſimul & Imperii finem implevit; caput ejus pilo per Urbem circunlatum, quam cædibus jam tum fœdaverat, ſi Aur. Victori credimus; ut appareret quid de illo in longâ pace ſperandum eſſet, qui crudelitatem ſuam in civili tumultu, & nondum firmatâ poteſtate occultare non potuerit.



## NUMISMATA Æ. II.

FL POP NEPOTIANVS P F AVG. Caput Nepotiani nudum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Nepotianus eques à dextris ſiniſtrorſum, figuram hoſtilem procumbentem manibus protenſis ſupplicem impetit haſtâ, equum verò regit ſiniſtrâ; ſub equo haſta fracta & clypeus projectus. *RE.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte RS. *Fouc.*

FL NEPO......ANTINVS AVG. Caput

Nepotiani coronâ & lauro & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

VRBS ROMA. (1) Figura muliebris galeata & stolata spoliis insidens, dextrâ tenet globum cum Victoriolâ, sinistrâ hastæ innixa. *Le Roy.*

FL POP NEPOTIANVS P F AVG. Caput Nepotiani nudum, ad pectus cum paludamento.

VRBS ROMA. Typus ut suprà. *Ducang. MB.*

. . . . . . . . . . . .

VRBS ROMA FELIX. (2) Typus ut suprà. *MB.*

(1) Nummus rarissimus imò singularis ob capitis epigraphen : haud dubium enim est quin legendum sit *Fl. Nepotianus Constantinus*, ut in nummo suo æreo, quem tamen non exhibet, legisse se Tristanus testatur ; qui præterea monet, Nepotianum Constantini nomen postea demum sumpsisse videri, quàm Urbem Romam invasisset, ideo verò sumpsisse, quod Constantini sororis, Eutropiæ nimirum filius esset.

(2) Nummi hujus Principis omnes rari omninò sunt ; hic autem, quem ex Tristano exhibet Mediobarbus, rarissimus est. Hæc epigraphe tum primum occurrit.

# VETRANIO.

VETRANIO Illyrici tyrannus Constantii ætate, & quidem anno Christi 350. Hunc in Mæsiâ superiori ortum prodit Aur. Victor, qui stoliditatem & improbitatem ejus acerrimè exagitat: cæteri Scriptores tametsi literarum prorsus expertem fatentur, ut primis elementis institui tum demum cœperit cum ad Imperium provectus est, mores tamen & comitatem ejus commendant, & diuturnitate ac felicitate militiæ carissimum plerisque fuisse testantur. Et sanè quàm præclarè de ejus virtute ac fide senserit Constans Augustus, inde colligi potest, quòd hunc Magistrum Peditum in Illyrico creaverit, quæ postrema privato dignitas fuit. Militum suffragiis electum Imperatorem plerique tradunt, fortissimum Ducem Magnentio opponentium, qui Constante cæso universi Occidentis imperio imminebat : nonnulli Constantinam quoque Augustorum sororem huic favisse volunt, quòd in Constantio minus spei esset bello adversus Persas tum intento: sed ut hoc incompertum est, ita Vetranionem à Constantio in amicitiam statim receptum, nonnulla equitum ac peditum auxilia ab eo accepisse constat : quæ tamen quominus consilia deinde cum Magnentio consociaret non obstitere. Legationem ab ambobus tyrannis ad Constantium missam fuisse prodit Petrus Patricius, cujus hæc erant mandata : tres Augusti Provincias quisque suas retinerent, Principem dignitatis locum teneret Constantius, & sororem Magnentio suam collocaret, ipse Magnentii filiam uxorem duceret : sed ignavam pacem aspernatus Constantius, Persicum bellum tantisper intermisit, dum paternum Imperium recuperasset, confectisque maximis itineribus, Vetranioni de belli gerendi ratione adhuc deliberanti supervenit. Enimverò non contemnendum fuisse hujus exercitum testantur scriptores ; sed ipsâ Constantii celeritate perturbatus, ut pacem non iniquis conditionibus faceret, adeoque ut amborum copiæ conjungerentur, homo minimè malus se induci sivit : Constantius verò cum viam sibi ad corrumpendos milites patefactam cerneret, singulos primùm paternarum virtutum memoriâ, jurisjurandi fide, largitionibus aggressus, postremo advocatâ die 25. Decembris concione, ut se solum Augustum, cæteros porrò expellendos clamitarent impulit. Quæ etsi in Magnentium jactata videri volebat, quem unum oratione suâ perstrinxerat ; Vetranionem tamen qui latus ejus tegebat Imperatoriis vestibus ornatus ita perterruit, ut ad pedes ejus provolutus, cætera

concederet, vitam tantum deprecaretur. Hic finis ejus Imperii fuit, quod decem prope menſes maximis difficultatibus conflictatus retinuerat; quâ re factum eſt, ut nobilis otii commodis magis frueretur: non enim vitam illi conceſſit ſolùm, ſed ampliſſimos etiam reditus aſſignavit Conſtantius, ut nihil ſibi ad ſummas opes deeſſe fateretur. Obiit poſt annos ſex Pruſiade in Bithyniâ, quo ſtatim ab abdicato Imperio miſſus fuerat, cum id omne tempus in Chriſtianæ pietatis opera impendiſſet.



## NUMISMATA AUREA.

DN VETRANIO P F AVG. Caput Vetranionis laureatum, ad pectus cum paludamento.

SALVATOR REIPVBLICAE. (1) Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ haſtam: à tergo Victoria ſtans coronam lauream Imperatoris capiti imponit dextrâ, ſiniſtrâ tenet palmæ ramum: in imâ parte SIS. *Seidel.*

(1) Nummum hunc rariſſimum, imò ſingularem, quique apud Mediobarbum non extat, Andreas Eraſmus à Seidel primus in lucem prodidit, huicque eruditam diſſertationem ſubjunxit, in qua tamen Vetranionis vitam à Triſtano adornatam exſcripſiſſe videri poteſt. Nummi hujus Principis ex auro rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN VETRANIO P F AVG. Caput Vetranionis laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (1) Victoria tunicata & ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò ſiniſtrâ: in imâ parte SIS. *Fouc.*

(1) Nummus hic apud Mediobarbum non extat, & rariſſimus imò ſingularis eſt. Victoriam in nummis illius ætatis exhiberi ſolere, tametſi nullam Auguſti reportaſſent, jam monuimus: quinam verò Princeps hîc cum Vetranione commendetur, difficile eſt ſtatuere; nam cum Conſtantio primùm, deinde cum Magnentio fœdus ſanxit.

## NUMISMATA Æ. II.

DN VETRANIO P F AVG. Caput Vetranionis laureatum, ad pectus cum paludamento: à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella.

CONCORDIA MILITVM. (1) Vetranio laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſingulis manibus tenet labarum in quo nominis Chriſti monogramma: à dextris in areâ A. in imâ parte ASIS. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum TSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, literâ A. & ſtellâ in areâ.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris B. in imâ parte Q_A. ſtellâ intermediâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Vetranionis coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento, abſque A. & ſtellâ in areâ.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà cum ſtellâ ſuprà caput Imperatoris:

(1) Vetranionem militum ſuffragiis electum Imperatorem plerique tradunt, ut ſuprà in ejus Vita diximus.

à dextris in areâ A. in imâ parte BSIS. *Ducang.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut suprà : à dextris in areâ A. à sinistris B. in imâ parte TSA. *RE.*

Alius cum TS€. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius absque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à dextris in areâ A. à sinistris stella.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. (1) Vetranio laureatus ac paludatus vultu dextrorsum converso stans, labarum in quo nominis Christi monogramma tenet dextrâ, sinistrâ sceptrum: Victoria stans retrò, coronam capiti ejus imponere parat dextrâ, palmæ verò ramum gestat sinistrâ: à dextris in areâ A. in imâ parte ASIS. & stella. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, absque A. & stellâ in areâ.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. Typus ut suprà : à dextris in areâ A. in imâ parte MSIS. *RE.*
Eadem epigraphe. Caput Vetranionis laureatum, ad pectus cum paludamento : à dextris in areâ A. à sinistris stella.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. Typus ut suprà, nisi quod Vetranio sinistrâ ad femur sinistrum demissâ nihil tenet : à dextris in areâ A. in imâ parte RSIS. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Vetranionis coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento, absque A. & stellâ in areâ.

VIRTVS EXERCITVS. (2) Figura militaris paludata stans, dextrâ tenet hastam in cujus vertice nominis Christi monogramma : sinistrâ clypeum : in imâ parte TSA. *RE.*

(2) Vide quæ ad nummum similem Constantii adnotavimus.

(3) Nummum hunc rarissimum cum olim conspexisset Ill. Ezech. Spanhemius, scripsissetque pag. 601. eximii Operis de præstantiâ & usu Numismatum, extare in Gaza Medicea Vetranionis & Nepotiani nummos cum solitis illo ævo symbolis, GLORIÆ ROMANORVM & VIRTVTIS EXERCITVVM, existimavit Mediobarbus, nummum cum epigraphe, VIRTVS EXERCITVVM. ab erudito viro indicari ; sed hoc ipso quod monuerat Spanhemius, epipraphen in illo ævo obviam esse, intelligere debuerat ita legendum esse ut in hoc nummo legitur ; nam similis epigraphe in nummis plerorumque illius ætatis Principum occurrit. Cæterum hujus Principis nummi omnes rari sunt.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN VETRANIO P F AVG. Caput Vetranionis laureatum, ad pectus cum paludamento : à dextris in areâ Δ.

CONCORDIA MILITVM. Imperator stans tenet signa duo militaria, in quorum apice nominis Christi monogramma : supernè stella : à dextris in areâ A. in imâ parte BSIS. *Regius.*
VETRANIO NOB CAES. Caput Vetranionis imberbe nudum.

FEL TEMP REPARATIO. (1) Imperator barbarum prostratum confodiens : in imâ parte ALE. *Ex Schedis Hen.*
DN VETRANIO P F AVG. Caput Vetranionis laureatum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. (2) Imperator stans dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ sceptrum : in imâ parte ASIS. *Regius. Fauvel.*
Eadem epigraphe. Caput Vetranionis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte BSIS. *Ducang.*
Eadem epigraphe. Caput Vetranionis laureatum, ad pectus cum paludamento : à dextris in areâ A.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte SIS. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, absque literis in areâ.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. Imperator paludatus stans, dextrâ tenens labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ sceptrum, à Victoria retrò stante coronatur : à dextris in areâ A. in imâ parte TSIS. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à dextris in areâ A.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. Imperator ut suprà, sed absque sceptro in sinistrâ : à dextris in areâ A. in imâ parte SIS. & stella. *Regius.*

(1) Nummus hic Vetranionis rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum : cusus verò tum videri potest, cum pacem à Constantio petiit Vetranio ; haud enim improbabile est Constantium Illyrico quidem cessisse Vetranioni eâ lege, ut Cæsaris tantum dignitate contentus esset.

(2) Cum eadem epigraphe nummum Vetranionis exhibet Mediobarbus ex Arschotano cimelio, sed typo paululum diverso.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, abſque literis in areâ.

VIRTVS AVGVSTORVM. (1) Figura militaris galeata ac paludata dextrorſum verſa, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ globum, pede lævò captivum humi ſedentem premit: in imâ parte ASIS. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. Figura militaris ſtans, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ clypeum: in imâ parte TES. *RE.*

(1) Nummi hujus Principis ex omni modulo rari ſunt, hic autem & ſequens rariſſimi ſunt, imò ſingulares, nec extant apud Mediobarbum.

## *NUMISMATA ÆREA* *incerti moduli.*

DN VETRANIO P F AVG. *in aliquibus ad latus* A. *in aliquibus* Sydus ante caput.

CONCORDIA MILITVM. Figura paludata ſtans, ſingulis manibus ſingulum labarum tenens, in quibus monogramma Chriſti: in imâ parte ACSIS.

Alius cum MSA. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum TSA. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANOR. (1) Figura paludata ſtans, dextrâ globum cum Victor â, ſiniſtrâ labarum, in quo monogramma Chriſti, ad latus ſtella.

Eadem epigraphe.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. APSIS. Imperator ſtans, dextrâ labarum, in quo monogramma Chriſti, ſiniſtrâ haſtam puram, à Victoriâ coronatur.

(1) Hunc nummum Vetranionis exhibet Mediobarbus ex Arſchotano cimelio, ſed typo paululum diverſo ab iis, quos inter numiſmata ex Æ. III. protulimus.

# MAGNENTIUS.

MAGNIUS MAGNENTIUS primus & clariſſimus tyrannorum quos Conſtantii tempora tulere. Hunc patre Britanno, cui Magno nomen fuit, natum ſcripſere nonnulli: alii ex Letorum genere, quos ex Germaniâ Maximianus Herculius in Gallias tranſtulerat, fuiſſe volunt: Julianus Germanicæ gentis fuiſſe prodit, & bello captum, mox in militiam Romanam adſcitum, fortibus factis inclaruiſſe. Conſtanti cariſſimus, à quo Joviorum & Herculiorum ( Prætoriarum Cohortium hæc nomina fuiſſe creduntur ) Comes creatus, in militari etiam tumultu objecto paludamento ſervatus fuerat; hunc per ſummam perfidiam vitâ ſimul & regno ſpoliavit anno 350. cum purpuram ipſe Auguſtoduni induiſſet Marcellini Ærarii Præfecti operâ. Hac cæde Magnentio partum quicquid Conſtanti paruerat; ſed Illyricum poſt aliquot dies, Italiam, Africam & Hiſpaniam anno 352. poſtremo Imperium & vitam anno ſequenti amiſit. Illyricum diſtraxerat Vetranio, quem ubi Magnentius ſeu ſponte, ſeu armorum civilium terrore objecto, ut conſilia ſecum conſociaret, compulit, legationem ad Conſtantium miſere, quâ haſce pacis conditiones illi offerebant: tres ſimul Auguſti ſuas quiſque Provincias retinerent, Conſtantius primus omnium eſſet, & ſororem ſuam Magnentio nuptum collocaret, ipſe Magnentii filiam uxorem duceret. Interea Romam à Nepotiano occupatam, eundemque intra trigeſimum diem à Marcellino confectum audivit Magnentius; poſtquam verò Conſtantium pacem aſpernari, & Vetranionem in ordinem redactum accepit, Illyricum anno 351. adortus, bellum anceps & varium ad diem 28. Septembris

bris gessit, quo tyranni res apud Mursiam pugnâ inter paucas memorabili penitus accisæ sunt. Quominus Magnentium confestim persequeretur Constantius, obstitit hyems jam imminens; sed anno sequenti capto castello quodam Alpibus imposito, hunc ita perturbavit, ut Aquileiâ primùm, mox universâ Italiâ excederet, quamvis non contemnendas hostium copias apud Ticinum cecidisset. Eâdem tempestate Principis legitimi authoritatem secutæ Hispania & Africa, nihilque tyranno præter Gallias supererat, quas ipsas Chnodomarius Alamannorum Rex fuso Decentii exercitu infestis signis peragrabat, præterquàmquod Treviros nobilissimam, & ad bellum adversus Barbaros peropportunam urbem Pœmenius quidam Constantii nomine invaserat: anno verò 353. cæso apud Montem Seleuci in Alpibus Cottiis exercitu, cum Lugdunum fugisset, agnatos primum, atque in iis Desiderium fratrem, mox se ipse mense Augusto interfecit, cum septem fermè menses suprà triennium imperasset, annos natus esset suprà quinquaginta. Literarum amorem, vim & impetum orationis in eo commendant Scriptores; sed iidem ignavissimum fuisse produnt; crudelitas verò ejus tanta fuit, quanta immanissimi & avarissimi tyranni. Uxorem duxit jam Imperator Justinam nomine, quæ Valentiniano Augusto postea nupsit.




## *NUMISMATA AUREA.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS PERP. Victoria ad sinistram gradiens, dextrâ tenet coronam, sinistrâ palmam: in imâ parte S. M. A Q. *MMA.*

DN MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà.

FELICITAS PERPETVA. (1) Typus ut ſuprà: in imâ parte SMAQ. *Regius.*
DN MAGNENTIVS P F AG. (ſic) Caput Magnentii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ET REPARATIO TEMPORVM. (2) Imperator habitu militari ſtans, dextrâ tenet globum, cui inſiſtit Victoriola, ſertum porrigens; ſiniſtrâ labarum: in imâ parte PAR. *Regius. Brandenburg.*
DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii cum diademate ex margaritis, ad humeros cum paludamento.

GLORIA ET REPARATIO TEMPORVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte PAR. *Ducang. MB.*
Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. Figura equeſtris captivum ſupplantans. *MB.*
IMP CAES MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.

LIBERATOR REIPVBLICAE. (3) Imperatori in equo ſedenti, Reſpublica capite radiato, cum cornucopiæ, leniter inclinato corpore, inſtar gratias agentis, reverentiam exhibet: in imâ parte SMAQ. *Hard.*
DN MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut ſuprà.

VICT AVG LIB ROM ORB. (4) Victoria & civis Romanus togatus ac pileatus trophæum ambo tenentes: in imâ parte NAR. *M.*

Alius cum NLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius, maximi moduli.*
DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii ut ſuprà.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMAQ. *Farneſianus.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine. Brandenburg.*

Alius abſque literis in imâ parte, eodem typo. *MB.*
IMP C MAGNENTIVS P F AVG.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *MB.*
IM CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *Fouc. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VICTORIA AVG LIB ROMANOR. (5) Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *Regius. RE. Palatinus.*
DN MAGNENTIVS P F AVG.

VICTORIA AVG LIB ROMANORVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMAQ. *MB.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo. *MB.*
Eadem epigraphe.

VICTORIAE DD NN AVGG ET CAE. VOT V MVLT X. SVRF. L. C. Duæ figuræ ſuſtinentes in medio trophæum. *MB.*

(1) Cum eadem epigraphe occurrunt etiam nummi in Conſtante & Conſtantio ejus fratre, ſed in iis typi omninò diverſi. Nummi hujus tyranni ex auro omnes rari ſunt, hic verò rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum, in quo deſiderantur omnes illi ex auro, qui notam ſolitam (*MB*) non habent.

(2) Nova epigraphe: nummi ipſi rariſſimi ſunt.

(3) Epigraphe nova, & typus novus: nummus ipſe rariſſimus, imò ſingularis, nec apud Mediobarbum extat, ſed fœdâ adulatione infamis: Magnentius enim non aliam ob cauſam liberator Reipublicæ dicitur, quam quod Conſtantem, à quo in ſeditione militari objecto paludamento ſervatus fuerat, per ſummam perfidiam interfecerat: Principem non vitiorum quidem expertem, fortem tamen & clementem, ipſe ignaviſſimus & crudeliſſimus. Inſcriptionem haud minus falſis laudibus fœdam è Grutero pag. 281. hîc exhibere non abs re erit.

LIBERATORI. VRBIS. ET. ORBIS. ROMANI
RESTITVTORI. LIBERTATIS. ET
REIPVBL. CONSERVATORI. MILITVM. PROVINCIALIVM
D. N. MAGNENTIO. INVICTO. PRINCIPI

(4) Epigraphe nova in Mediobarbo deſideratur, nummi ipſi rariſſimi; ſed vide quæ ad ſequentes nummos adnotamus.

(5) Hæc quoque epigraphe nova, & typus novus: his verò nummis commendatur victoria de Nepotiano, quem ſi quivis alius ab urbis cervicibus depuliſſet, poterat ejus cædes è Republica facta videri; huic enim ſævitiam ita naturalem fuiſſe ferunt, ut ne initio quidem Imperii diſſimulare eam potuerit: ſed Magnentius ipſe crudelitate & avaritia ordines omnes peſſumdedit; trucidatis enim Senatoribus plurimis, cæſis etiam aliquot militaribus tribunis aut legatis, poſtremò omnes facultatum ſuarum partem mediam in ærarium deferre juſſit; qui fefelliſſent capitis pœnas penſuros; ſervis dominos deferre jus eâ de re eſſe voluit.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS PERPETVA. Victoria tunicata & ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ,

palmæ ramum ſiniſtrâ: in imâ parte LVG. *Fouc.*

Alius cum VC.... in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

FL MAGENTIVS (ſic) P F AVG. Caput Magnentii ut ſuprà.

FELICITAS PERPETVA. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Farneſianus.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS REIPVBLICE. (ſic) (2) Imperator paludatus ſtans, vultu dextrorſum converſo, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, labaro verò in quo nominis Chriſti monogramma adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte RSLC. *Fouc. Nummus maximi moduli.*

Alius cum RSLS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento: à dextris in areâ A.

GLORIA ROMANORVM. Imperator paludatus eques à dextris ſiniſtrorſum, cum coronâ orbiculari circà caput, figuram hoſtilem coram procumbentem impetit dextrâ, equum verò regit ſiniſtrâ; ſub equo clypeus cum ſigno militari fracto projectus: in parte nummi ſuperiore à ſiniſtris ſtella: in imâ parte AQT. *Fouc.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut ſuprà: à dextris in areâ N.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Imperator paludatus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, labaro in quo nominis Chriſti monogramma adnititur dextrâ, lauri verò ramum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris captivus manibus poſt tergum revinctis humi ſedens, vultu ad eum converſo: à ſiniſtris in areâ N. in imâ parte RP. *Fouc.*

IM CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut ſuprà, abſque literis in areâ.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Victoria à dextris ſtans, palmam tenens ſiniſtrâ, & Civis Romanus togatus ac pileatus à ſiniſtris, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenens, una tenent trophæum in medio erectum: in imâ parte TR. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA DD NN AVG. (3) Duæ figuræ alatæ clypeum tenentes, in quo VOT V MVLT X. in imâ parte SP. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento: à dextris in areâ A.

VICTORIAE DD NN AVG ET CAE. (4) Victoriæ duæ ſtantes tenent coronam, in quâ VOT V MVLT X. inter utramque SV. & ſtella ſupernè: in imâ parte RPLS. *Albert.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, abſque literis in areâ.

VIRTVS EXERCIT. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ clypeo innititur. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut ſuprà: in imâ parte TR. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS ROMANORVM. MDT. (5) *MB.*

(1) Licet Magnentii nummi ex argento omnes rari ſint, hic tamen ob prænomen Flavii cum rarioribus adnumerandus eſt, nec extat apud Mediobarbum, in quo omnes illi ex argento deſiderantur, qui notam ſolitam (*MB*) non habent.

(2) An felicitatem Reipublicæ is in nummis ſuis prædicare potuit, qui pæne ei exitio fuit? Vide quæ in ejus Vita ſcripſimus.

(3) Cum eadem epigraphe occurrit etiam nummus in Conſtantio Conſtantini M. filio, ſed typo diverſo.

(4) Hæc epigraphe occurrit etiam in nummis Conſtantii.

(5) Epigraphe nova: nummus hic rariſſimus imò ſingularis eſt.

## *NUMISMATA ÆREA*
## *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.

SALVS DD NN AVG ET CAESS. (1) Nominis Chriſti monogramma, cum A. à dextris in areâ, & Ω. à ſiniſtris: in imâ parte TRP. *RE.*

IMP CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut ſuprà.

VICTO....... Figura militaris paludata

(1) Licet Magnentii nummi omnes ex ære maximi moduli rari omninò ſint, hic tamen rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum, in quo deſiderantur omnes illi qui notam ſolitam (*MB*) non habent. Vide quæ ad nummum ſimilem ex Æ. II. infrà adnotamus; necnon alterum ex Æ. III. inſcriptum VICTORIA DD NN AVGG. ET CAES.

ſtans, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ ſceptrum. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Figura militaris paludata ſtans, globum cum Victoriolâ ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à tergo ſtat Victoria coronam lauream capiti ejus imponens dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ geſtans. *Regius. RE.DeC.Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Victoria dextrorſum ſpectans, & captivum pede dextro proterens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Regius. RE. DeC. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *RE.DeC.*

## *NUMISMATA Æ. II.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS REIPVBLICE. (ſic) Magnentius paludatus capite nudo, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum cum Victoriâ tenet dextrâ, labaro verò, in quo nominis Chriſti monogramma adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte N L Q. ſtellâ intermediâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Magnentii coronâ ex margaritis cinctum, ad humeros.

FELICITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà: in imâ parte PARL. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Magnentii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà: in imâ parte PLC. *Frad.*

Alius cum RPLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum RSLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte TRP. *Bau.*

IM CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte TRP. & luna bicornis. *Fouc. Frad.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum TRS. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà, abſque nominis Chriſti monogrammate in labaro, & literis in areâ: in imâ parte SAR. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ F. in imâ parte SAR. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS REIPVBLICE. (ſic) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ F. in imâ parte SAR. *Fouc. Frad.*

Alius cum STR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIL IIII NIERVBLICAE. (ſic) Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte NSLC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à dextris in areâ A.

FEL TEMP REPARATIO. (1) Magnentius capite nudo paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, labarum in quo nominis Chriſti monogramma tenet dextrâ, ſiniſtrâ ad femur ſiniſtrum demiſsâ: in imâ parte FPLC. *Fouc.*

IM CAE MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento: à dextris in areâ A.

FEL TEMP REPARATIO. Triremis, remigante Victoriâ, in quâ Imperator ſtans, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, ſiniſtrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma: à dextris in areâ A. in imâ parte TRP. *Collegii. Fouc. Le Roy.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. MDM.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii ut ſuprà, abſque A. in areâ.

GLORIA ROMANORVM. Magnentius eques à dextris ſiniſtrorſum, figuram hoſtilem procumbentem manibus protenſis ſupplicem impetit haſtâ, equum verò regit ſiniſtrâ: ſub equo haſta fracta & clypeus

(1) Nummi Magnentii cum hoc typo rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum; cum ſequenti verò rari.

projectus ; juxtà ejusdem caput stella : in imâ parte AQ. *Ducang. Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo : à dextris in areâ A.
GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà, cum AQ. in imâ parte. *RE.*
Alius cum AQP. inter duos palmæ ramos, & coronâ à sinistris in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum AQT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*
Alius cum PTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*
Alius cum R. & folio lauri in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum RЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Alius cum RPLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Collegii.*
Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*
Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Alius cum RSLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*
Alius cum SAR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine. Collegii.*
Alius cum TES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Brandenburg.*
Alius cum TRP. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Collegii.*
Alius cum TRS. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum KAP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & A. à dextris in areâ.
GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà : à dextris in areâ B. in imâ parte AQS. inter duos palmæ ramos. *Fouc.*
IM CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà, cum A. à dextris in areâ.
GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte... *RE.*
DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii ut suprà, cum A. à dextris in areâ.
GLORIA ROMANORVM. Figura militaris stans inter duos captivos humi sedentes, dextrâ tenet Victoriolam, sinistrâ labarum in quo nominis Christi monogramma : à sinistris in areâ A. in imâ parte AQP. *Frad.*
Alius cum AQT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & A. à dextris in areâ.
GLORIA ROMANORVM. (1) Figura militaris stans, & captivum humi sedentem pede dextro premens, dextrâ tenet Victoriolam, sinistrâ labarum in quo nominis Christi monogramma : à dextris in areâ A. in imâ parte AQP. *Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & A. à dextris in areâ.
SALVS DD NN AVG ET CAES. Nominis Christi monogramma cum A. à dextris in areâ & Ω. à sinistris. *RE.*
Alius cum AMB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Ducang.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, absque A. in areâ.
SALVS DD NN AVG ET CAES. Typus ut suprà, cum AMB. in imâ parte. *Fouc.*
Alius cum ANB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum LPLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Alius cum LP..... in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Alius cum LPL.... in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Alius cum LSLC. in ima parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum PAR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum PPLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*
DN MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà.
SALVS DD NN AVG ET S. (sic) Typus ut suprà, cum LSLC. in imâ parte. *Fouc.*
DN MAGNENTIVS. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.
SALVS DD NN AVG ET CAES. Typus ut suprà : in imâ parte LPLC. *MDM.*
Alius cum LSLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii nudum, ad pectus cum paludamento.
SALVS DD NN AVG ET CAES. Typus ut suprà : in imâ parte PLC. *Fouc. RE.*
Alius cum PLC. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum PMR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

(1) Typus hic desideratur in collectione Mediobarbi. Nummus hic rarissimus ; superior verò rarus.

Alius cum TR P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS DD NN AVG ET CAES. (1) Typus ut suprà, cum Δ. insuper à dextris in areâ, & stellâ à sinistris: in imâ parte PPLC. *Fouc.*

Alius cum TR. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS DD NN AVG ET CAESS. Christi monogramma cum A. à dextris in areâ, & Ω. à sinistris: in imâ parte AMB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à dextris in areâ A.

VICTORIA AVG ET CAES. (2) Imperator paludatus vultu sinistrorsum converso stans, & captivi humi sedentis dorsum pede lævo premens, labaro in quo nominis Christi monogramma adnititur dextrâ, lauri verò ramum tenet sinistrâ: à dextris in areâ III. à sinistris VA. in imâ parte ASIS. *Frad.*

IMP CAES MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà, absque literis in areâ.

VICTORIA AVG LIB ROMANORVM. Magnentius cum captivo typo quo suprà, labaro in quo aquila adnititur dextrâ, lauri verò ramum tenet sinistrâ. *Brandenburg.*

IMP CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut suprà: in imâ parte RB. *Fouc. Cham.*

Alius cum RЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. in imâ parte R. F. P. *Frad.*

Alius cum R. F. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum R. F. T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut suprà: à sinistris in areâ A. in imâ parte R. F. S. *Frad.*

IMP CAES MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. in imâ parte RFS. *Ducang.*

DN MAGNENTIVS P F AVG. Caput Magnentii ut suprà: à dextris in areâ A.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Typus ut suprà: à dextris in areâ H. in imâ parte R. S. P. *RE.*

IMP CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà, absque literis in areâ.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. (3) Magnentius pede captivum premens, dextrâ tenet aquilam, sinistrâ hastam: à dextris in areâ A. in imâ parte PFE. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Magnentius paludatus vultu dextrorsum converso stans, & captivi humi sedentis dorsum pede lævo premens, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ: in imâ parte R. F. P. *Fouc.*

Alius cum R. F. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à dextris in areâ N.

VICTORIA AVG LIB ROMANOR. Magnentius vultu sinistrorsum converso stans, labaro adnititur dextrâ, lauri verò ramum tenet sinistrâ: à sinistris juxtà pedes captivus supplex manibus post tergum revinctis: in imâ parte RS. *Fouc.*

IM CAE MAGNENTIVS AVG. Caput Magnentii ut suprà, absque literis in areâ.

VICTORIA AVG LIB ROMANORVM. (4) Victoria à dextris, & civis Romanus pileatus ac togatus à sinistris, sinistrâ hastæ puræ adnixus, una tenent trophæum: in imâ parte RFQ. *Collegii.*

DN CONSTANTIVS IVN NOB C. Caput Conſtantii Galli ut ſuprà.

FEL TEMP REPARATIO. Imperator galeatus ſtans, hoſtem ex equo prolapſum impetit haſtâ, clypeo armatus ſiniſtrâ; juxtà pedem ſiniſtrum clypeus projectus cum ſpiculo fracto : in imâ parte ASIS. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HOC SIGNO VICTOR ERIS. Imperator ſtans dextrâ tenet labarum in quo nominis Chriſti monogramma : à dextris in areâ III. in imâ parte ASIS. *Regius.*

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

Caput abſque Inſcriptione cum vittâ.

CONSTANTIVS CAES. SCONS. Victoria ſedens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C GALLVS P F AVG. Mulier ſtans inter duo animalia, quorum unum leo.

FEL TEMP REPARATIO. TRS. (1) Figura inſiſtens proræ navis, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ labarum, cum aliâ figurâ ad tranſtra ſedente, & Chriſti monogrammate.

DN CONSTANTIVS GAL NOB C. Buſtum capite lauro & gemmis coronato, dextrâ pomum.

GLORIA ROMANORVM. (2) Imperator eques jaculo petens figuram barbari ab equo proſtrati.

(1) Nummum hunc Triſtanus jam olim monuit è duobus nummis confectum eſſe ; & capitis quidem epigraphen ad Treb. Gallum pertinere, mulierem verò inter animalia duo ſtantem in aversâ ejuſdem Treb. Galli nummi parte exhibitam fuiſſe ; & ſanè typus hic eſt Viminacii Mœſiæ Superioris oppidi, ut nunc omnes norunt : quam verò averſam partem Mediobarbus exhibet poſt Occonem, haud dubium quin Conſtantio huic Cæſari vindicanda ſit ; nam ſimiles nummos exhibuimus ſuprà ; & ipſi Occo & Mediobarbus alios deſcripſere in Conſtantio Conſtantini M. filio, quos ſatis conſtat huic noſtro tribui debuiſſe, cum ea epigraphe in nummis non conſignata ſit ante Conſtantini M. mortem. Porrò cum in nummis hac epigraphe inſignibus Conſtantii Cæſaris effigies ab effigie Conſtantii Auguſti tam diverſa ſit quàm quæ maximè, prætereaque illius caput ſemper nudum ſit, eruditi ad Gallum referre nunc ſolent nummos omnes, in quibus Conſtantius Cæſar, vel Jun. vel Fl. Claudius appellatur, itemque eos in quibus capite nudo depictus eſt, eorumque opinionem libentiſſimè ſecuti ſumus in eorum nummorum ſerie quos ipſi deſcripſimus ; ſed in Mediobarbo nihil hîc quidem immutare potius viſum eſt, quamobrem cætera Galli numiſmata ærea quæ exhibuit, in Conſtantio Conſtantini filio vide ſi lubet.

(2) Nummus hic è Strada exſcriptus eſt : ſimilem vide argenteum ſuprà, quem poſt Triſtanum exhibuimus.

# CONSTANTINA.

FLAVIA JULIA CONSTANTINA, Hannibaliani primum, ac deinde Galli uxor, Conſtantini Magni filia fuit. Poſt Hannibaliani interitum, domicilii ſedem in aliquâ ex his Provinciis quæ Conſtanti parebant, elegiſſe videtur ; fratre deinde cæſo, Vetranionem, ut purpuram ſumeret, impulit : mox ubi tyrannus ille in ordinem redactus eſt, Gallo patrueli nuptum col-

locata, filiam peperit, cujus nomen hactenus ignotum. Principis fœminæ ambitionem & ſævitiam exagitant Scriptores, quæ cum mariti animum ſuapte naturâ atrocem, ad omne crudelitatis genus incitaret, hunc omnibus, & maximè Conſtantio inviſum ac ſuſpectum præſtitit, quaſi Imperium affectaret; quas ſuſpiciones cum levare vellet, ad fratrem profecta, febre in Bithyniâ interiit anno 354.

*Conſtantinæ hanc nummi partem Mediobarbus è Goltzio exhibet:*

FL IVL CONSTANTINA AVG.

## SYLVANUS.

SYLVANUS Bonitii Franci, quem ſumma erga Conſtantinum fides, & ſingularis in variis bellis ac præſertim Liciniano virtus clarum reddiderant, filius, paternam gloriam aut æquavit, aut etiam ſuperavit. Sub Conſtante in Galliis meruiſſe videtur; poſt ejus cædem tyranni Maxentii authoritatem neceſſitate magis quàm ſponte ſecutus eſt; quamobrem hunc poſt annum deſeruit, tractiſque in ſuam ſententiam aliquot equitum turmis quibus præerat, primus omnium ad Conſtantium defecit, quem unum noverat legitimum Conſtantini ſucceſſorem. Variis deinde muneribus ſummâ cum laude functus eſt, ac poſtremo Magiſter peditum creatus, Gallias regendas accepit, è quibus Barbaros omnes aut arcuit aut ejecit; ſed cum Lampadii Præfecti, & aliorum aulicorum fraudibus, quos ſibi inimicos ſciebat invidiâ virtutum, Principis animum à ſe alienatum comperiſſet, nec aliter ſaluti ſuæ conſulere poſſe ſibi videretur, Gallicum exercitum, ut ſe Imperatorem crearet, compulit; quâ re tamen exitium ſuum, nedum averteret, maturavit: ab Urſicino enim, quem Conſtantius ad primum rebellionis nuntium in Gallias miſerat, per ſpeciem amicitiæ deceptus, poſt duodetriginta dies quàm purpuram ſumpſerat Coloniæ Agrippinæ interfectus eſt menſe Auguſto, ut videtur, anni 355.

*Hanc nummi Sylvani partem Goltzius in Theſauro exhibuit, quem nummum cur Triſtanus adulterinum eſſe arbitretur, non video: Sylvanus enim Flavius appellari potuit non minùs, quàm Jovianus, ejuſque ſucceſſores. Vide Ducangii Diſſert. n.* LIX.

DN FL SYLVANVS P F AVG.



# JULIANUS.

FLAVIUS CLAUDIUS JULIANUS, Julii Conſtantii & Baſilinæ filius, Galli Cæſaris frater, Conſtantinopoli natus fertur anno 331. Patrem octo annos natus amiſit, ipſe beneficio ætatis ſervatus, non invito, ut quidam volunt, Conſtantio patruele, qui hunc Euſebio Nicomedienſi inſtituendum tradidit. In caſtellum deinde Cappadociæ cui Macello nomen unà cum Gallo amandatus, Grammaticæ & cæteris artibus quibus adoleſcentum ingenia ornari ſolent, ſtuduit; cumque magiſtris uteretur Chriſtianæ fidei addictiſſimis, pietatem imprimis ſive coluit, ſive ſimulavit; ſed ubi Gallus Cæſar factus, ipſi Aſiæ peragrandæ libertas data eſt, Philoſophos quoſdam in familiaritatem recepit, à quibus adoleſcentem ad magicas ſuperſtitiones eruditum fuiſſe conſtat, cum jam tum deſertâ fide ſpem quoque Imperii præſumpſiſſet, quod illi ſecundo numinum favore obventurum homines vani conjiciebant. Variis caſibus poſt Galli cædem jactatus, cum etiam vitæ periculum illi Euſebius Eunuchorum Palatinorum Princeps non ſemel creaſſet, poſtremo Cæſar nuncupatus eſt die 6. Novembris anni 355. Galliaſque regendas accepit, quibus adjunctæ Hiſpania & Britannia. Ibi plus prope ſibi à ſuis, quàm ab hoſtibus timendum eſſe brevi cognovit, cum optimatum plerique comperto invido & ſuſpicaci Conſtantii animo, aut præclara ejus conſilia diſturbarent, aut rectè geſta in diverſum interpretarentur: itaque intrà Senonas ineunte anno 357. obſeſſus, Barbarorum impetum cum paucis cohortibus ſuſtinere coactus eſt, quamvis Marcellus qui tum prope urbem aderat rei militaris Præſes laboranti Cæſari ſubvenire, adeoque præclaram victoriam reportare facilè potuiſſet: ſed etſi haud plures tredecim hominum millibus ſecum haberet, Alamannos tamen univerſis Galliis exegit, eorumque copias cum variis in locis, tum eodem anno in Argentoratenſibus campis cecidit, cui pugnæ ſeptem horum Reges interfuiſſe prodit Ammianus, atque in his Chnodomarum ſuperioribus victoriis clarum, quem è fugâ retractum Julianus ad Imperatorem miſit, tam virtutis quàm obſequii teſtem. Memorabilem inter paucas victoriam ſecutæ decem menſium induciæ; atque interea Salii & Chamavi ( Francorum hæ gentes fuerunt) pars deditionem fecere, & in militiam Romanam adſcripti ſunt, pars ſedibus quas occupaverant ejecti, novas ultrà Rhenum quærere coacti ſunt. Alamannis quoque pacis leges tandem impoſitæ, cum hos poſt induciarum tempus incautos oppreſſiſſet Cæſar: ſed ubi ab externis hoſtibus omnia ſatis tuta cognovit, tum ſpes Imperii jam dudum conceptas animo agitare, & occaſioni, ſi quæ daretur, milites à Conſtantio abalienandi imminere: quam fortuna illi initio anni 360. obtulit. Bellum aliquot annos intermiſſum Perſæ anno ſuperiori renovaverant, quorum impetum cum vel Orientis vel Illyrici viribus reprimi poſſe plerique aulicorum negarent, Conſtantius trecentos è ſingulis legionibus quæ Juliano militabant delectos, hoc eſt Gallici exercitûs robur accerſivit: id porrò cum Cæſari, tum Galliis univerſis peringratum accidit, quòd barbaros armorum terrore magis quàm jurisjurandi fide pacem colere conſtaret: milites verò ſe in ultimas terras amandari, haud injuriâ

queri videbantur, cum plerique militiæ nomen hac lege dedissent, ut ne aliàs quàm in Galliis stipendia mererent. Hos itaque ut se Augustum nuncuparent, Julianus Lutetiæ Parisiorum tum agens facilè impulit, simulque literas ad Constantium misit, quibus rei gestæ rationem exponebat, monebatque ut oblatam sibi dignitatem ultrò quàm vi confirmare mallet; se eum Præfectum Prætorio habiturum quem Constantius dedisset, cætera suo arbitrio acturum. Legati deinde ultro citroque inter eos missi, quibus amborum odia magis ac magis incensa, in apertum denique bellum anno sequenti proruperunt: sed interim devicti à Juliano Attuarii, & in Alamannos rebelles animadversum, capto etiam horum Rege Vadomaro, quem in Hispaniam ablegatum, Phœnicis Ducem postea fuisse Ammianus prodit; cum ex adverso Constantius Persarum impetum vix ac ne vix quidem sustineret. Nullo itaque negotio Italia, Illyricum, Græciaque in Principis nostri ditionem concessere; sed universo Imperio jam imminentis celeritatem, aliquot Illyriciani exercitûs cohortium, quæ dum in Gallias iter facerent Aquileiam invaserant, rebellio non parum retardasset, nisi Constantii Augusti mors post paucos dies, scilicet mense Novembri peropportuna accidisset. Hujus cadaver Julianus Constantinopolim asportari curavit, supremaque in eum officia celebravit, cum interea plerosque amicorum ejus morte aut exilio multaret; mox Christianam Religionem palam deseruit, Ethnicamque ita renovavit, ut veteribus superstitionibus novas adjungeret, quarum monumenta in aliquot ejus nummis ad nostram ætatem pervenere. Exin juri dicundo operam navavit, sed ita ut dignitatem suam aliquando minùs tueretur, non rarò etiam iniquiorem erga nostros se præberet, quibus, si gentilem apud se judicio persequerentur, actionem plerumque denegabat; ob id & propter caritatem annonæ Antiochensibus plurimum exosus, quorum maledicta satyrico libro ultus est, cui nomen Misopogon. Contractis omnibus Imperii copiis bellum adversus Persas biennio ferme intermissum redintegravit anno 363. captisque in ripâ Euphratis & Tigridis urbibus aliquot Ctesiphontem usque progressus est: quo rerum successu elatus, ut mediterranea Persidis loca invaderet, & latitantem Regem persequeretur, à transfugâ quodam qui se ad fallendum objecerat, facilè sibi persuaderi passus est; quamobrem imperato viginti dierum commeatu, naves combussit: sed fraudem tunc demum cognovit, cum ingentem Persarum exercitum sibi obviam obsistere vidit. Porrò aliquoties inter Romanos ac Persas ita velitatum ferunt, ut illos virium suarum haudquaquam pœniteret: justa pugna die 26. Junii commissa est, quâ nobilem victoriam Romani reportasse videri poterant, nisi accepto sagittâ vulnere Julianus, prælio excedere coactus fuisset. Ibi repletis cruore manibus sanguinem in aërem projecisse traditur, atque in impiam vocem prorupisse, *Vicisti Galilæe*; cum Christum pœnas desertæ fidei à se tandem repetere sciret; sed in tentorium delatus, circà quintam noctis horam vitam morte commutavit, annos natus duos suprà triginta; cum annum unum & menses octo à Constantii morte imperasset. Corpus ejus Tarsi conditum; an deinde Constantinopolim translatum sit, meritò dubitari potest. Uxorem Helenam duxerat Constantii Augusti sororem; quam in Galliis mortuam produnt, eo tempore quo Julianus rebellabat.

*NUMISMATA*



## NUMISMATA AUREA.

D N CL IVLIANVS N C. Caput Juliani nudum, ad pectus cum trabeâ.

FEL TEMP REPARATIO. (1) Duæ figuræ ſedentes, una galeata, altera turrita, ſuſtinent clypeum, in quo aſtrum: in imâ parte RSMS. *RE.*

FL CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani juvenile nudum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA REIPVBLICAE. Duæ figuræ ſedentes, altera galeata, altera turrita, clypeum tenent in quo VOTIS V. in imâ parte CONS . *Regius.*

Alius cum ſtellâ & iiſdem literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

DN IVLIANVS NOB CAESAR.

GLORIA REIPVBLICAE. Victoriæ duæ tenentes clypeum, in quo inſcriptum VOT V. in imâ parte SIS. *MB.*

FL CL IVLIANVS PER AVG. Caput Juliani imberbis coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA REIPVBLICAE. Duæ figuræ ſedentes, altera galeata, altera turrita, pede dextro proræ navis impoſito; una clypeum tenent in quo VOTIS V

(1) Typus hic novus; nummus verò rariſſimus, nec apud Mediobarbum extat, ſicut nec cæteri ex auro, niſi quibus nota ſolita (*MB.*) ſubjuncta eſt; veroſimile eſt cuſum ea tempeſtate fuiſſe, qua Julianus Cæſarea dignitate auctus eſt; ſydus enim in clypeo Cæſaris ipſius ſymbolum eſt, à quo Felicitatem perpetuam ſperare ſe demonſtrant urbes duæ rerum Dominæ, hoc eſt vetus & nova Roma, quibus Imperium Occidentale & Orientale repræſentari nemo neſcit.

MVLTIS X. in imâ parte TR. *Fontaine.*

FL CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani imberbis nudum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Duæ figuræ ſimul ſedentes, altera Imperatoris paludati, dextrâ globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ ſcipionem tenentis; altera Fortunæ Urbis: in imâ parte CONSA. *Ducang. MB. Nummus maximi moduli.*

Alius cum CONS☧. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius, maximi moduli.*

IMP C IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani laureatum, ad pectus cum paludamento.

LIBERTAS PVBLICA. (1) Figura ſtolata ſtans, dextrâ tenet pileum, ſiniſtrâ cornucopiæ; à ſiniſtris in areâ ſtella. *Ducang. MB.*

DN FL CL IVLIANVS NOB C.

SPES REIPVBLICAE XXI. Figura militaris ſtolata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenet. *MB.*

FL CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (2) Victoria ſeminuda inſidens ſpoliis à dextris ſiniſtrorſum, & Cupido nudus alatus ſtans ex adverſo, utrâque manu tenent coronam in quâ VOT V. in imâ parte CONS☧. *M.*

IVLIANVS AVG. Caput Juliani barbatum, cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA ROMANORVM. Victoria ſpoliis inſidens, clypeum quem Genius ſuſtentat tenens, in eo inſcribit VOT XX. in imâ parte ANT. *Regius. Ducang. MB.*

DN IVLIANVS NOB C.

VICTORIAE DD NN AVG. VOT V MVLT X. in coronâ. *MB.*

FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani barbatum, cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EXERC GALL. (3) Figura militaris galeata, ſiniſtrâ trophæum tenens, dextrâ captivi caput premit: à ſiniſtris infrà corona: in imâ parte CONS☧. *Regius.* Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERC GALL. Figura militaris ut ſuprà: à ſiniſtris infrà aquila coronam gerens: in imâ parte CONS☧. *Regius. Brandenburg.*

FL CL IVLIANVS P P AVG. Caput Juliani ut ſuprà.

(1) Juliano nihil magis in votis fuiſſe conſtat, quàm ut Imperium ejus gratum Romano orbi eſſet; quamobrem quintam vectigalium partem indulſit, immenſum Miniſtrorum numerum circumcidit; in jure dicendo clementiæ plerumque, interdum ſeveritatis, ſemper induſtriæ laudem quæſivit, poſtremò Marci Imp. veſtigiis proximè inſiſtere videri volebat: idem tamen ſe pleriſque minùs placuiſſe fatetur, nec id ſolum occulta fati lege accidit, ut ipſe opinabatur, ſed quia eorum ſimilis videbatur, quos maximè obſervabat, hoc eſt Maximi Philoſophi, & inconditæ perditorum hominum turbæ, quibus palatium ejus repletum erat. Bono tamen Reipublicæ natum hunc legimus in Inſcriptionibus, quas poſt Gruterum pagg. 284. 285. & 1086. exhibemus.

1.

AETERNO. PRINCIPI
D. N. FLAVIO. CLAVDIO
IVLIANO. VBIQVE. VENE
RANDO. SEMPER. AVG
BONO. REIP. NATO
ORDO. POSSESSORESQVE

2.

IMP. CAES Φ
DN. FL. CL. IVLIANO
SEMP. AVG. P. M
IMP. VII. COSS. III
BONO. R. P. NATO
PATRI. PATRIAE
PRO. CONSS

3.

IMP. CAES
DN. FL. CL. IVLIANO
P. F. VICTORI. AC
TRIVMPHATORI
SEMPER. AVG. P. M
IMP. VII. CONS. III
BONO. R. P. NATO
PATRI. PATRIAE
PRO. CONS

4.

CLAVDIO. IVLIANO
VICTORI. AC
TRIVMPHATORI
SEMPER. AVG
DOMINO. ORBIS
TERRARVM
B. R. P. NATO

(2) Quam nummus hic victoriam Auguſtorum narrat? unum Juliano Cæſare Auguſtum fuiſſe conſtat Julium Conſtantium: an ejus & Euſebiæ uxoris victoria prædicatur? nam ubi vox AVGG. aut AVGVSTORVM occurrit, non ſemper de duobus Auguſtis, ſed de Auguſto quandoque & Auguſta intelligi eam oportere aliquoties monuimus: ſed præſtat Auguſti & Cæſaris victoriam hîc commendari; quippe ſimile quidpiam contigiſſe cùm in variis nummis, tùm maximè in nummis Cari & ejus liberorum obſervavimus. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(3) Virtutem exercitûs Gallicani variis de cauſis prædicare in nummis Julianus potuit: huic enim à Conſtantio impoſitus, gloriam non mediocrem adeptus eſt, Alamannis profligatis, Saliis & Chamavis vel in deditionem acceptis, vel ultrà Rhenum fugatis; ac deinde ab eodem exercitu Imperator nuncupatus eſt ea ratione, quam fuſiùs in ejus vitâ enarravimus.

VIRTVS EXERC GALL. Typus ut suprà, sed loco aquilæ stella : in imâ parte LVG. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITVS ROMANI. (1) Figura militaris galeata sinistrâ trophæum tenens, dextrâ captivi caput premit : in imâ parte SIRM. cum stellâ. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte CONSP. *RE.*

Alius cum SIRMO. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani ut suprà.

VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte ANTA. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum CONSP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declesves.*

Alius cum SIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

FL CL IVLIANVS P AVG. Caput cum busto.

VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte ANT. Γ. *MB.*

DN IVLIANVS NOB CAESAR.

VOT V MVLT X. in coronâ : in imâ parte T. CON. *MB.*

DN IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ laureâ : in imâ parte CON. *RE.*

(1) Nummus singularis. Epigraphe hæc & sequens in hoc Augusto tantum occurrit.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

FL CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento.

DN IVLIANVS NOB CAES. (1) Tria signa militaria erecta : in imâ parte CON. *Brandenburg.*

. . . . . . . . . . . . .

ISIS FARIA. (2) Caput Isidis cum busto, dextrâ sistrum, sinistrâ pateram cum frugibus. *MB.*

. . . . . . . . . . . . . .

OB VICTORIAM TRIVMPHALEM. (3) Duæ Victoriæ sustinentes clypeum in quo VOT. X. MVLT. XX. in imâ parte SIS. *MB.*

FL CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento.

Sine epigraphe. Corona laurea in cujus medio stella. *Fouc.*

Alius cum CON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

FL CL IVLIANVS P P AVG. Caput Juliani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA DD NN AVG. (sic) Victoria tunicata & succincta, gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ : in imâ parte LVG. *Fontaine.*

(1) Nummus rarissimus atque etiam singularis Juliani virtutem in bello spectatam commendare videtur; quæ quidem tanta fuit, quanta maximorum Imperatorum, & eo etiam commendabilior, quod tùm primum vincere cœpit, cum nondum militare didicisset ; prius enim quàm Gallicis exercitibus impositus est, aut in ædibus Christo sacris Lectoris munere functus fuerat, aut in Philosophorum scholis ætatem triverat ; atque is tamen qui nulla unquam arma præter stylum tractasset, statim atque summæ rerum in Galliis præfuit, militarem disciplinam restituit, plurimasque barbarorum gentes, tum suopte ingenio feroces, tùm etiam superioribus victoriis ferocissimas, intrà brevissimum tempus profligavit : ac ne objicias Ducum quos ipsi adjunxerat Constantius laudem eam esse, monent Scriptores plerosque eorum, aut per invidiam, aut ut Eusebio tunc potentissimum Eunuchorum obsequerentur, Cæsaris nostri consilia turbasse magis quàm adjuvisse. Nummus hic Juliani desideratur in Mediobarbo, apud quem non extant omnes argentei qui notam solitam (*MB*) non habent.

(2) Nummum hunc Juliani rarissimum exhibet Mediobarbus inter argenteos ex Oiselio, qui sic de eo habet : Isis, inquit, Dea, media ferè corporis superna parte, sive potius, Helena Juliani uxor sub habitu Isidis, cum flore sacro in capite, sistro in dextra, & canistro omnis generis frugum repleto in sinistra manu. Pharia inscribitur à Pharo insula Ægypti ex adverso Alexandriæ : sic in veteri Inscriptione apud Gruterum pag. LXXXV. ΕΙΣΙΔΙ ΦΑΡΙΑ. Hinc Statius Papinius lib. III. Sylv. II.

*Isa Pharonæis quondam stabulata sub antris,*
*Nunc Regina Phari, numenque Orientis anheli,*
*Excipe multisono puppem Mareotida sistro.*

Isis Pharia dicitur etiam Minucio Felici in Octavio. Vide quæ ad nummos Helenæ Juliani uxoris cum eadem epigraphe adnotamus.

(3) Nummum hunc Juliani rarissimum exhibet Mediobarbus ex Arschotano cimelio ; sed in ultima editione legitur in clypeo VOT X MVLT XV. Vide nummos aureos Constantis Augusti huic simillimos.

FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani ut ſuprà.

VICTORIA DD NN AVG. (1) Victoria vultu dextrorſum converſo ſtans, cætera ut ſuprà, cum LVG. in imâ parte. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani barbatum, cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA ROMANORVM. (2) Imperator ſtans ſub arcu, à Victoriâ coronatur: in imâ parte SIRM. *Regius, maximi moduli.*

FL CL IVLIANVS P P AVG. Caput Juliani imberbis ut ſuprà.

VICTORIE DD NN AVG. (ſic) Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam laurem tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in imâ parte LVG. *DB.*

DN CL IVLIANVS SEMP AVG. Caput Juliani ut ſuprà.

VICTORIAE DD NN AVG. Typus ut ſuprà, cum LVG. in imâ parte. *Ducang. MB.*

DN CL IVLIANVS PERP AVG. Caput Juliani ut ſuprà.

VICTORIAE DD NN AVG. (3) Victoria vultu dextrorſum converſo, cætera ut ſuprà, cum LVG. in imâ parte. *Regius.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG.

VIRTVS EXERCIT. SIRM. *MB.*

DN IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EXERCITVM. (ſic) (4) Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum tenet: in imâ parte TCON. *RE.*

DN IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani imberbis cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. MVLT. X. in coronâ. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ. *Ducang. MB.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Collegii.*

FL CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani ut ſuprà.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ: in imâ parte SCON. *Regius.*

DN IVLIANS NOB CNLS. (ſic) Caput Juliani cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ: in imâ parte TR. *Brandenburg.*

FL CL IVLIANVS P P AVG. Caput Juliani ut ſuprà.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ: in imâ parte LVG. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum PLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Frad.*

Alius cum SLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DN CL IVLIANVS AVG. Caput Juliani ut ſuprà.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ: in imâ parte PCON. *Fouc.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DC. DB.*

DN IVLIANVS P F AVG. Julianus barbatus cum caſſide, ad pectus, dextrâ ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum tenet.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ: in imâ parte PCON. *SG.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ: in imâ parte PCON. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani ut ſuprà, ſed imberbis.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ: in

(1) Nummi hujuſcemodi inter rariores recenſendi ſunt; cuſi verò videntur Juliano jam Auguſto, ſed necdum deſperante militum de ſe judicium Conſtantio probatum iri; monent enim Scriptores, Julianum poſtquam à militibus Imperator appellatus eſt, Legatos ad Conſtantium miſiſſe qui rei geſtæ rationem exponerent, hoc eſt invitum hunc militibus paruiſſe, (falſiſſimum id eſſe cum alii contendunt, tum ipſe in ſcriptis ſuis fateri videtur) ſimul monerent, uti oblatam patrueli dignitatem ſponte, quàm vi confirmare mallet; quæ tametſi à Conſtantio ſtatim confutata ſunt, Legatos tamen ultrò citroque aliquandiu miſſos conſtat, Juliano maximè adnitente ne bellum Principi inferre cogeretur, quem ſciebat maximâ ſemper in bellis civilibus felicitate uſum. Itaque interea cudi hujuſcemodi nummi potuere in Galliis, victoriaque in iis exhiberi, vel pro more illorum temporum, tametſi nulla tum victoria relata eſſet, vel quia Attuarii & Alamanni rebelles eâ tempeſtate profligati ſunt, ſi quam adhuc ſpem pacis fovebat Julianus.

(2) Typus hic, ut quidem videtur, novus: nummus verò rariſſimus eſt, nec apud Mediobarbum extat.

(3) Nummus rariſſimus eſt, nec apud Mediobarbum extat: quæ verò in ſuperiores nummos cum epigraphe VICTORIA DD NN AVG. diximus, in hunc etiam conveniunt.

(4) Nummus rariſſimus, & in Mediobarbo deſideratur: epigraphe huic ſimillima in Conſtantis numiſmatibus argenteis occurrit, quam ibi vide.

imâ parte SCON. *RE.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ : in imâ parte TCON. *Fontaine.*

FL CL IVLIANVS P P AVG. Caput Juliani barbatum, cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VOT X MVLT XX. (1) in coronâ : in imâ parte ANT. *Fouc.*

DN FL CL IVLIANVS P P AVG. Caput Juliani ut suprà.

VOT X MVLT XX. in coronâ : in imâ parte CONST. *Regius.*

Alius cum PCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SCONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani ut suprà.

VOT X MVLT XX. (2) in coronâ : in imâ parte...CONS. *DB.*

Alius cum SCONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

(1) Julianum diademate non usum quandiu Cæsar fuit, constat ex Ammiano, qui libro XX. exequens ea quæ Lutetiæ Parisiorum contigere, cum Julianum Augustum milites appellavere : *Impositus*, inquit, *scuto pedestri, & sublatius eminens, populo silente, Augustus renuntiatus, jubebatur diadema proferre, negansque unquam se habuisse*, &c. Augustus verò, vile gessit aliquandiu, hoc est, *torquem*, quem *Maurus nomine quidam Petulantium hastatus*, postea Comes, cum & diadema uxoris, & equi phaleras rejecisset, *ejus capiti imposuerat*, ut idem scriptor monet : sed ubi quinquennalia edidit, tum demum diademate lapillis & gemmis distincto uti cœpit, quale propemodum hîc exhibetur : laudatus Ammianus lib. XXI. *Quinquennalia Augustus jam edidit, & ambitioso diademate utebatur, lapidum fulgore distincto; cum inter exordia principatûs adsumpta vili corona circundaretur, Xystarchæ similis purpurato.* Quod ad barbam spectat, mirari licet vanitatem hominis, qui ne qua in re similis videretur Constantino, qui morem tondendi barbam renovaverat, eam aluit statim atque summæ rerum præfuit; idem in pleraque vitia, quæ maximo Principi objecerat, & etiam aliquanto pejora impegit; quanto præstabat mentum tonsori permittere, quam Nevittam barbatum & fœdum hominem consulatu extollere, & quidem in ipso principatûs exordio, cum ob similem honorem Barbaris Nevitta potioribus collatum, Constantinum paulo ante calumniatus esset. Putidum huic cerebrum fuisse oportet; nam quod in alio damnabat, an sperare potuit in se probatum iri? Quid verò levius, quid rerum domino indignum magis, quàm quòd barbam illam suam adversus jocos Antiochensium scripto edito defendit? objiciebant hirsutam adeo esse, ut ex eâ funes necti possent : *Atqui*, refert, *id ut faciatis per me licet, modo pilos extrahere possitis, nec eorum asperitas molles manus vestras & delicatas offendat.* Καὶ ἑτοίμως παρέχειν ἔχω, ἂν μόνον ἕλκειν δυνηθεῖτε, καὶ μὴ τὰς ἀηθείας ὑμῶν, καὶ μαλακὰς χεῖρας ἡ τραχύτης αὐτῶν δεινὰ ἐργάσηται. Sed non est hujus loci, Julianum exagitare, in quo, postquam sui juris, ut ita dicam, fuit, nihil ferè minus damnandum videtur, quàm quod barbam tantopere dilexit.

(2) Tametsi Julianum ne octo quidem annos integros regnavisse constet, arbitrabatur tamen Pagius Decennalia ab eo celebrata anno 363. fuisse, sed hanc in opiniouem quàm gravibus argumentis inductus fuerit eruditissimus vir, perpendere juvat. Igitur primùm id in more positum olim fuisse scribit, ut Principes vota in Consulatu potissimùm solverent : verissimè id quidem; aliis tamen de causis Consulatum capessere potuerunt; quas inter cùm Pagius ipse recenset apparatum belli aut triumphi, satis ostendit argumenti hujus vanitatem; nam expeditionem contra Persas Julianus tum parabat. Addit plerumque novi quiddam annis votorum festivitatibus addictis designatum; id autem novum anno 363. fuisse quod è Consulibus alter Augustus, alter privatus erat; at ejusmodi conjectationes acris & limati judicii viro placuisse miror: quod enim à Diocletiano ad Julianum nomen fastis privati cum Principibus non dedere, idcirco factum quia plures tum Augusti aut Cæsares simul imperarunt : Julianum verò, qui solus Romanum orbem regeret, necesse erat aut nunquam Consulem esse, aut esse cum privato. Tertium argumentum petit Pagius ex hisce nummis inscriptis VOT X MVLT XX. quod cæteris non magis firmum esse liquet, cum nonnunquam vota nuncupata duntaxat in nummis consignarentur, ut ostendimus ad Crispi nummum Æ. 2. inscriptum BEATA TRANQVILLITAS. Ut igitur Constantini, ita etiam hîc Juliani vota suscepta, necdum soluta expressa sunt; quæ verò utrobique adjunguntur, nec suscepta nec soluta sunt, sed spe tantùm & cogitatione præcepta. Ad annum 363. pertinet hæc Inscriptio, quam è Grutero pag. 1013. exscripsimus.

IMP CAES. D. N
FL. CLAVDIO. IVLIANO
PIO. FELICI. AVGVST
PONT. MAX
TRIB. POT. IMP. VII
COS. IIII
PATRI. PATRIAE. PROCOS
BONO. REIP. NATO
. . . . . . . . . . . .
M. P. XXXX

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Albert. Brandenburg.*

FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani ut suprà, sed imberbis.

VOT X MVLT XX. in coronâ : in imâ parte PLVG. *Fouc. SG.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Julianus barbatus capite galeato, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet spiculum inversum, sinistrâ clypeum.

VOT X MV·LT XX. (sic) in coronâ : in imâ parte VRB. ROM. R. *Fontaine ; maximi moduli.*

Eadem epigraphe.

VOTIS X. MVLT. XX. in coronâ : in imâ parte CONST. *MB.*

Alius cum FCONS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum TR. B. ROM. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

VOTIS X. MVLT. XX. ANTI. in coronâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

VOTIS X. MVLT. XX. VRPS ROMA. in coronâ. *MB.*

DN IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani imberbis, cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VOTIS X MVLTIS XX. in coronâ : in imâ parte ANT. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XXX MVLT XXXX. in coronâ. *Farnesianus.*

FL CL IVLIANVS P P AVG. Caput Juliani ut suprà.

VOTIS XXX MVLTIS XXXX. (1) in coronâ : in imâ parte TCON. *Fouc.*

(1) Julianus imberbis est in hisce duobus nummis, qui quidem rarissimi sunt, cusique videntur, cum spem pacis adhuc foveret Julianus : hæc enim vota non ejus, verùm Constantii sunt.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVG. (1) Tres Monetæ cum attributis : in imâ parte R. *Regius.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani barbatum cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVB. (2) Taurus cum stellâ suprà caput, & infrà in areâ altera stella : in imâ parte HERACLB. *RE.*

Alius cum NIKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIP. Taurus ut suprà cum duplici stellâ : ante pedes tauri aquila coronæ insistens : in imâ parte PCONST. *RE.*

DN CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani imberbis nudum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG N. (3) Figura militaris

(1) Hujus Augusti nummi omnes ex ære maximi moduli rati omninò sunt, hic autem rarissimus est.

(2) Vide infrà similes nummos ex Æ. 2 sequentem Inscriptionem Gruterus pag. 285. è Sculteto exscripsit, quæ profecto plerisque conficta videbitur.

IMP. CAESARI
DN. FL. CL. IVLIANO
P. F. VICTORI. AC. TRIVMF
SEMP. AVG. P. M. IMP.
VII. CONSS. III. BONO. R. P
NATO. PATRI. PATRIAE
PROCONSS
HORTANTE. BEATITVDINE
TEMPORVM. D. D. D. N. N. N
GRATIANI. VALENTINIANI
ET. THEODOSI. AVGGG
STATVAM. IN. CAPITOLIO
DIV. IACENTEM. IN
CELEBERRIMO. FORI
LOCO. CONSTITVI
IVSSIT. VAL. PALLADIVS
V. C. CONS. VENET. ET. HIST

(3) Julianus Barbarum quendam captivum pede dextro calcat; cujusmodi quidem schema in multis istorum & posteriorum temporum nummis occurrit; imò Imperatores inter alia etiam hujusmodi schema imaginibus suis appingi curasse, testatur Gregorius Nazianzenus Invectiva 1. in Julianum hisce verbis :

paludata ſtans, & captivi ſedentis dorſum pede dextro premens, lauri ramum tenet dextrâ, labarum verò ſiniſtrâ. *Regius.*

DN CL IVLIANVS N C. Caput Juliani ut ſuprà.

VIRTVS AVG N. Typus ut ſuprà. *Lamoignon. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS CAESARIS. Julianus ſtans inter duos captivos ſedentes, dextrâ tenet haſtam inverſam, ſiniſtrâ globum: in imâ parte R. *Regius.*

DN CL IVLIANVS AVG. Caput Juliani ut ſuprà.

VIRTVS CAESARIS. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *RE.*

Ταύταις ταῖς εἰκόσι ἄλλοι μὲν ἄλλο τι τῶν βασιλέων προσπαραγράφεσθαι χαίρουσιν· οἱ μὲν, τῶν πόλεων τὰς λαμπροτέρας δωροφορούσας· οἱ δὲ, Νίκας ὑπὲρ κεφαλῆς στεφανούσας· &c. οἱ δὲ, βαρβάρων ἡττημένων, καὶ ὑπὸ τοῖς ποσὶν ἐρριμμένων πολυειδῆ σχήματα. *Imaginibus ſuis Imperatores al i aliud quid appingi gaudent: quidam clariſſimas quaſque Urbes dona offerentes; alii Victorias, caput eorum corona cingentes, &c. alii Barbarorum domitorum, atque ad pedes jacentium varias multipliceſque figuras.* Huc faciunt etiam illa Corippi lib. II.

*Purpureo ſuræ reſonant fulgente cothurno,*
*Cruraque puniceis induxit regia vinclis,*
*Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,*
*Qui ſolet edomitos Victor calcare tyrannos*
*Romanus Princeps, & barbara colla domare.*

(1) Nummi hujus capitis epigraphen puto malè lectam fuiſſe, & ita legendum ut ſuperiorum: nullus enim Juliano Auguſto Cæſar fuit: cæterum Juliani Cæſaris virtus quàm rectè in nummis commendata ſit, diximus ſuprà ad primum nummum ex argento, & quivis facilè intelligit.

## *NUMISMATA Æ. II.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Julianus cum barbâ galeatus, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum tenet dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. (1) *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani coronâ ex gemmis & margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVB. (2) Apis à dextris ſiniſtrorſum, cum duabus ſtellis in parte nummi ſuperiore. *Brandenburg.*

Alius cum ANTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. primi moduli.*

Alius cum ANT. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fon.*

Alius cum AQVILS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum ASIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ASIRMQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Alius cum ASISC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Frad.*

Alius cum ASISЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Alius cum BSIRM. inter ſtellam & coronam in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum CONSPΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum CYZ. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CYZ. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum HERACL. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. primi moduli.*

Alius cum HERACL. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

(1) Nummus hic ratus.

(2) Quidam hîc memoriam conſignari volunt ſacrificiorum, quæ tot & tanta à Juliano facta ſunt, ut, ſi diutius vixiſſet, boum genus omne deſtructurus videretur, cum centenos, ut ait Ammianus lib. XX. aliquando immolaret; & ſanè iis admodum favere ſtatim videtur Socrates: ita enim Hiſt. Eccl. lib. III. cap. 27. Ὢν γὰρ δὴ ὁ βασιλεὺς πολυδεισιδαίμων, ταύρους τε συνεχῶς θύων πρὸς τοῖς βωμοῖς τῶν εἰδώλων, βωμὸν καὶ ταῦρον ἐντυπωθῆναι κεκελεύκει τῷ ἑαυτοῦ νομίσματι. *Cum enim Imperator dæmonum cultui admodum deditus eſſet, & ad aras deorum ſuorum tauros immolaret, aram & taurum, nummis ſuis inſculpi juſſerat.* Sed Socratem tam facilè in causâ cur nummi ejuſcemodi cuſi ſint, quàm in eorum deſcriptione falli potuiſſe quis neget? Atqui in hac fallitur: ara enim in his nulla: cum igitur duo olim boves ſacri fuerint, Mnevis Soli, Apis Lunæ, utrumque hîc expreſſum arbitror, quia ſcilicet Ægyptiorum ſacris Princeps plurimum deditus erat: atque ideo Antiochenſes, qui ea tempeſtate frugum inopiâ laborarunt, huic objiciebant: τὸ νόμισμά τε αὐτοῦ ταῦρον ἔχειν, καὶ τὸν κόσμον ἀνατετράφθαι. *Numiſmati ejus taurum eſſe inſculptum, & orbem everſum eſſe.* Typus hujus nummi novus.

Alius cum LVGD. OFF P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. (1) *Fouc. Fontaine.*

Alius cum LVGD. OFF. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham. Ducang. primi moduli.*

Alius cum NIKA. inter duos palmæ ramos, in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum NIK. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum palmæ ramo & P LVGD. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVB. (sic) Typus ut suprà: in imâ parte NIK. Γ. inter duos palmæ ramos. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVB. Typus ut suprà; ante Apim aquila coronam lauream gestans rostro: in imâ parte ASIRM. & corona. *Fouc.*

Alius cum ASIRM. inter stellam & coronam in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum SCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham. Brandenburg.*

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVB. Typus ut suprà, sed aquila insuper coronæ insistit: in imâ parte PCONST. *RE. Ducang. primi moduli.*

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

Sine epigraphe. (2) Apis ut suprà cum aquilâ pro pedibus: in imâ parte ANTB. *Regius.*

Alius cum MSCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Julianus cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, dextrâ sustinet globum cum Victoriolâ, sinistrâ verò tenet clypeum in quo lupa à dextris sinistrorsum, sub quâ Romulus ac Remus infantes.

Sine epigraphe. (3) Currus quem suprà maris superficiem vehunt sphinges duæ Ægyptiacæ alatæ ac mammis insignes volantes, cane pedibus posterioribus stante suprà mare & allatrante: in curru stat à fronte Isis stolata cum loti flore suprà caput, sistrum tenens dextrâ, sinistrâ verò ad pectus compositâ: paulò infrà in eodem curru Harpocrates medio corpore nudus, dextrâ ad os admotâ, cornucopiæ gestat sinistrâ. *Fouc.*

DN F CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani barbati ut suprà.

Sine epigraphe. Typus ut suprà. *RE.*

FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani barbâ promissâ.

VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM. (4) Imperator stans cum signo militari, dextrâ premit hostem paludatum: in imâ parte SIRM. inter stellam & coronam lauream. *Hard.*

(1) Hujus Officinæ Lugdunensis, seu fabricæ monetariæ mentio etiam occurrit in Notitia Imperii, ubi ea in parte Imperii, quæ Occidentis appellatione innotuit, sex recensentur potissimum fabricæ monetariæ, Sisciæ nimirum in Pannonia, Aquileiæ & Romæ in Italia; Lugduni, Arelate & Treviris in Galliis: quæ quidem ita distributæ erant, ut tres intra Præfecti Prætorio Italiæ, & totidem intra Præfecti Prætorio Galliarum jurisdictionis limites essent. Verum præter recensitas monetas publicas, seu monetarias officinas, alias extitisse non minus celebres, imperante etiam Constantiniana familia, ex nummis passim colligitur; quas inter extitere Thessalonicensis, Carthaginensis, Sirmiensis & Cyzicena. Vide quæ de hac re habet Ducangius Dissert. LI. & LII.

(2) Nummi hi sine epigraphe rari sunt.

(3) Triumphum Isidis nummus rarissimus repræsentat, quod Patinum fugisse miror: de cane dicemus ad nummos Æ. 3. Sphinges Ægyptiacas quis ignorat? De Harpocrate etiam, cujus simulacrum fuit olim omnibus in templis, in quibus Isis & Serapis colebantur, nonnulla suo loco adnotabimus.

(4) Nummi ærei cum hac epigraphe rarissimi sunt. Vide nummos aureos huic simillimos.

## *NUMISMATA Æ. III.*

GENIO ANTIOCHENI. Figura muliebris turrita Fluvio adnatans.

APOLLINI SANCTO. (1) Apollo radiatus stans, dextrâ tenet pateram, sinistrâ lyram: à sinistris in areâ B. in imâ parte SHA. *Regius.*

(1) Nummi hujuscemodi rari, nec similes in aliis Principibus occurrunt: duo porrò numina exhibent, Genium Antiochiæ, quem Monetarii cum ejus Urbis Fortuna confudere, tametsi inter Genium & For-

Eadem

Eadem epigraphe cum eodem typo.

APOLLONI SANCTO. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ S. in imâ parte SHA. *Hen.*

Alius cum SMA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem typo.

APOLLONI SANCTO. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte SMA. *Brandenburg.*

DEO SANCTO SERAPIDI. Caput Serapidis cum modio, ad humeros cum paludamento.

DEO SANCTO NILO. (1) Nilus decumbens dextrâ tenet arundinem, ſiniſtrâ cornucopiæ, urnæ innixus: in imâ parte ALE. *Regius.*

DN CL IVLIANVS P F AVG. Julianus cum galeâ coronâ ex margaritis & gemmis ornatâ, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum umbilicatum ſiniſtrâ.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. (2) *Fouc.*

DN IVLIANVS N C. Caput Juliani nudum, ad pectus cum loricâ.

FEL TEMP REPARATIO. Figura militaris equitem cum equo prolapſum confodit haſtâ, clypeo armata ſiniſtrâ: in imâ parte ANT. I. *Fouc.*

Alius cum AQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

DN IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani ut ſuprà: à dextris in areâ M.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ M. in imâ parte AQP. *Fontaine.*

DN IVLIANVS N C. Caput Juliani ut ſuprà, abſque literis in areâ.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ N. à ſiniſtris ſtella: in imâ parte CONΓΔ. *Fouc.*

Alius cum ΔSIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL CL IVLIANVS NOB C. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento: à ſiniſtris in areâ M.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut ſuprà: in imâ parte CSLC. *Val.*

Alius cum MPLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum MRC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

DN IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani ut ſuprà, abſque M. in areâ.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut ſuprà: in imâ parte ... CON. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani nudum, ad pectus cum loricâ.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ N. à ſiniſtris ſtella: in imâ parte Δ. SIS. *Frad.*

CL IVLIANVS NOB C. Caput Juliani ut ſuprà, cum E. in areâ.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ M. in imâ parte MOT. *Fouc.*

Alius cum RPLC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP IVLIANVS N C. Caput Juliani ut ſuprà, abſque E. in areâ.

tunam tantum intereſſet, quantum inter marem & fœminam: & Apollinem cujus celeberrimum templum olim in Daphne Antiochiæ ſuburbio gentilium ſuperſtitione frequentatum nemo neſcit. Genios urbium ita olim repræſentatos conſtat, ut ſimul cujuſque urbis ſitus, origo, &c. ſi fieri poſſet deſignarentur; quamobrem quæ monti impoſita erat, ejus Genius ſcopulis inſidet, ut Rhefænæ; quam fluvius aut alluebat, aut præterlabebatur, ejus Genio flumen adnatabat, ut Antiochiæ, cùm in hoc nummo, tum in Græcis quamplurimis, quos primo hujus ſeriei tomo deſcripſimus. Ea de cauſa Damaſci Fortuna manibus gerit pruna damaſcena; Tyri, muricis conchylium pro pedibus habet. Mirum itaque Harduinum virum acutiſſimum negaſſe nummum hunc Antiochiæ cuſum; & in his verbis GENIO ANTIOCHENI. Genium primæ Narbonenſis quæſiviſſe: hæc enim verba, ut ita dicam, diſcerpit, diſcerptaque ita enarrat: *Genio Primæ Narbonenſis, Tutatori Imperii, odio Chriſtianorum etiam nobis irato.* quam interpretationem, ingenioſiſſimam licet, ſatis ſcio, nemini unquam probabit.

(1) Nummus rariſſimus, imò ſingularis, utraque epigraphe nova. Nilum jam inde à principio Ægyptiis cultum fuiſſe teſtatur Plutarchus lib. de Iſide & Oſir. Οὐδὲν ὕτω τιμὴ παρ' Α'γυπτίοις, ὡς ὁ Νεῖλος. *Nihil in majore honore eſt Ægyptiis quàm Nilus.* Nec mirum id quidem; cum enim duo rerum principia conſtituiſſent, unum boni, alterum mali; ad primum, (Oſirim eum appellabant) quicquid hominum generi, ac præſertim Ægyptiæ telluri utile & commodum videbatur, retulere, ideoque ut Solem Oſirim, ita & Nilum dixere, ut idem Plutarchus monet: Παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλον εἶναι τὸν Οσιριν, Ισιδι συνόντα τῇ γῇ. *Ægyptiis Nilum eſſe Oſiridem, congredientem cum Iſide, quæ terra eſt.* quia ſcilicet Ægypti arenoſum, ſitiens & hians ſolum Nilus miro quodam modo irrigat, aquam huic & terram inducens, & cum recedit, non mollitos ſolum, ſed etiam oblimatos agros relinquit. Hinc intelligi poteſt cur Sirin eum fluvium Æthiopes vocarint, quod prodidit Dionyſius Περιηγητής.

Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται.
*Siris ab Æthiopibus vocatur.*

item Plinius libro v. ſect. IX. nam Siris eſt pro Oſiri; & à Siri datum eſt Cani nomen Σῖρις vel Σείριος, quia cum eodem tempore æſtuet in cœlis, quo in terris Nilus, ejus incrementa juvare videbatur.

(2) Nummus hic Juliani rarus.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut suprà, absque literis in areâ: in imâ parte RPLC. *Fouc.*

DN FL IVLIANVS N C. Caput Juliani ut suprà.

FEL TEMP REPARATIO. (1) Typus ut suprà: in imâ parte R S. stellâ intermediâ. *Fontaine.*

DN CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani ut suprà.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut suprà: à dextris in areâ N. in imâ parte SMΓIE. *Frad.*

DN FL CL IVLIANVS NOB C. Caput Juliani ut suprà.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut suprà: à dextris in areâ M. in imâ parte SMKΔ. *Fouc.*

IMP IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento: à sinistris in areâ M.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut suprà, absque literis in areâ: in imâ parte SPLC. *Regius.*

DN IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum loricâ, absque M. in areâ.

FEL TEMP REPARATIO. Typus ut suprà: à dextris in areâ M. in imâ parte TCON. *Bau.*

IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad medium pectus.

FELIX TEMP REPARATIO. (2) Figura equestris confodiens captivum. *RE.*

DN IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento: à dextris in areâ N.

ISIS FARIA. (3) Caput Juliani imberbis coronâ ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento. *Fouc.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Julianus capite barbato & galeato, cum hastâ & clypeo.

Sine epigraphe. IIII. (4) in circulo. *Regius.*

Alius cum IV. in circulo, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum VIII. in circulo, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum XIII. in circulo, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DN CL IVLIANVS N C. Caput Juliani nudum, ad pectus cum loricâ.

SPES REIPVBLICAE. Imperator paludatus stans dextrâ tenet globum, sinistrâ hastam: in imâ parte CONSA. *Ducang.*

DN CL IVLIANVS NOB CAES. Caput Juliani nudum, ad pectus cum paludamento.

SPES REIPVBLICE. (sic) Typus ut suprà: in imâ parte ÇONSA. *Regius.*

DN FL CL IVLIANVS N C. Caput Juliani ut suprà.

SPES REIPVBLICAE. Typus ut suprà; ad latus dextrum Imperatoris clypeus humi insistens: in imâ parte SMKP. *Brandenburg.*

DN IVLIANVS NOB C. Caput Juliani ut suprà.

SPES REIPVBLICE. (sic) Imperator laureatus ac paludatus, globum sustinet dextrâ, hastam verò ferratam tenet sinistrâ: in imâ parte ASIS. & stella. *Fontaine.*

FL CL IVLIANVS NOB C. Caput Juliani ut suprà.

SPES REIPVBLICE. (sic) Typus ut suprà: in imâ parte MNLO. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES REIPVBLICE. (sic) (5) Imperator ut suprà, sed labaro adnixus sinistrâ: in imâ parte SMAQS. *Fouc.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Julianus cum galeâ coronâ ex margaritis &

(1) Ad Julianum Cæsarem pertinet sequens Inscriptio quam Gruterus pag. 284. exhibuit.

DOMINO. NOSTRO
CL. IVLIANO
NOBILISSIMO. AC
FORTISSIMO. CAES
. . . . . . . . . . .
MEMMIVS. VITRASIVS
ORFITVS. V. C. ITERVM
PRAEF. VRB. IVDEX
SACRAR. COGNITION
TERTIVM. D. N. M. QVE EIVS

(2) Nummi Juliani cum hoc typo rarissimi sunt, & desiderantur in Mediobarbo.

(3) Nummus hic rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum. Vide quæ ad nummum argenteum cum eadem epigraphe, sed typo diverso suprà adnotavimus.

(4) Nummi hi Juliani cum rarioribus adnumerandi sunt.

(5) Nummi Juliani cum hoc typo rari sunt.

gemmis cinctâ, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum umbilicatum ſiniſtrâ.

VOT. in coronâ, cum ariete & aquilâ: in imâ parte CONST. *Fouc.*

DN FL IVLIANVS P F AVG. Julianus barbatus cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ clypeum, cui inſculpta Lupa cum Remo & Romulo.

VOTA PVBLICA. (1) Duæ Sirenes tenentes vaſculum, cui ſerpens inſiſtit. *Ducang.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani imberbis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VOTA PVBLICA. (2) Anubis cani inſidens, dextrâ tenet ſiſtrum, lævâ ſcipionem. *Ducang.*

VOTA PVBLICA. Julianus & Helena ſub figurâ Serapidis & Iſidis cum ſiſtro.

VOTA PVBLICA. Anubis canino capite ſtans, dextrâ tenet ſiſtrum, lævâ neſcio quid. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani radiatum cum modio, ſub Serapidis effigie.

VOTA PVBLICA. Anubis ut ſuprà, ſed lævâ caduceum tenens. *Regius. Ducang.*

DEO SARAPIDI. (ſic) Caput Juliani ut ſuprà.

VOTA PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Brandenburg. Fontaine.*

DEO SERAPIDI. Capita conjuncta Serapidis & Iſidis, ſeu Juliani & Helenæ.

VOTA PVBLICA. (3) Anubis ut ſuprà, ſed lævâ marſupium tenens. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

VOTA PVBLICA. (4) Iſis navi inſiſtens à dextris ſiniſtrorſum velum extendit. *Regius. Ducang.*

DEO SARAPIDI. Capita ut ſuprà.

(1) Nummus rariſſimus, ſed perperam mea quidem ſententia deſcriptus: non enim Sirenes duæ, ſed Iſis & Oſiris in aſpides deſinentes vaſculum ſuſtinent; eique vaſculo non ſerpens, ſed aſpis inſiſtit. De aſpide docebit Apuleius lib. XI. Metamorph. ex quo etiam diſcimus vas in nummo cælatum, ipſius Iſidis ſimulacrum fuiſſe: hunc exſcribere libet: *Gerebat alius felici ſuo gremio ſummi ſui numinis* (Iſidis) *venerandam effigiem, non pecoris, non avis, non feræ, ac ne hominis quidem ipſius conſimilem; ſed ſolerti repertu etiam ipſa novitate reverendam, altioris utcunque & magno ſilentio tegendæ religionis argumentum ineffabile, ſed ad iſtum planè modum fulgente auro figuratam. Urnula faberrimè cavata, fundo quàm rotundo, miris extrinſecus ſimulacris Ægyptiorum effigiata; ejus orificium non altiuſculè levatum, in canalem porrectum longo rivulo prominebat. Ex alia verò parte multum recedens ſpatioſa dilatatione adhærebat anſa, quam contorto modulo ſuperſedebat aſpis, ſquameæ cervicis ſtriato tumore ſublimis.* Urnas etiam duas Ægyptiacas in tertio Brandenburgici Theſauri volumine protulit Laurentius Begerus, quarum una ad ſimilitudinem vaſis ab Apuleio deſcripti proximè accedit, binas tamen aſpides præfert ab anſa procedentes, nec ullis figuris effigiata eſt: altera variis figuris inciſa eſt, quas inter vas eſt Apuleiano ſimile. Non omittendum Iſidem caput aſpidibus cinctum habuiſſe, ut ſcribit Val. Flaccus lib. IV. Argonaut.

*Aſpide cincta comas, & ovanti perſona ſiſtro.*

Imò aliquando in aſpidem deſiiſſe, ut hîc, interdum etiam ſub aſpidis figura latuiſſe, ut in quamplurimis nummis apud Triſtanum & Patinum. Quod ea de cauſa factum videtur, quia *omnes* ſerpentum in Ægypto ſpecies *magnitudine & decore aſpis facilè ſupereminet, & nunquam ſponte ſua fluenta egreditur Nili*, ſi quidem Ammiano ita lib. XXII. monenti fides habetur.

(2) Anubis Ægypti numen, à Mercurio haud diverſus creditur, ideoque ab Euſebio lib. III. de Præpar. Evang. Hermanubis dictus eſt: Apuleius Metamorph. lib. XI. *Ille ſuperûm commeator, & inferûm, nunc atrâ, nunc aureâ facie, ſublimis attollens canis cervices arduas Anubis, lævâ caduceum gerens, &c.* quamobrem huic etiam rectè attributa eſt crumena, ſive marſupium; item ſcipio vel malleolus, quo animas in orcum deduceret. Ob caninam faciem latratorem Anubim dixit Virgilius; commenti cauſam refert Servius, quia nihil cane ſagacius; ſed Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride aliam exquiſitiorem probat, quæ, quia ſine abſoluta Ægyptiæ ſuperſtitionis cognitione intelligi nequit, ab ipſo petenda eſt: nobis ſufficiet monere in nummo Fauſtinæ Marci Iſidem & Anubim ſimul exhiberi, hunc cum ſiſtrò & caduceo; quia hujus ſemidei canis ſacra, (ita eum appellat Lucanus lib. VIII. Pharſal.) cum Iſidis ſacris conjuncta; præcipuuſque miniſtrorum Anubim portabat; quod à Commodo Imp. factum Lampridius monet: *Sacra Iſidis coluit, ut & caput raderet, & Anubin portaret.* & mox: *Cum Anubin portaret, capita Iſiacorum graviter obtundebat ore ſimulacri.* Quod & Conſuli cuidam objicit D. Cyprianus:

*——————Quis te non rideat autem,*
*Qui fueris Conſul, nunc Iſidis eſſe Miniſtrum*, &c.
*Teque domo propria pictum cum faſcibus ante,*
*Nunc quoque cum ſiſtro faciem portare caninam.*

Nummus hic & ſequentes omnes cum epigraphe VOTA PVBLICA rari.

(3) Varro lib. IV. de linguâ Latinâ: *Principes Dei cœlum & terra; iidem qui in Ægypto Serapis & Iſis.* Vides cur duo hæcce numina in his nummis conjuncta ſint; quæ etiam conjunctim leguntur in Inſcriptionibus duabus apud Gruterum, pag. 312. ISIS SERAPIS. pag. 84. ISIDI SERAPIDI. item in nummo Claudii Gothici ex Æ. 3. inſcripto CONSER AVG,

(4) Iſidem quidam Ægypti Reginam fuiſſe volunt: unde D. Auguſtinus lib. VIII. de Civit. Dei cap. 27. *De Iſide uxore Oſiris, Ægyptia Dea, & de parentibus eorum, qui omnes Reges fuiſſe ſcribuntur:*

VOTA PVBLICA. Typus ut suprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

VOTA PVBLICA. Isis cani insidens à dextris sinistrorsum, dextrâ tenet sistrum. *Fontaine.*

DEO SERAPIDI. Capita ut suprà.

VOTA PVBLICA. (1) Typus ut suprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

VOTA PVBLICA. (2) Isis stans figuræ in genua prolapsæ manum imponit. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

VOTA PVBLICA. (3) Isis stans dextrâ gestat sistrum, sinistrâ situlam. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput juvenile radiatum cum modio.

VOTA PVBLICA. Typus ut suprà. *Regius. Frad.*

VOTA PVBLICA. Capita obversa Serapidis & Isidis.

VOTA PVBLICA. (4) Isis sedens à

*quibus parentibus suis illa cum sacrificaret, invenit hordei segetem, atque inde spicas marito Regi, & ejus Consiliario Mercurio demonstravit.* Atque hinc petenda videtur origo vasculorum tritici & hordei, quæ in Isiacis sacris ferri solita monet Diodorus Siculus lib. I. Παρ' ἐνίαις δὲ τῶν πόλεων, καὶ τοῖς Ισείοις ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι πυθμένας πυρῶν καὶ κριθῶν, ἀπομνημόνευμα τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων. *Apud nonnullas quoque urbes cum Isea celebrantur, in pompa, tritici & hordei vascula circunferri, in memoriam eorum quæ primitus Dea industria reperit.* Alii Lunam finxere, & ex eorum sententiâ laudatus Diodorus Isidem scribit dictam Ægyptia lingua velut antiquam ἀπὸ τῆς ἀϊδίου καὶ παλαιᾶς γενέσεως, *ab æterna & antiqua origine*; additque eandem idcirco corniculatam fingi, bovemque huic sacrum esse. Ovidius lib. IX. Metamorph. fab. 13.

*Inachis ante torum, pompâ comitata sacrorum,*
*Aut stetit, aut visa est: inerant lunaria fronti*
*Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro,*
*Et regale decus.*

quæ postrema ad Isidem Reginam, & hordei inventricem pertinent, cum superiora ad eandem pro luna cultam. Quidam Isidis numine Tellurem intellexere, eaque de causa τιθήνη *nutrix*, & πανδεχὴς *susceptrix* vocata est, ut ex Platone monuit Plutarchus lib. de Iside & Osiride: quod Macrobium non fugit; ita enim lib. I. Saturnal. cap. 20. *Isis juncta religione celebratur, quæ est vel terra, vel natura rerum subjacens Soli.* Plutarchus verò laudatus Ægyptiam tellurem hoc etiam nomine intellectam; sed ad illum & cæteros qui de Ægyptiis sacris sermonem instituerunt, remittere præstat; tot enim de Iside veterum opiniones fuerunt, quot longior dissertatio, nedum brevis nota comprehendere possit; quâ de causâ in Inscriptionibus apud Gruterum, domina, regina, fructifera, pelagia, invicta, victrix, triumphalis, myrionyma dicitur: sufficiet igitur ipsam audire loquentem apud Apuleium, & Diodorum Siculum: apud illum quidem hunc in modum: *En adsum tuis commota, Luci, precibus, rerum natura parens, elementorum omnium domina, sæculorum progenies initialis, summa numinum, regina manium, prima cœlitum, Deorum, Dearumque facies uniformis: quæ cœli luminosa culmina, maris salubria flumina, inferorum deplorata silentia nutibus meis dispenso. Cujus numen unicum multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo totus veneratur orbis. Me primigenii Phryges, Pessinuntiam nominant Deûm matrem: hinc Autochthones Attici, Cecropiam Minervam: illinc fluctuantes Cyprii, Paphiam Venerem: Cretes sagittiferi, Dictynnam Dianam; Siculi trilingues, Stygiam Proserpinam: Eleusinii, vetustam Deam Cererem: Junonem alii, alii Bellonam, alii Hecaten, Rhamnusiam alii. Et qui nascentis Dei Solis inchoantibus radiis illustrantur Æthiopes, Ariique, priscaque doctrina pollentes Ægyptii, caremoniis me prorsus propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Isidem.* Apud Diodorum verò libro I. in columna: Ἐγὼ Ἶσις εἰμὶ ἡ βασίλισσα πάσης χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα οὐδεὶς δύναται λῦσαι. ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου θεοῦ θυγάτηρ πρεσβυτάτη. ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Οσίριδος βασιλέως. ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα. ἐγώ εἰμι μήτηρ Ὤρου τοῦ βασιλέως. ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. ἐμοὶ Βούβαστος ἡ πόλις ᾠκοδομήθη. χαῖρε, χαῖρε Αἴγυπτε, ἡ θρέψασά με. *Ego Isis sum, Regina totius regionis à Mercurio erudita: quæ lege per me sancita sunt, solvere nemo potest. Ego Saturni novissimi Dei filia natu maxima: ego Osiridis Regis & soror & conjux: ego prima fruges mortalibus reperi; ego Ori Regis mater: ego in canis sydere exorior: mihi Bubastos urbs ædificata est. Vale, gaude Ægypte quæ me nutristi.* Hæc de Iside generatim: nunc videndum cur navi insistat, ac velum pandat: rationem prodit Hyginus, quia *velificia primum invenit: nam dum quærit Harpocratem filium suum rate velificavit*: item Cassiodorus lib. V. Epist. 17. *Hoc* [velum] *Isis rati prima suspendit, cum per maria Harpocratem filium audaci fœminæ pietate perquireret. Ita, dum materna charitate suum desiderium festinat implere, mundo visa est ignota reserare.* Unde etiam Isidis navigii festus dies, ut præter alios Ausonius cecinit Idyll. 25.

*Adjiciam cultus, peregrinaque sacra Deorum,*
*Natalem Herculeum, vel ratis Isiacæ.*

(1) Typus novus, cui conjunge Inscriptionem Græcam, quam ex Diodoro Siculo in superiori nota protulimus.

(2) Nummus hic rarissimus, Isidi imputat restitutionem Romani Orbis, aut veriùs Ethnicæ superstitionis, quam Constantinus, & ejus liberi pœnè sustulerant. Typus hic non extat apud Mediobarbum.

(3) Vide in tertio Brandenburgici Thesauri volumine situlam effigie Isidis.

(4) De Oro videndus Plutarchus lib. de Iside & Osiride, ubi Ori nomine mundum intelligi ait, rationemque reddit eorum quæ de illo numine commenti fuerant Sacerdotes Ægyptii.

fronte Orum lactat. *Regius.*

DEO SERAPIDI. Caput Juliani promissâ barbâ, sub specie Serapidis.

VOTA PUBLICA. (1) Carpentum à mulis vectum, in quo stat Isis sistrum tenens. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PUBLICA. Isis & Osiris in aspides desinentes, una sustinent vasculum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PUBLICA. (2) Sphinx. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput juvenile radiatum cum modio.

VOTA PUBLICA. Sphinx. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PUBLICA. (3) Harpocrates stans, dextrâ ori admotâ, sinistrâ cornucopiæ gestat. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PUBLICA. Figura muliebris capite radiato sedens, ambabus manibus cornucopiæ tenet. *Regius.*

DEO SARAPIDI. Capita jugata Serapidis & Isidis, ad pectus cum paludamento.

VOTA PUBLICA. (4) Figura muliebris cum modio stans, dextrâ elatâ & expansâ, sinistrâ gestat globum. *Frad.*

VOTA PUBLICA. Caput Serapidis cum modio.

VOTA PUBLICA. Figura muliebris stans, dextrâ tenet ramusculum, sinistrâ stolam colligit. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PUBLICA. Fluvius decumbens, dextrâ tenet naviculam, sinistrâ arundinem. *Regius. Ducang.*

DEO SERAPIDI. Capita conjuncta Serapidis & Isidis, sive Juliani & Helenæ.

VOTA PUBLICA. (5) Typus ut suprà. *Regius. Ducang.*

Eadem epigraphe. Serapis cum coronâ radiatâ.

VOTA PUBLICA. Fluvius jacens cum coronâ radiatâ vel ex arundinibus, dextrâ tenet cornu Amaltheæ, sinistrâ urnæ innititur. *Ducang.*

DEO SARAPIDI. (sic) Capita conjuncta Serapidis & Isidis, seu Juliani & Helenæ.

VOTA PUBLICA. Duæ figuræ muliebres paludatæ ac stolatæ stantes ex adverso, alterâ manu junctâ, alterâ elatâ sistrum ut videtur, stolâ volitante: utriusque capiti serpens insidet. *Frad.*

DEO SARAPIDI. (sic) Caput Juliani sub Serapidis specie, ad pectus cum paludamento, dextrâ elatâ.

VOTA PUBLICA. Typus ut suprà. *Fontaine.*

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Julianus cum galeâ coronâ ex margaritis & gemmis cinctâ, ad pectus cum loricâ, dextrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum umbilicatum sinistrâ.

VOT X MVLT XX. (6) in coronâ. *Fouc.*

(1) Carpentum à mulis tractum Isidi fortasse ideò tributum est, ut intelligerent homines numen Romanum esse, hoc est cui civitas data esset; nam peregrinum & Ægyptium diù fuisse constat; sed Julianus Isidem inter Deas Romani Imperii Præsides referre potuit, eodemque loco habere, quo veteres & Consentes Deas: sanè Carpentum à mulis vectum tribui olim solebat fœminis immortalitatem adeptis, ut Domitillæ, Juliæ, &c. Nummus rarissimus, imò singularis; typus verò planè novus, nec apud Mediobarbum extat.

(2) Nummi cum hoc typo desiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Harpocrates idem qui Σιγαλιών apud Græcos,

*Quique premit vocem, digitoque silentia suadet,*

ut canit Ovidius: D. Augustinus lib. XVIII. de Civit. Dei cap. 5. scribit, *in omnibus templis ubi colebatur Isis & Serapis* fuisse *etiam* Harpocratis *simulacrum, quod digito labiis impresso admonere videbatur, ut silentia fierent; hoc significans, ut homines fuisse taceretur.* Hunc Plutarchus ita describit, *non puerum fuisse, sed Deum, juvenilis adhuc imperfectæ & inarticulatæ orationis præsidem ac moderatorem: ex quo digito ori admoto illum effingebant, utpote silentii & taciturnitatis symbolum.* Nummus hic rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo.

(4) Typus hic Isidem repræsentare videtur, ut Romani Orbis Præsidem Deam, superior ut Lunam. Lunam quidem ab Iside haud diversam plerisque creditam fuisse jam monuimus; eidem verò Julianum restitutionem Romani Imperii acceptam retulisse constat ex eo nummo, in quo Isis mulieri in genua procumbenti dextram porrigit: uterque nummus inter rariores recensendus est, nec extant hi duo typi sicut & sequens in Mediobarbo.

(5) De Nilo vide quæ suprà monuimus ad nummum inscriptum, DEO SANCTO NILO.

(6) Duas Juliani Inscriptiones hìc proponere libet: prima est apud Gruterum pag. 285. pessimè descripta, altera apud Sponium pag. 276.

| 1. | 2. |
|---|---|
| IMP. CAES. AN. ROM. F. L<br>C. A. IVLIANO. PIO. FILIO<br>AVG. PONTIFICI. MAXIMO<br>TRIB. P. PIA. AP. VIII. CON<br>SVL. III. PARENTI | IMP. CAES<br>FL. CLAVDIO<br>IVLIANO<br>VICT. AC. TR<br>PIO. FELIC<br>SEMP. AVG |

Alius cum AL. B. r. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ALEB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ALEr. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANT. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANT. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum AQVILP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum AQVIL. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum BSISC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum CONSRA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum CVZA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CVZB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ΔSIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum HERACL. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum PCONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PLVGP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum P. LVG. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SLVGP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum TCONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo:

VOT. X. MV. LT. XX. (sic) in coronâ: in imâ parte R A. stellâ intermediâ. *Fouc.*

Alius cum R P. stellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum R T. stellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum VRB ROM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum VRB ROM B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Frad.*

Alius cum VRB ROM r. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum VRB ROM P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Alius cum VRB ROM Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum VRB ROM T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Juliani galeatum, cætera ut suprà.

VOT X MVLT XX. in coronâ: in imâ parte VRB MON. *Brandenburg.*

DN IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani galeatum, ad pectus cum loricâ.

VOT X MVLT XX. in coronâ: in imâ parte CONS. *RE.*

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

GENIO ANTIOCHENI. Figura muliebris turrita cum fluvio pro pedibus.

APOLLINI SANCTO. (1) Apollo radiatus, dextrâ pateram, sinistrâ lyram tenet, à sinistris in areâ H. in imâ parte SMA. *Ducang.*

DN FL CL IVLIANVS AVG.

DEO SERAPIDI. Serapidis & Isidis capita jugata.

Eadem epigraphe.

DEO SERAPIDI. (2) Juliani effigies.

. . . . . . . . . . . . . .

FEL TEMP REPARATIO. Imperator prosternens captivum.

DN. *alii* CL IVLIANVS NOB CAES.

FEL TEMP REPARATIO. Miles captivum equestrem prosternens.

Alius cum ROT. in imâ parte, eodem typo.

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani barbati diademate ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

(1) Hunc nummum Mediobarbus perperam ex Ducangio exscripsit, ut videre est apud eundem pag. 498.

(2) Nummos hosce duos Mediobarbus ex Occone, Occo ex Baronio exscripsere: sed fortasse hæc epigraphe DEO SERAPIDI. capitis epigraphe fuit, & in aversa parte VOTA PVBLICA. scriptum fuit, ut videre est suprà.

FIDES EXERCITVVM. (1) Aquila legionaria erecta inter duo ſigna militaria. *Ducang.*

FL CL IVLIANVS P P AVG.

MONETA AVG R. Tres Monetæ cum bilancibus & cornucopiæ.

DN. *alii* CL IVLIANVS NOB CAES.

REPARATIO REIP. (2) Figura captivum ſupplantans.

DN FL CL IVLIANVS AVG.

SECVRIT REIP. CON. Taurus cum aquilâ.

Eadem epigraphe.

SECVRIT REIP. CON. Taurus cum duabus ſtellis.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBL. Taurus cum duabus ſtellis: in imâ parte ANTA.

Alius cum ANTI. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum AQVILP. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum BSAMP. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum CONSPA. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBL. Taurus cum duabus ſtellis, ante quem aquila lauream roſtro tenens: in imâ parte PCONS.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBL. Taurus cum duabus ſtellis, ante quem ciconia pede ſiniſtro elato: in imâ parte SCONST.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Bos cum duabus ſtellis: in imâ parte HERACLEA.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Bos cum duabus ſtellis, & aquilâ: in imâ parte TCONST.

Eadem epigraphe.

SECVRITATI ET SP AVG. (3) Miles.

DN FL CL IVLIANVS P F AVG.

Sine epigraphe. (4) Currus à duobus monſtris alatis vectus, in quo Iſis ſtans, dextrâ ſiſtrum.

DN FL CL IVLIANVS NOB C.

SPES REIPVBLICAE. XXI. Figura paludata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

DN. *alii* CL IVLIANVS NOB CAES.

SPES REIPVBLICAE... Typus ut ſuprà.

DN IVLIANVS P F AVG.

SPEI REIPVBLICAE. PAN. (5) Figura galeata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

APOLLONIVS TYANEVS. Caput Juliani barbati laureatum, dextrâ ex pallio exertâ.

STEFAN. (6) Currus à quatuor equis tractus, cui inſiſtit figura militaris dextrâ flagellum, ſiniſtrâ lauri ramum tenens: in imâ parte NIKA. *Ducang.*

DN FL CL IVLIANVS AVG.

T CONSTANTIA. (7)

Eadem epigraphe.

TRIVMPHVS CAESARIS VOT XX. in coronâ.

DN FL CL IVLIANVS NOB C.

VICTORIA DD NN AVG. (8)

DN FL CL IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani barbati diademate ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA ROMANORVM. (9) Labarum in quo SPQR. erectum, inter duos captivos manibus poſt terga revinctis humi ſedentes. *Ducang.*

. . . . . . . . . . . .

VIRTVS AVG N. Imperator proſternens captivum.

DN FL CL IVLIANAS P F AVG. Caput Juliani barbati diademate ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOTA PVBLICA. Iſis Dea ſedens, infantem in manu tenens. *Ducang.*

(1) Hunc nummum Juliani rariſſimum imò ſingularem Mediobarbus ex Ducangio, hic ex Baronio exſcripſere. Vide Baron. an. 362. n. 32. Nonnulli hunc nummum tum cuſum fuiſſe putant, cum Julianus Lutetiæ Pariſiorum à militibus Auguſtus eſt appellatus; ſed horum ſententia nobis non arridet; cum Imperator prolixa barba in hoc nummo expreſſus cernatur.

(2) Hæc epigraphe primum in Magnentio occurrit, ſed cum typo diverſo; paſſim in ſubſequentibus Auguſtis. Exhibetur hic Juliani rariſſimus imò ſingularis nummus à Mediobarbo ex Occone.

(3) Epigraphe hæc in hoc Auguſto tantùm occurrit. Nummus hic rariſſimus exhibetur à Mediobarbo ex Occone.

(4) Vide quæ ad nummum ſimilem ex Æ. II. ſuprà adnotavimus.

(5) Hunc nummum Juliani rariſſimum profert Mediobarbus ex proprio cimelio. Epigraphe hæc in hoc Auguſto tantùm occurrit.

(6) Nummum hunc rariſſimum imò ſingularem exhibet Mediobarbus ex Ducangio. Vide ejuſdem Ducangii Diſſertationem n. 64. & Patini Theſaur. Numiſmat. Epigraphe nova.

(7) Epigraphe hujus & ſequentis nummi in hoc Auguſto tantùm occurrit. Nummus uterque rariſſimus exhibetur à Mediobarbo ex Occone.

(8) Vide quæ ad nummum ex argento cum eadem epigraphe adnotavimus.

(9) Hunc nummum Juliani rariſſimum Mediobarbus ex Ducangio, ille verò ex Baronio exſcripſere. Vide eundem Baronium an. 362. n. 31.

DN FL CL IVLIANVS AVG. *in aliquibus* Caput Juliani cum calatho sub formâ Serapidis.

VOTA PVBLICA. Typus ut suprà.

Eadem epigraphe.

VOTA PVBLICA. Mulieres duæ adversæ aspidibus coronatæ, sistrum una dextrâ, altera novaculas præferentes, geminæ præterea inter eas alæ visuntur.

Eadem epigraphe.

VOTA PVBLICA. Latrator Anubis capite canino, dextrâ sistrum, sinistrâ caduceum.

Eadem epigraphe.

VOTA PVBLICA. Figura militaris stans, ambabus manibus ramos tenens.

Eadem epigraphe.

VOTA PVBLICA. Navis in quâ Isis vento vela dans.

DN FL CL IVLIANVS P F AVG.

VOTA PVBLICA. (1) Isis insistens lupo, dextrâ sceptrum, sinistrâ scipionem.

DN FL IVLIANVS P F AVG. Caput diadematum cum busto, dextrâ Victoriolam globo insistentem, sinistrâ scutum in quo lupa cum gemellis.

VOTA PVBLICA. Duo monstra marina vas sustinent, ex quo erumpit serpens.

Eadem epigraphe. Bustum loricatum, capite laureato, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ scutum.

VOTA PVBLICA. Isis cum loti flore, & Osiris cum calatho, in serpentem desinentes, manibus sustinent vas, ex quo erumpit serpens.

DEO SERAPIDI. Juliani caput cum modio.

VOTA PVBLICA. Fluvii decumbentis typus, dextrâ cornucopiæ, sinistrâ urnam ex quâ aquas effundit.

DEO SERAPIDI. Caput radiatum.

VOTA PVBLICA. Fluvius decumbens.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Caput Juliani.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Caput Serapidis.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Isidis & Serapidis capita jugata.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Figura stans cum sistro.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Isis in navi.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. (2) Figura imposita animali lupo simili.

DN FL CL IVLIANVS NOB C.

VOT V MVLT X. in coronâ.

FL CL IVLIANVS P F AVG.

VOT V MVLT X. in coronâ: infrà PLV.

DN CL IVLIANVS AVG.

VOT V MVLT X. in coronâ: infrà PCON.

DN FL CL IVLIANVS AVG.

VOT X MVLT XX. in laureâ: in imâ parte ASIS.

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum CVZICT. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum PCONST. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum VRBS ROM T. in imâ parte, eodem typo.

Eadem epigraphe.

VOTIS X MVLTI XX. in coronâ: in imâ parte ANTI.

Alius cum VRBS ROMA. in imâ parte, eodem typo.

DN FL CL IVLIANVS P F AVG.

VOTIS X MVLTI XX. in laureâ: in imâ parte R T. stellâ intermediâ.

Alius cum VRB ROM B. in imâ parte, eodem typo.

(1) Non lupo, sed cani Isis insistit, ut suprà monuimus, & constat ex Inscriptione Græca, quam exscripsimus è Diodoro Siculo.

(2) Isis etiam hîc non lupo, sed cani insidet.

# HELENA.

FLAVIA JULIA HELENA Constantini Magni & Faustæ filia, Juliano Cæsari nupsit anno 355. eique filium peperit, quem obstetricis sive fraude sive imperitiâ statim periisse Ammianus prodit, profecto plus quàm convenerat ejus umbilico. Constantium deinde fratrem Romam comitata, venenum hausisse fertur ab Eusebiâ propinatum, ut quoties concepisset, immaturum

immaturum abjiceret partum. Postremo Juliano Imperatore à Gallicis exercitibus nuncupato, è vivis exempta est anno 360. quidam laborioso partu extinctam; alii ægritudine, quod eam res suas sibi habere maritus jusserat, nonnulli veneno interceptam prodidere. Utcunque ea res se habeat, funus ejus Romam delatum, & in tumulo Constantinæ sororis conditum.




## NUMISMATA AUREA.

HELENA FL. MAX. Caput Helenæ, ad pectus cum stolâ. Sydus magnum in laureâ. (1) *MB.*

(1) Hunc rarissimum imò singularem Helenæ nummum exhibet Mediobarbus ex Tristano; qui quidem monet, similem huic nummum ab Octaviano Strada exhiberi, nisi quod in ea literæ FL. desiderantur; quod fortassis factum vel ob incuriam chalcographi, vel quod nummus detritus & exesus, malè lectus à Strada fuerit.

## NUMISMATA Æ. III.

FLAV IVL HELENA AVG.

GLORIA EXERCITVS. Duo milites stantes cum clypeis, in quorum medio labarum. *MB.*

FL HELENAE AVG. Caput Fl. Helenæ ad pectus cum stolâ.

PAX PVBLICA. Figura muliebris stolata vultu dextrorsùm converso stans, oleæ ramum demissum tenet dextrâ, hastam verò transversam gestat sinistrâ. *Fouc.*

FL IVL HELENAE AVG. Caput Fl. Helenæ ut suprà.

PAX PVBLICA. Typus ut suprà: in imâ parte ARL. *Fouc.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Ducang.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

FL IVL HELENA AVG. Caput Fl. Helenæ ut suprà.

PAX PVBLICA. Typus ut suprà: in imâ parte TRP. *RE.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

FL IVL HELENAE AVG. Caput Fl. Helenæ ut suprà.

PAX PVBLICA. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. in imâ parte TRP. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX PVBLICA. Typus ut suprà: à dextris in areâ crux: in imâ parte... T. *Fouc.*

FL IVL HELENA AVGVSTA.

PAX PVBLICA. TRS. Figura muliebris stans, dextrâ expansâ cum scipione, sinistrâ hastam. *MB.*

FL HELENA AVGVSTA. Caput Helenæ ad pectus cum stolâ.

PROVIDENTIAE AVGG. Castrorum porta: in imâ parte CONS. *Fauvel.*

Alius cum S AR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

FL IVL HELENA AVGVSTA.

SECVRITAS PVBLI. Figura seminuda sedens, dextrâ ramum.

FL HELENA AVGVSTA. Caput Helenæ ad pectus cum stolâ.

SECVRITAS REI. Figura muliebris stolata ac velata, vultu dextrorsùm converso stans, oleæ ramum demissum tenet dextrâ, sinistrâ stolam colligit: à sinistris in areâ ΔЄ. in imâ parte SMANT. *Fouc.*

Alius cum SMANTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMANT. Z. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. (sic) Typus ut suprà: à dextris in areâ S. in imâ parte CONS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. Typus ut

ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte ISIS. *Fouc.*

Alius cum PTR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Ducang.*

Alius cum PTRE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMALA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMAL B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMHB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMK. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum STR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STRE. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum STRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TA RL. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum : TR. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T T. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. in imâ parte PCON. *Fouc.*

FL AELENA AVGVS. (ſic) Caput Fl. Helenæ ut ſuprà.

SECVRITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte PTR. & luna bicornis. *Fouc.*

FL AELENA AVGVSTA. (ſic) Caput Fl. Helenæ ut ſuprà.

SECVRITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà: in imâ parte Q T. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc.*

Alius cum R S. coronâ laureâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL HELENA AVGVSTA. Caput Fl. Helenæ ut ſuprà.

SECVRITAS REIPVBLICE. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris F. in imâ parte TCONST. *Frad.*

ISIS FARIA. Helena ſub figurâ Iſidis, dextrâ tenet ſiſtrum.

VOTA PVBLICA. (1) Iſis ſtans, dextrâ ſiſtrum tenet, ſiniſtrâ ſitulam geſtat. *Regius. Bau. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Iſis in bigis mulorum, dextrâ ſiſtrum tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Figura ſedens in bigis hippopotamorum, cornucopiæ tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Oſiris capite modio ornato, dextrâ elatâ. *MB. Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, à fronte.

VOTA PVBLICA. Harpocrates ſtans, dextrâ ori admotâ, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Iſis ſtans in navi, velum extendit. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

VOTA PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Regius.*

(1) Conſtans eſt hominum opinio, ut Julianum ſub Serapidis effigie, ita Helenam ſub forma Iſidis in nummis latere; eamque opinionem nemo hactenus diſcuſſit: vix tamen adducor ut credam, Juliani veſaniam eo proceſſiſſe, ut conjugem vita functam, eamque noſtris ſacris imbutam, coli voluerit, perinde atque ſi Iſis eſſet; imò ne ipſum quidem Julianum cum Serapidis attributis depictum arbitror; quo enim argumento id probant? Ullumne illius ævi Scriptorem adducere poſſunt, qui impietatem illam Juliano objecerit? Quot tamen fuere qui ſingula ejus geſta in trutinâ ſuſpenderunt? Quidpiam hujuſmodi à recentioribus Græcis proditum haud neſcio; nec diffiteor Serapidem in nummis ſæpè effigiem Juliani referre: ſed Græculorum quantula fides? Monetarios verò cum Serapidem in nummis exprimere vellent, Imperatori, quàm alteri cuipiam ſimilem eſſe maluiſſe, nec mirum, nec novum erat; quamobrem id Juliano jubente factum fuiſſe dum Antiquarii ſcripſerunt, judicio haud ſatis maturo condemnaſſe eum videntur; ſed cur Julianum adverſus eorum maledicta tueor, cum ſimilia in pleroſque Principes ingeſſerint? An ullus eſt Imperatorum, qui non alicujus numinis honores ſibi attribuerit; imò ſunt, ſi Antiquarios audias, qui omnium numinum loco colendos ſeſe Romanis exhibuerint; ſi Marti nummos cudi juſſit Princeps, Mars continuo eſt; ſi Apollini, Apollo; ſi Jovi, Jupiter; ſi Herculi, Hercules ipſiſſimus: ita omnes Auguſtæ Junones, Veſtæ, Veneres ſunt, nec Genitrices ſolum, ſed etiam Victrices. Quin etiam ſi qua urbs Græca Deos Deaſve regionis Præſides in nummis expreſſit, pleræque autem expreſſere, ſtatim quærunt Antiquarii, quæ ratio eas urbes impulerit, ut nummos cum hujuſmodi numinibus huic quem repræſentant Principi offerrent: atque operæpretium feciſſe ſibi videntur, ſi, puta, Gratias tres in Julienſium nummis ideò expreſſas deprehenderint, quia eorum civitati beneficia quædam fortè conceſſerat Valerianus, aut in Mytilenæorum nummis Dianam venatricem, quia hac fortè præteriens idem Princeps, venationi aliquot dies inſumpſerat. Cæterum nummus hic & ſequentes omnes rari ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo, exceptis tribus tantùm quibus ſolitam notam (*MB*) ſubjunximus. Vide ſimiles Juliani nummos.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Isis cani insidens à dextris sinistrorsum, dextrâ tenet sistrum, sinistrâ sceptrum. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Fluvius imberbis capite radiato jacens, cornucopiæ gestat dextrâ, urnæ verò innititur sinistrâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. Fluvius barbatus jacens, dextrâ tenet navim, sinistrâ arundinem. *Regius.*

Eadem epigraphe. Helena velata sub figurâ Isidis, dextrâ sistrum.

VOTA PVBLICA. Anubis canino capite, dextrâ sistrum, lævâ caduceum. *Ducang. MB.*

# JOVIANUS.

FLAVIUS JOVIANUS, Singidone in Pannoniâ natus, patrem habuit Varronianum Comitem præstantissimum virum, ipse quoque rei militaris peritiâ & constantiâ in fide Christianâ clarus. Primicerius Domesticorum sub Juliano fuit, cujus Persicæ expeditioni interfuit: in ejus deinde interfecti locum suffectus die 27. Junii, milites statim ad nostrorum sacrorum cultum revocavit, pacemque cum Sapore Persarum Rege necessariam magis quàm honestam fecit, quâ illi quinque Provincias quas Narseo Diocletianus eripuerat, restituit, simul Nisibi clarissimâ illius tractûs urbium, ac Persis formidolosissimâ illis cessit. Nimirum aliis conditionibus servari non poterat fortissimus exercitus Juliani temeritate in ea loca deductus, ubi ipsi fame ac rerum omnium penuriâ pereundum erat. Postquam Romanas terras attigit, ita se gessit, ut nec prudentiam in illo, nec cæteras virtutes quibus optimi Principes censentur, requireres: munera enim & officia iis detulit quos fides & integritas præcipuè commendabant, idolorum fana aut claudi aut everti curavit, Consubstantialitatis fidem cùm exemplo suo firmavit, tùm restitutis Præsulibus quos ejus nomine Constantius in exilium ejecerat. Itaque summam potestatem in eo collocatam apparebat, qui hac tùm ad Ecclesiæ, tum ad universæ Reipublicæ felicitatem optimè uti sciret; sed hanc non octo menses integros retinuit: Dadastanæ enim in confinio Galatiæ & Bithyniæ cum Constantinopolim repeteret, mortuus in cubiculo suo inventus est die Februarii 17. anni 364. sive ex cruditate stomachi, sive ex vapore prunarum ardentium quas in recentibus ædibus ministri accenderant. Annos tres suprà triginta natus erat, uxoremque duxerat Charitonem Lucilliani nobilis Romani filiam, è quâ plures liberos suscepit, atque in iis Varronianum, quem Consulatum secum anno 364. gerere, & Nobilissimum appellari jussit, majoribus titulis in aliud tempus reservatis. Hic anno 380. adhuc vivebat cum matre, sed alterum ex oculis ei post patris mortem excussum, ut paterni imperii recuperandi spem deponeret, auctor est D. Joannes Chrysostomus.






## NUMISMATA AUREA.

DN IOVIANVS P F AVG. Caput Joviani cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (1) Imperator paludatus stans, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ globum; pro pedibus captivus sedens: in imâ parte Christi monogramma. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. (sic) Typus ut suprà: in imâ parte SIRM. & stella. *Regius. M. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà, sed absque Christi monogrammate in labaro: in imâ parte SIRM. *Ducang. MB.*

(1) Hæc epigraphe occurrit etiam in Helena Constantini M. matre, Licinio, Constantino M. Constantio, & Juliano, sed in illis typus diversus; nunc primum cum hoc typo occurrit. Hujus Augusti nummi ex auro haud obvii sunt: desiderantur in Mediobarbo quotquot notam solitam, (*MB*) non habent.

DN IOVIANVS P F PERP AVG. Caput Joviani cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (1) Duæ figuræ muliebres, una galeata, altera turrita, ambæ clypeum tenent, in quo VOT V MVLT X. in imâ parte CONSS. *RE.*

DN IOVIANVS P F P AVG. Caput Joviani ut suprà.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Duæ figuræ ut suprà, clypeum tenent, in quo VOT V MVL X. in imâ parte RSMQ. *Regius.*

DN IOVIANVS P F AVG.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: in imâ parte SIRM. *MB.*

DN IOVIANVS P F P AVG. Caput Joviani cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (2) Duæ figuræ ut suprà, clypeum tenent, in quo VOT V MVLT X. in imâ parte SIRM. inter duas stellas. *Regius.*

DN IOVIANVS P F P AVG. Caput Joviani ut suprà.

SECVRITAS REIPVBLICE. (sic) Typus ut suprà: in imâ parte SMTES. *MMA.*

DN IOVIANVS P F AVG. Caput Joviani ut suprà.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (3) Duæ figuræ muliebres sedentes, una galeata, altera turrita, pede dextro proræ navis imposito, hastile gestans, ambæ sustinent clypeum in quo VOT V MVLT X. in imâ parte SIRM. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput coronâ ex clypeis factâ redimitum.

VICTORIA AVGVSTORVM. Figura militaris paludata, dextrâ labarum, sinistrâ globum cum Victoriolâ: in imâ parte ART. T. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Joviani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (4) Victoria stans dextrâ coronam tenet, sinistrâ orbem crucigerum; à dextris in areâ A. à sinistris V. in imâ parte CON. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria galeata & nuda dextrorsum gradiens, dextrâ lauream tenet, sinistrâ globum: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte CON. *Ducang. MB.*

(1) Nummus hic & sequens rari ob capitis epigraphen, & desiderantur in Mediobarbo.

(2) Nummus hic & sequens rari ob capitis epigraphen, nec extant apud Mediobarbum.

(3) Vide quæ de simili typo diximus ad nummum Constantii Constantini M. filii, inscriptum, GLORIA REIPVBLICAE; & quæ habet Ducangius CP. Christ. lib. II. pag. 148. ubi de Senatu.

(4) Typus hic novus; nummus verò rarissimus est; qui quidem demonstrat quàm rectè scriptum sit à Cl. Ducangio, globum crucigerum in Valentiniani nummis primùm reperiri; præsertim cum deinde non reperiatur in eo Valentiniano quem intelligit, sed in Constantii Cæsaris filio, quem Placid. Valentinianum appellare solemus. De globo crucigero nihil causæ est cur differamus; quis enim ignorat, Romanos Principes effingi solitos cum globo in dextrâ, cui globo ante Jovianum plerumque insistebat Victoria; quòd nimirum hæc esset Imperii quod globus designabat, tutatrix Dea: at Victoriæ loco monetarii crucem hîc sculpere maluerunt, quòd hanc esse scirent non Romano orbi solùm, sed etiam universo hominum generi salutarem, atque ita & suæ & Principis pietati satisfacerent. Post autem Jovianum globos crucigeros in utriusque Theodosii, & aliorum subsequentium Imperatorum numismatibus conspicimus. Quin & equestris Justiniani in Augustæo posita statua similem globum sinistra continuit, ut exertè habet Procopius lib. I. de Ædif. cap. 2. ἔχει δὲ, inquit, οὔτε ξίφος, οὔτε δοράτιον, οὔτε ἄλλο τῶν ὅπλων οὐδέν· ἀλλὰ σταυρὸς αὐτῷ ἐπὶ τοῦ πόλου ἐπίκειται, δι' οὗ δὴ τήν τε βασιλείαν καὶ τὸ τοῦ πολέμου πεπόρισται κράτος. *Non gladium, non hastam, aliudve gestat armorum genus, sed crucem globo impositam, cujus opera imperium ac belli victoriam adeptus est.* Quæ cæteri Byzantinæ Historiæ Scriptores de hac Justiniani statua habent, ex Procopio exscripserunt. Suidas verò de globi crucigeri istius significatu hæc commentatur: καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμπεπηγότος τοῦ σταυροῦ ἐν αὐτῇ ὑποσημαίνοντος ὡς διὰ τῆς εἰς σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς ἐγκρατὴς ἐγεγόνει. σφαῖρα μὲν ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος· πίστις δὲ ὁ σταυρὸς, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα Θεόν. *Læva quidem manu globum tenet, cui crux infixa est, quæ significat ipsum propter fidem in crucem terræ dominum factum. Globus enim is terra est propter rotundam ipsius figuram: fides verò est ipsa crux, ob incarnatum Deum illi clavis affixum.* Vide Pachymeris descriptionem Augusteonis à nobis Græcè & Latinè exhibitam tom. I. Imp. Orien. lib. VI. pag. 117. Cæterum à Byzantinis & Orientalibus Augustis transiit ad Occidentales globus iste cruciger. Vide Ducangii Differt. n. XIX. Nummus hic desideratur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN IOVIANVS P F AVG.

VICTORIA AVG. (1) Figura sedens, dextrâ Victoriolam, sinistrâ hastile: in imâ parte TR. H. S. *MB.*

(1) Nummus hic rarissimus est; cæteri ex argento haud obvii. Qui notam solitam (*MB*) non habent, ii in Mediobarbo desiderantur.

Eadem epigraphe. Caput Joviani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOT V. in coronâ querceâ: in imâ parte ASISC. & luna bicornis. *Fontaine.*

Alius absque literis & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVLT X. in coronâ querceâ. *Cham.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel. Bau. Albert.*

Alius cum TCONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Joviani laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT V MVL X. in coronâ: in imâ parte ROMAE. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Joviani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOT V MVLT X. in coronâ laureâ. *Farnesianus.*

Alius cum SMN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VRBS ROM. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum VRBS ROM. B. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum VRBS ROM. T. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

## *NUMISMATA ÆREA maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN IOVIANVS P F AVG. Caput Joviani cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

ADVENTVS AVGVSTI. (1) Imperator eques dextrâ expansâ pacificatoris habitu, sinistrâ tenet scipionem: hunc præit miles cum labaro in quo Christi monogramma, subsequitur Victoria palmæ ramum lævâ gerens, dextrâ coronam Imperatoris capiti imponere gestiens: in imâ parte ROMA. *Tristan.*

DN FL C IOVIANVS P F AVG. Imperatoris protome absque diademate, dextrâ spiculum transversum, sinistrâ equum fræno tenentis.

Sine epigraphe. Imperator eques, dextrâ protensâ, leonem proterens. *De C. Ducang.*

DN IOVIANVS P F AVG. Caput Joviani gemmatâ coronâ çinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORI AVGVS. (2) Labarum in crucem desinens, in cujus siparo Christi monogramma, inter duos captivos humi sedentes aversos. *Gretserus tom.* 3. *de Cruce ex Baron.*

(1) Jovianum postquam Imperator factus est, Romam non venisse satis constat, quamobrem spem tantum adventûs in hoc nummo Romani consignasse videntur; quam spem iis fortè fecerat Lucillianus Joviani socer, quem probabile est, cum Occidenti universo præfectus fuisset, Romam venisse antequàm Gallias in quibus occisus est peteret; fortè etiam ad spem Ludorum Circensium pertinet sequens nummus; sunt enim, ut jam monuimus, qui ad eos ludos referant nummos omnes, in quibus Princeps equum fræno retinet: sed cum Fortuna Manens cum equo etiam exhiberi solita sit, quem quidem Imperatori offerre videtur in nummo Titi, Perpetuitatem Imperii hîc designari malim. Vide quæ ad Crispi nummum adnotavimus. Cæterum nummi hujus Augusti ex ære maximi moduli rarissimi sunt.

(2) Labarum Christianum à Constantino institutum, ac deinde è castris unà cum cæteris Religionis nostræ signis & cæremoniis ejectum à Juliano fuisse nemo ignorat; sed id brevi in castra reduxit Jovianus, nec deinceps quidquam magis obvium, quàm Christi monogramma in Labaro; de quo vide, si libet, quæ habet Erud. Ducangius Differt. n. xx.

## *NUMISMATA Æ. II.*

DN IOVIANVS P F AVG. Caput Joviani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Eadem epigraphe incusa, cum eodem capitis typo pariter incuso: in imâ parte ANTB. (1) *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA ROMANORVM. (2) Imperator paludatus stans, dextrâ tenet hastam, sinistrâ globum cum Victoriolâ. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Nummus hic inter rariores recensendus est; sequentes verò haud omninò obvii.

(2) Idem fortassis typus, qui in sequentibus, sed malè à Ducangio exhibitus.

VICTORIA ROMANORVM. Imperator laureatus ac paludatus ſtans, labaro adnititur dextrâ, Victoriæ verò ſignum globo impoſitum ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte ANTA. *Fouc.*

Alius cum ANTΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum TESB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TRSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

DN IOVIANVS P F P P AVG. Caput Joviani coronâ ex lauro & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA ROMANORVM. (1) Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo nominis Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ: in imâ parte TESA. *Regius. B.*

(1) Nummus hîc cum rarioribus adnumerandus eſt ob capitis epigraphen, & deſideratur in Mediobarbo. Hanc Joviani Inſcriptionem Fabrettus è Schedis Vaticanis, ubi dicitur reperta in agro Laudenſi, exſcriptam exhibet pag. 686.

DIV. FL. IOVIANO
TRIVMPHATORI
SEMPER. AVG

## NUMISMATA Æ. III.

DN IOVIANVS P F AVG. Caput Joviani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOT. V. in coronâ: in imâ parte ANTA. *Fouc.*

Alius cum ASISA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONSPA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Alius cum CONSPΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum ȘMKΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVLT X. (1) in coronâ. *RE.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum AQVILP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum ASIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum CONSPA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum ROMA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc Bau.*

Alius cum VRB ROM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MV.LT X. (ſic) in coronâ: in imâ parte VRB ROM P. *Fontaine.*

Alius cum VRB ROM. Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum VRB. ROM. R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum VRB. ROM. T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. (2) Iſis ſtans in carpento à duobus mulis tracto, dextrâ elatâ ſiſtrum tenet: ante ipſam ſtat figura capite canino palmam dextrâ geſtans. *Frad.*

(1) Nummus hîc & ſequentes deſiderantur ex ære in Collectione Mediobarbi. Vide quæ habet Oiſelius ad ſimilem Joviani nummum pag. 471.

(2) Nummum Juliani Apoſtatæ ſuprà exhibuimus, in quo Iſis carpento vehitur, ut in hoc nummo; ſed illic Anubis deeſt, qui hîc veluti triumphantem Deam ducit; nummus rariſſimus, imò ſingularis. Typum cum Juliani capite conjungi debuiſſe opinor; ſed hoc interfecto, Joviani effigiei adjunctus eſt, quia falſorum numinum cultum non prohibuerat. De Iſide & Anubi vide quæ ſcripſimus in Juliano. Deſideratur hic nummus in Mediobarbo.

## NUMISMATA ÆREA
### *incerti moduli.*

DN IOVIANVS P F AVG.

Chriſti monogramma, hinc A. illinc Ω. (1).

Eadem epigraphe.

VRBS ROM. SIHN. (2)

Eadem epigraphe.

VRBS ROMA. Roma ſedens cum haſtâ & globo.

(1) Nummus rariſſimus imò ſingularis eſt. Vide Baronium an. 363. n. 128.

(2) Nummum hunc rariſſimum exhibet Mediobarbus ex Occone; ſequentem verò ex Carpineo cimelio; ſed in primo loco SIHN. legendum fortaſſis SIRM.

# CHARITO.

CHARITO Joviani uxor, Lucilliano genita, qui variis muneribus cum laude functus, deinde privatam vitam amplexus, postremò cum Occidentem gener ipsi commisisset, Remis in tumultu militari periit. Aliquot liberos Jovianus ex eâ sustulit, atque in iis Varronianum, quem Nobilissimi titulo auctum, Consulem in annum 365. designavit; sed huic post patris mortem excussus oculus, ne quando paterni Imperii recuperandi spem affectaret. Charitonem Cedrenus ante mortuam scribit, quàm Augustum conjugem tueri contigisset: sed è S. Joanne Chrysostomo constat ad annum usque 380. vixisse. Zonaras in Templo Apostolorum conditam testatur.

*DUAS Tabulas Numismatum quæ Valentiniano ejusque familiæ, præterea Procopio, Maximo & Victori Tyrannis cusa sunt, Ducangius edi curavit: has Lectori pro more nostro repræsentamus, & quæ in iis* σφάλματα *deprehensa sint monemus.*

TAB. I. Numm. I. FELIX ADVENTVS AVG M. rectius in descr. habetur AVG N.

Nummi 13. & 17. aurei videntur.

Numm. 19. in imâ parte SMSISC. in descr. legitur SMNSISC.

Numm. 20. in imâ parte ANTE. habetur in descr. ANTS.

Numm. 21. ad Plac. Valentinianum pertinet.

Numm. 24. REIPVBLCAE. perspicuè malè; in descr. restituta est vox REIPVBLICAE.

Numm. 27. VICTORIA AVGG. in descr. AVG.

Numm. 31. loco stellæ habetur X. in descr. præterea in imâ parte SMRP. in descr. SRMP.

TAB. II. Numm. I. VICTORIA. in descr. VICTOR.

Numm. 4. in imâ parte TPOBT. in descr. restituta est lectio, TROBT.

Numm. 7. CONCORDIA AVGGG. in descr. AVGG. præterea aureus videtur.

Numm. 33. BONO REIPVBLICE. in descr. REIPVBLICAE.

VALENTINIANUS.


VALENTINIANVS



















PROCOPIVS

VALENS










P. Giffart del. et sculp.


p. 451.
GRATIANVS
II
VALENTINIANVS IVNIOR
MAGNVS
MAXIMVS
VICTOR
P Giffart del. et sculp.

# VALENTINIANUS.

FLAVIUS VALENTINIANUS Cibalis in Pannoniâ natus est patre Gratiano viro ignobili, quem artis militaris peritia ad maximos honores evexerat; sed insimulatus Magnentium hospitio recepisse, bonis multatus fertur. Valentinianus ipse militiæ nomen primâ ætate dedit, maximisque periculis defunctus sub Constantio & Juliano, ab hoc etiam exauthoratus, quia vir summæ in Christum pietatis deorum sacris operari nolebat, postremò secundæ Scutariorum scholæ præfectus fuit sub Joviano; quo extincto, Augustus Nicææ appellatus est die 26. Februarii anni 364. cum interregnum novendiale fuisset. Fortè accidit ut variorum bellorum rumores tunc circunferrentur, quibus sustinendis Princeps unus impar fore videbatur, prætereaque timendum erat ne, si quid humani pateretur, magnatum dissensiones Rempublicam labefactarent: quapropter Valentinianus, tum ut militibus in re honestâ gratificaretur, tum etiam quia id è re præsenti esse rebatur, Valentem fratrem collegam sibi adjunxit die Martii 28. Thraciamque & Græciam & universum Orientem illi, sibi Illyricum, Africam, & cæteras Provincias, quæ Occidentis nomine censentur, attribuit, atque exinde Galliis & Italiâ, nisi extremo Imperii anno, nusquam excessit. Galliis tum imminebant Alamanni, gens plures in tribus distributa, quibus singulis Rex præerat; Legatos tamen ad Valentinianum in Gallias adventantem communi consilio misere, qui faustum huic felicemque Imperii decursum optarent, & pacem cum Juliano factam renovarent; sed minus liberaliter accepti, quàm aut solebant, aut gentis suæ famam mereri arbitrabantur, bellum extremo anni 365. agrorum populationibus instituerunt, mox sequenti anno justâ acie fusis Romanis, direpto Batavorum & Erulorum vexillo, Cariettone utriusque Germaniæ Comite occiso, ingentem terrorem injecerunt: postquam tamen totius belli ratio Jovino Magistro Equitum commissa est, majores quàm intulerant clades accepisse feruntur; quibus cum ita fracti essent, ut latrociniis tamen infesti essent non minus, imo aliquanto etiam infestiores quàm justo bellò fuerant, nam & Moguntiacum urbem Rando eorum, ut ab Ammiano dicitur, Regalis irrepserat, Valentinianus ipse tanto apparatu, quanto antea nunquam adversus eos profectus, præclaram apud Solicinium victoriam reportavit, præclariorem futuram tamen, si Vithicabium Regem Vadomari filium, à quo sibi maximè timebat, verâ vi vincere, quàm dolo malo conficere maluisset; huic enim paternæ virtutis heredi, sicarium paulo ante pugnam submiserat. Pax postmodum cum barbaris convenisse videtur; sed cum prætextu Rheni ripam molibus muniendi, Valentinianus castella etiam quædam in barbarico solo extrueret, Alamanni qui fidem sibi datam falli existimarent, Romanos operi incumbentes, eorumque Præfectum Hermogenem occidione occiderunt; atque hoc alterius belli initium fuit, quod ad annum 374. perduravit, nullâ quidem illud insigni ad memoriam pugnâ nobilitatum, tametsi octoginta Burgundionum millia à Romanis accita essent anno 370. in eo

tamen barbaros propiores victis fuisse constat; nam & munitiones tum confectæ sunt, & Theodosius Comes, ejus Theodosii qui postmodum imperavit, pater aliquot mancipiorum millia in Italiam transduxit, agrosque iis quos colerent juxtà Padum assignavit. Plurima interea bella per Legatos gessit Valentinianus, nam Austuriani in Africâ profligati anno, ut quidem videtur, 367. à Romano Comite, quem victoria non tam nobilitavit, quàm fœda & variis criminibus implicata avaritia infamem fecit; deinde Scotos variis cladibus afflixit Theodosius, Provinciam Valentiam, quæ nunc Scotia meridionalis est, recepit, Valentinum rebellionis consilia meditantem oppressit: adversus Saxones etiam & Francos ejusdem Theodosii ductu res mari & terrâ prosperè gestæ feruntur; Firmum etiam Africæ tyrannum de quo plura suo loco; idem post varias clades, vim sibi afferre coëgit; sed hoc ad annum 374. aut etiam 375. pertinet, Saxones verò anno 370. debellatos constat, & quidem per summam perfidiam; cum enim victoriâ de Nanneino Comite relatâ feroces Deusonem usque progressi essent, mox adventu Severi Magistri Peditum territi, pacis legibus acceptis, delectum etiam ex suâ juventute haberi sivissent, internecione cæsi sunt. Ex his intelligi potest Valentinianum tametsi fortissimum Principem, fidem non satis coluisse, nec percepisse animo quid interesset inter victoriam virtute partam, & eam quæ dolo malo; quod in postremo adversus Quados bello maximè apparuit. Ut Rheni, ita etiam Danubii ripam muniri jusserat, atque id sine ullâ cujusquam injuriâ factum fuerat ad annum usque 374. tunc demum castella in Quadorum solo ædificari cœpta; quod cum Gabinius Rex ejus gentis per jus & fas fieri negaret, legatosque qui fœderum memoriam renovarent, ad Principem misisset, à Marcelliano Pannoniæ Valeriæ Duce inter hospitalem cœnam trucidatus est, nec ulla de ejus cæde quæstio habita. Igitur Quadi & eorum socii Sarmatæ Danubium transgressi agros vastant, segetes maturas disperdunt, legiones duas fundunt fugantque, prorsus magnas clades inferunt, majores ostentant: quod cum Valentinianus intellexisset, pace cum Macriano Alamannorum Rege factâ, reliquum anni tempus parando bello impendit. Interea Sarmatas Mœsiam adortos Theodosius Dux adhuc juvenis profligavit, Valentinianum verò prægressi Merobaudes & Sebastianus Comes, aliquot incursionibus effecere ut Quados ipsos belli suscepti pigeret: ipse tamen infractas eorum res penitus accidere voluit, nec primâ expeditione contentus, alterum in annum 376. parabat; sed cum in legatos Quadorum supplices vehementius inveheretur, apoplexiâ correptus periit Birgitione in Pannoniâ die Novembris 17. Annum ætatis quintum suprà quinquagesimum agebat, annos undecim, menses octo, sedecim dies imperaverat, Princeps severus, vehemens, atque ita infestus vitiis, ut crudelitatem suam explere etiam tum videretur, cum in reos animadverteret; idem tamen ingenio solers, & qui optimis consiliis obtemperare, atque etiam clementiâ uti sciret, si moneretur, ut non immeritò proditum sit à Victore Jun. perfectum Principem futurum fuisse, si probatis & eruditis amicis uti licuisset. Uxorem privatus duxerat Valeriam Severam, ex eâque susceperat Gratianum, quem Augustâ dignitate extulit anno 367. sed hanc haud multo post res suas sibi habere jussit, Justinamque duxit è qua natus est Valentinianus Jun.




## NUMISMATA AUREA.

............

CONCORDIA AVGGG. F. CONS. OB. (1) Figura galeata sedens, dextrâ hastam, sinistrâ globum, ad pedes prora navis. *MB.*

DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ laureâ : in imâ parte.... *Farnesianus.*

DN VALENTINIANVS P AVG. Caput Valentiniani ut suprà.

Crux in coronâ laureâ : in imâ parte CONOB. (2) *Regius.*

DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani ut suprà.

FELIX ADVENTVS AVG N. Imperátor eques à sinistris dextrorsum, dextram protendens : à dextris in areâ LP. in imâ parte COM. *DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELIX ADVENTVS AVG N. (3) Typus

(1) Huic nummo subjungi poterant duo cum eadem epigraphe, & tertius inscriptus CONCORDIA AVGGGG. quos Mediobarbus & Erud. Pedrusius ad hunc Principem referebant, sed eos vide in Valentiniano Jun. ad quem pertinent. Hunc etiam nummum Oiselius è quo exscriptus est, ad Valentinianum Jun. retulit, sed utri Valentiniano adscribas perinde est ; uterque enim Collegas duos Imperii habuit : vide infrà nummos huic simillimos in Æ. 3.

(2) Hic typus tùm primùm in nummis expressus est : nummus rarissimus est, nec apud Mediobarbum extat.

(3) Nummus hic & superior rarissimi sunt, & desiderantur ex auro in Mediobarbo, perinde atque ii omnes qui notam (*MB*) non habent : sunt qui referant superiorem nummum ad adventum Valentiniani Constantinopolim, statim atque Imperator factus est : hunc verò ad ejus adventum in Gallias ; quas conjectationes probabit qui volet.

ut fuprà, abfque literis in areâ : in imâ parte SMAQ. *Regius, maximi moduli.*

. . . . . . . . . . . . . . .

GLORIA ROMANORVM. Roma fedens. *MB.*

DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. (1) Duæ figuræ galeatæ fedentes, dextrâ geftant globum, finiftrâ haftam ; inter utriufque caput crucicula : in imâ parte CONOB. *Regius, maximi moduli.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. (2) Imperator paludatus ftans, dextrâ tenet labarum in quo crux, finiftrâ globum cui infiftit Victoriola coronam porrigens : in imâ parte ANS. *Declefves.*

Alius cum ANTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declefves.*

Alius cum ANTH. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut fuprà : à dextris in areâ crux : in imâ parte ANTI. inter duas ftellas. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator paludatus ftans, dextrâ tenet labarum in quo Chrifti monogramma, finiftrâ globum cui infiftit Victoriola coronam porrigens : in imâ parte ANTH. & ftella. *DC.*

Alius cum ANTP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Ducang. MB.*

Alius cum CONSP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg. Farnefianus.*

Alius cum RP. & palmæ ramo in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MMA.*

Alius cum SIRM. & ftellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMTR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declefves.*

Alius cum SMLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. M.*

Alius cum SMNI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Declefves.*

Alius cum SMTES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declefves.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. M.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut fuprà : à finiftris in areâ ftella : in imâ parte SMRP. *MMA.*

Eadem epigraphe.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Figura ftans, dextrâ labarum, finiftrâ Victoriolam : in imâ parte ANTI. *MB.*

Alius cum CONSP. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum S.M.LVG. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum S.MN.G. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SMTES. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

(1) Nummi Valentiniani cum hoc typo defiderantur in Mediobarbo, & rariffimi funt. Hæc epigraphe paffim occurrit in nummis Conftantini M. & ejus filiorum, necnon Nepotiani, Magnentii, Vetranionis, Galli & Juliani; fed in iis typus diverfus excepto Galli nummo, in quo typus haud multùm abfimilis.

(2) Ad eam veterum numifmatum veluti ætatem pervenimus, in qua omnia ita perturbata & confufa funt, ut nec illuftrari notis, nec ipfa lucem hiftoriæ affundere poffe videantur; non enim unius alicujus Principis proprii funt typi propriæve infcriptiones, fed communes omnibus ejufdem ætatis Principibus & Tyrannis; & quidem non ea ratione qua Diocletiani & Conftantini fæculo, quo fuas laudes, fua decora Principes inter fe communicabant; rerum geftarum memoria tamen ita confignata erat, ut ad quem Principem, quamve Victoriam finguli referendi effent, à viro in hoc ftudiorum genere exercitato intelligi poffet : fed quod omnibus Principibus eadem ratione blandiuntur, omnes indifcriminatim Reftitutores Reip. appellant, omnibus Reip. falutem & fecuritatem adfcribunt, omnibus denique de Romanorum Gloriâ & Virtute gratulantur. Hæ funt nimirum infcriptiones quæ in utroque Valentiniano, in Valente, Gratiano, Theodofio occurrunt, quibus adjungendæ funt votorum nuncupationes & Victoriæ; illæ quidem haud magni momenti ad illuftrandam hiftoriam, hæ verò prorfus inutiles, cum nec de qua victoria mentio fiat intelligatur, nec etiam conftet an victoria aliqua commendetur, ut jam monuimus in nummis Conftantini filiorum. His incommodis aliud accedit multo maximum, cui Valentiniano, patrine, an Juniori, an verò Placidio adfcribenda fint numifmata, nec ex effigiebus in iis expreffis, nec ex monetariorum artificio, quod in omnibus idem, hoc eft admodùm rude & impolitum eft, nec denique ex infcriptionibus quæ effigies ambiunt, percipi poffe. Nam quod nonnulli arbitrati funt, ea tantum numifmata ad Valentinianum Jun. & ad Pla. Valentinianum pertinere, quæ illum IVN. hunc PLA. conceptis verbis appellant, falfum effe demonftrabimus ad eorum nummos aureos qui certis quibufdam temporum notis infigniuntur; quæ notæ cum in aliis defunt, defunt autem in plerifque, non judicium noftrum, quod planè nullum hîc interpofuimus, fed eorum apud quos nummos reperimus, vel judicium, vel præjudicatam opinionem in iis ex ordine collocandis fecuti fumus.

RESTITVTORI REIPVBLICAE. (1) Figura stolata stans, dextrâ labarum cum Christi monogrammate, sinistrâ globum cum Victoriâ: in imâ parte ANTI. *MB.*

Eadem epigraphe. Valentinianus cum diademate ex margaritis, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ tenet globum, sinistrâ spiculum inversum.

SALVS REIP. Imperator paludatus stans, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ globum cui insistit Victoriola lauream porrigens; ad pedes captivus quem pede dextro conculcat; à sinistris in areâ stella, & infrà lauri ramus ut videtur: in imâ parte SMSISC. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VICTORIA AVGG. Imperatores duo sedentes, ac sphæram cœlestem una tenentes, in quorum medio Victoria; infrà inter utrumque laurus: in imâ parte COM. *Regius. DC. Farnesianus.*

Alius cum TRAOBC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *M. Farnesianus.*

Alius cum TROBS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *M. MMA.*

Alius cum TROBT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. Brandenburg. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Typus ut suprà, absque lauro infrà: in imâ parte SMTES. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum TES. inter duas stellas in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum TROBC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TROBS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TR. P. OB. T. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. (2) Victoria gradiens, dextrâ crucem spissiorem & longiorem tenet: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria seminuda thoraci insidens, clypeum quem una cum puero alato ante ipsam stante sustentat, inscribit VOT X MVLT XV. in imâ parte ANT. *RE. Quinarius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ut suprà clypeo quem tenet, inscribit VOT X MVLT XX. à dextris in areâ Christi monogramma: in imâ parte ANOBC. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ut suprà, clypeo inscribit VOT X MVL XX. à dextris in areâ Christi monogramma: in imâ parte ANOBO. *Declesves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ut suprà clypeo, quem unà cum puero alato ante ipsam stante sustinet, inscribit VOT XV MVLT XX. à dextris in areâ A. in imâ parte COM. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. Imperatores duo stantes cum hastis vel spiculis, unà tenent globum cui insistit Victoria, coronam utriusque capiti admovens: in imâ parte CONSP. *Regius. Ducang. MB.*

DN VALENTINIANVS AVG. Caput Valentiniani cum diademate ex gemmis, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum.

VOTA PVBLICA. (3) Imperatores duo sedentes à fronte: in imâ parte SMTR. *RE.*

DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VOTIS V MVLTIS X. in coronâ laureâ: in imâ parte SMTR. *Regius, maximi moduli.*

Eadem epigraphe.

VOT X MVLT XX. (4) in coronâ: in imâ parte CONS. *MB.*

(1) Hæc epigraphe in hoc Augusto tantùm occurrit: nummus rarissimus exhibetur à Mediobarbo ex Occone.

(2) Cujus metalli sit hic nummus non monuit Cl. Ducangius, sed aureum esse existimo ob literas CONOB. utrum porrò Valentiniani hujus sit, an Jun. nesciò; nam typus hic novus, nec deinde ante Theodosium occurrit. Nummus hic rarissimus est.

(3) Hæc epigraphe & hic typus simul juncta tum primùm occurrunt: nummus rarissimus, imò singularis est, & in Mediobarbo desideratur: Valentinianus & Valens hîc exhiberi videntur quibusdam; potest etiam esse Valentinianus cum Gratiano filio.

(4) Hæc epigraphe admonet, ut è Fabretto pag. 659. exhibeamus Inscriptionem, cùm iisdem votis insignem, tùm etiam nova quadam scribendi ratione, FFFLLL pro *Flaviis tribus.*

XXXXII
D D.D.N. N.N.F.F.F.L.L.L
VALENTINIANO. VALENTI. ET. GRATIANO
PIIS. FELICIBVS
AC. TRIVMPHATORIBVS. AVGGG
VOTIS. X. MVLTIS. XX
BONO. R. P. N

## NUMISMATA ARGENTEA.

GLORIA REIPVBLICAE. (1) Duæ figuræ, alia galeata, alia turrito capite, ſedentes, clypeum tenent in quo VOT V MVLT X. hinc & inde cruces : in imâ parte TES. *MB.*
DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Imperator paludatus ſtans dextrâ tenet labarum, lævâ clypeo innixus : in imâ parte CONS. *Regius, maximi moduli.*

Alius cum LVGPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius, maximi moduli.*
Eadem epigraphe.

REPARATIO REIP. (2) Imperator ſtans figuræ in genua procumbenti dextram porrigit ; à tergo Victoria eidem lauream imponit : in imâ parte ASIS. *MB.*
Eadem epigraphe.

RESTITVTOR REIP. Imperator ſtans, dextrâ labarum cum Chriſti monogrammate : in imâ parte ANT. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIP. (3) Imperator laureatus & paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ : in imâ parte ANT. *MDM.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DB.*

Alius cum SLVC. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. MB.*

Alius cum TES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIP. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ OF. à ſiniſtris III. in imâ parte CONST. *Fouc.*

Alius cum SLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMAQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte ANT. *Fauvel.*

Alius cum ANTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*
Eadem epigraphe.

Sine inſcriptione. Victoria, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Valentiniani cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ : in imâ parte LVGPS. *Ducang. MB.*
Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. Duæ figuræ ſedentes, in medio Victoria : in imâ parte TROB. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (4) Imperatores duo ſedentes à fronte, unà globum tenent, Victoriâ retrò ſtante & utrumque complectente : infrà inter utrumque Imperatorem laurus emergens : in imâ parte TROBT. *RE.*
Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGVSTORVM. (5) Victoria gradiens dextrâ captivum trahit, ſiniſtrâ geſtat trophæum humero impoſitum : in imâ parte ROMA. *Regius, maximi moduli.*
Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum,

(1) Vide quæ ad ſimiles Conſtantii Conſtantini Magni filii nummos ădnotavimus : qui nummi argentei notam (*MB*) non habent, ii deſiderantur in Mediobarbo.

(2) Hæc epigraphe primùm in Magnentio occurrit, ſed typo diverſo. Nummus hic rariſſimus eſt : in nummis æreis hujus Auguſti, qui hanc epigraphen præferunt, typus diverſus cernitur.

(3) Hæc epigraphe in Tacito primùm occurrit, ſed cum typo diverſo.

(4) Nummus hic rariſſimus eſt ex argento ; nec dubito quin huic ſimillimus ſit ſuperioris nummi typus, & quin ad Valentinianum ſeniorem ſpectet ; ſimiles quippe nummi ac frequentes occurrunt in Valente ejus fratre ; ſed ad quam victoriam (plures enim à Barbaris & à Tyrannis reportaverunt) referendi ſint non liquet.

(5) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Typus novus. Hanc Inſcrip-

ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EXERCITVS. Imperator paludatus vultu dextrorsum converso stans, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ clypeum humi positum : in imâ parte SISCP. *Fouc. Regius. Nummus maximi moduli.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte TRPS. *Regius, maximi moduli.*

Alius absque Christi monogrammate in labaro, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. (1) Figura muliebris galeata & stolata, insidens spoliis à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ : in imâ parte AQPS. *Fouc.*

Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Fontaine. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V. in coronâ. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V. (2) in coronâ : in imâ parte CONSPA. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVL X. in coronâ : in imâ parte RT. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVLT X. in coronâ : in imâ parte RT. *Fontaine.*

Alius cum SISCP Z. (sic) in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Albert.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MV.LT XX. (sic) in coronâ : in imâ parte RP. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT. X. MVLT. XX. in coronâ. *Ducang. MB.*

Alius cum MOPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS X MVLTIS XX. in coronâ : in imâ parte MPP. S. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XV MVLT XX. (3) in coronâ : in imâ parte SIS. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. Figura muliebris galeata & stolata insidens spoliis à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ : in imâ parte LVG. *Fontaine.*

Alius cum LVGPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. Figura muliebris typo quo suprà, sed sedens in sellâ : in imâ parte R B. stellâ intermediâ. *RE.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Brandenburg.*

tionem Valentiniano propositam exhibet Gruterus pag. 285.

VICTORIIS. TRIVMPHISQVE
MAGNIFICO
D. N. VALENTINIANO
INCLYTO. PRINCIPI
SEMPER. AVG
RVFIVS. VOLVSIA
NVS. V. C. PRAEF
VRB. ITERVM
IVDEX. SACRARVM
COGNITIONVM
CLEMENTIAE. EIVS
DEDICATVS

(1) Hæc epigraphe reperitur primùm in Magnentio; sed typum Occo non describit. Typus hic Romam exhibere videtur.

(2) Nummi hujuscemodi initio Imperii cusi, & ad idem tempus, hoc est annum 364. pertinet Inscriptio, è quâ docemur Valentinianum & Valentem, Romanos promerendi causâ, ædificium quoddam in urbe ornatui publico constitui & locari jussisse. Hanc Inscriptionem è Fabretto pag. 208. exhibere libet.

DD. NN. VALENTINIANVS
ET. VALENS. AVGVSTI
ORNATVI. PVBLICO
CONSTITVI. LOCARIQVE
IVSSERVNT
ADMINISTRANTE. RVFIO
VOLVSIANO. V. C. EX. PRAEF
PRAET. PRAEF. VRBI. IVD
ITERVM. SACRARVM. COGNIT

VSTO. III
COS
ET. F. ITER
VIT
LEI

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est, nec extat apud Mediobarbum.

Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VRBS ROMA. (1) Typus ut suprà: in imâ parte TRPS. *Fouc.*

(1) In plerisque Principibus occurrunt nummi inscripti, ROMAE AETERNAE. in aliis, & quidem recentioribus vel VRBS ROMA. ut hîc, vel VRBS ROMA BEATA. legitur; nec Principes solùm, sed etiam Tyranni Romam in nummis commendarunt, tametsi Romæ pro hostibus publicis haberentur; quamobrem Begeri mentem me non assequi fateor, scribentis urbem Romam ideò in Valentiniani nummis expressam videri sibi, quòd concesso fratri Oriente, Occidenti imperaverit, Romamque Imperii sedem habuerit: maximè cum ipse Valentis nummum cum eadem epigraphe & eodem typo continuò exhibeat.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

D N VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. (1) Tres Monetæ stantes cum attributis. *Regius. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator paludatus stans, dextrâ labaro innititur, sinistrâ gestat globum cum Victoriolâ: in imâ parte R. P. *Le Roy. De C.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. Figura muliebris galeata & paludata sedens, globum cum Victoriolâ sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ. *Regius.*

(1) Hujus Augusti nummi omnes ex ære maximi moduli rarissimi sunt; hic verò desideratur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA Æ. II.*

D N VALENTINIANVS P F AVG. Valentinianus capite galeato, & coronâ ex margaritis & gemmis cincto, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum, spiculum transversum gestat dextrâ, clypeum verò sinistrâ.

GLORIA ROMANORVM. (1) Triremis à sinistris dextrorsum, Victoriâ seminudâ ad gubernaculum stante; suprà triremem figura militaris galeata vultu sinistrorsum converso, veluti progrediens à sinistris dextrorsum, dextrâ elatâ & expansâ, sinistrâ verò ad latus sinistrum compositâ: à dextris in areâ T. à sinistris supernè crucicula: in imâ parte ANTA. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. in imâ parte ANTΓ. *Fouc.*

Alius cum CONP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: à dextris in areâ corona laurea, à sinistris crux: in imâ parte ANTЄ. *Fouc. RE. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: à dextris in areâ corona laurea: in imâ parte ANTЄ. *Fouc. Frad.*

Alius cum CONA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum CONΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Laur. Begerus vir eruditissimus de hoc numismate ita sentit, ut in Constantis nummo inscripto FEL TEMP REPARATIO. triremis adumbrat illius Principis trajectum in Britanniam Insulam, ita in hoc prædicari Theodosii Comitis expeditionem contrà Pictos, Atacottos, Scotos videri. Atqui de illa expeditione constat, sed an significetur triremi hîc expressa dubitare licet, semperque licebit. Nimirum nummi alii Constantis nummo similes non in Constantio solùm occurrunt, quicum suas laudes communicare potuit, sed etiam in Constantio Gallo, qui Constante jam interfecto Cæsar creatus est, imò & in Magnentio, quem profectò laudem & gloriam ex illo trajectu quæsivisse nemo existimabit. Quod si conjecturâ aberravit in Constante vir doctus, potuit & in Valentiniano: & quidem aberrasse eo probabilius est, quòd bellorum à Valentiniano ipso gestorum mentione levissima quidem fit in aliis ejus nummis: num enim typos & inscriptiones quibus victoriæ de Germanis & de Quadis prædicarentur, neglexerunt Monetarii; iidem Comitis expeditionem ambitiosè commendarunt? id nemini persuadebit Begerus. Constet igitur typi explicationem ex inscriptione ipsa petendam esse, & ut in plerorumque Principum, ita & in hujus nummis triremim symbolum esse gloriæ, felicitatis, lætitiæ temporum.

Alius

Alius cum TESA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà, absque coronâ in areâ : in imâ parte TESA. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani cum galeâ & coronâ gemmatâ, ad pectus cum loricâ.

GLORIA ROMANORVM. (1) Figura stans in triremi in quâ duo remiges, & duo signa militaria : in imâ parte ANTЄ. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. Tres figuræ muliebres stolatæ vultu dextrorsum converso stantes, bilancem tenent dextrâ, cornucopiæ verò gestant sinistrâ. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVGGG. (2) Typus ut suprà : in imâ parte veluti ara. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REPARATIO REIPVB. (3) Valentinianus paludatus vultu dextrorsum converso stans, figuram muliebrem capite turrito procumbentem sublevat dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ : in imâ parte ANTB. *RE. Fauvel.*

Alius cum ANT. R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMAQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMAQ. P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMRЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum SMTES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

(1) Nummi Valentiniani cum hoc typo inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum; quid verò hoc indicetur, haud difficile est intelligere; gloriam nimirum & felicitatem Romani Imperii significat acceptam esse referendam virtuti Imperatoris & militum; nam & antea in Val. Maximiano & Val. Constantio, cum Monetarii virtutem Illyrici commendare vellent, nummos cuderunt cum epigraphe VIRTVS ILLYRICI. & Imperatore equite suprà navim.

(2) Nummus superior cum rarioribus adnumerandus est; hic verò rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo.

(3) Hujusmodi Inscriptionibus nihil illâ ætate obvium magis, quamobrem fœdam Monetariorum adulationem facilè deprehendet, quisquis hanc nummorum seriem jam inde à Constantini liberis evolverit : & tamen Erud. Harduinus ideo scribit Constantinum octo annos inerti otio marcuisse, quia in nummis Constantii & Constantis FEL TEMP REPARATIO. legitur; nec enim reparari tempora, aut restitui Rempublicam potuisse, nisi magnis periculis conflictata, imò gravissimis cladibus afflicta antea fuisset. Quod argumentum ut firmissimum esse opinabuntur qui pravum Monetariorum morem ignorant, ita vanissimum esse videbitur iis, quibus perspectus ille fuerit. Hujus exemplum unum aut alterum proferre liceat. Nemo nescit Juliano successisse Jovianum, huic Valentinianum & Valentem suffectos. Atqui obviæ sunt & vulgares in Juliano inscriptiones, quæ Augusti & Romanorum victorias, & securitatem Reipublicæ prædicent : eædemque in Joviano, cujus imperium brevissimum fuit, occurrunt : & tamen Respublica Valentiniani & Valentis imperio reparata, ipsi ejus Restitutores dicuntur. Restitui profecto, nisi à superioribus Principibus pessumdata, non potuit, quamobrem aut horum falsæ laudes, aut illorum victoriæ falsæ. Scio quid referri possit ab iis qui veterum Scriptorum rationem haberi volunt in restituendâ historiâ : Romanos gravissimam cladem accepisse in Perside sub Juliano; breviusque Joviani imperium fuisse, quàm ut eam cladem reparare potuerit : at Valentinianum & Valentem bella assiduè gessisse adversus barbaros, Imperii limites castellis muniisse, ideoque restitutæ Reipublicæ laudem meruisse videri : sed iidem fateantur necesse est, nec securam fuisse Rempublicam Joviani Imperio, nec ullas ab eo victorias relatas fuisse, quæ tamen cum ambitione quadam in ejus nummis commendantur. Quid verò Harduinus referet, qui veterum auctoritatem aspernatus, contendit Principes omnes Constantiniani Sæculi non in universo Orbe Romano, sed in solis Galliis imperasse? An loco cladis in Perside acceptæ, aliam comminiscetur acceptam à Juliano in Galliis? an & hunc desidiosum & inertem fuisse finget? At ultimo ejus Quinquennio monuit simul cum eo imperasse Jovianum, cujus victoriis florentissimam tunc fuisse Rempublicam vel nummi nos docent. Nunc ad alterum exemplum veniamus : præter has duas inscriptiones de quibus disseruimus, aliæ in Valentiniano occurrunt, quæ illorum temporum felicitatem mirum in modum commendant, GLORIA ROMANORVM. VIRTVS EXERCITI. SECVRITAS REIPVBLICAE. VICTORIA AVGG. VIRTVS AVGGG. nec soli nummi, verum etiam Scriptores eorum victorias prædicant, & unius postremæ Valentis cladis mentionem faciunt, quæ quidem gravissima fuit, sed non minus quam Juliani Persica negari, & ad fabulas ablegari ab Erud. Harduino debet. Atqui non in Gratiano solum, sed etiam in Valentiniano Jun. in Theodosio, in Maximo nummos cum iisdem lemmatibus, REPARATIO REIPVB. RESTITVTOR REIPVBLICAE. exhibebimus. Constet igitur Monetarios, illius præsertim ætatis, Principes suos ut magnis semper, ita non rarò falsis laudibus ornasse; nec posse è nummis solis, sepositâ veterum Scriptorum auctoritate, nisi hiulcam, & cujus partes inter se non cohæreant, adeoque portentosam historiam confici.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REPARATIO TEMPORVM. (1) Typus ut suprà: in imâ parte SIS. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator paludatus stans, dextrâ tenet labarum, sinistrâ globum cum Victoriolâ à quâ coronatur: in imâ parte RP. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut suprà, sed in labaro nominis Christi monogramma: in imâ parte RT. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Valentinianus paludatus vultu sinistrorsum converso stans, & captivum genuflexum calcans pede lævo, labaro adnititur dextrâ, globum verò sustinet sinistrâ. *RE.*

Alius cum ALEA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. MDM.*

Alius cum ANTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTГ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum SMNГ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ crucicula: in imâ parte CONSA. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ palmæ ramus: in imâ parte SMNB. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

VOTA PVBLICA. (2) Isis sedens à fronte Orum lactans. *Frad.*

(1) Epigraphe hæc in hoc Augusto primùm occurrit: nummus rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum.

(2) De eo typo diximus in Juliano: nummus hic rarissimus est, & in Mediobarbo desideratur: cusus verò videtur anno 364. cum idolorum cultus adhuc in Ægypto vigeret; nam Juliano destinatum fuisse opinor, perinde atque eum quem in Joviano cum eadem epigraphe, diverso typo exhibuimus, & alium quem infrà describemus in Æ. 3. sed post Apostatæ cædem, cum aliorum Principum effigiebus cusos, donec veteres cæremoniæ, religionesque in Deos prohibitæ ac vetitæ sunt. Nec tamen negare animus est, cudi post annum 364. potuisse; nam & in Gratiano nummum cum eadem epigraphe, veteris superstitionis symbolis insignem exhibebimus, & in Valentiniano Jun. Inscriptionem quæ Deorum, & Taurobolii, ac Criobolii mentionem facit; sed idcircò videtur hic nummus primo anno Valentiniani cusus, quia idem typus, ut diximus, in Juliano antea occurrit.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris galeata ac stolata, vultu dextrorsum converso sedens à fronte, globum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: à dextris in areâ Θ. in imâ parte ANT. Γ. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ Θ. à sinistris ☧. in imâ parte ANT. B. *Frad.*

Alius cum ANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANT. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ Θ. in imâ parte ANTB. *Fouc.*

Alius cum ANTГ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ Θ. à sinistris ☧. cum stellâ supernè: in imâ parte ANTГ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ O. in imâ parte CONSΔ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG N. (sic) Typus ut suprà: à dextris in areâ ramus: in imâ parte CONS. S. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Valentinianus cum stemmate cristato, ad pectus cum paludamento, dextrâ gestat spiculum inversum.

GLORIA ROMANORVM. Figura militaris triremi insistens, Victoriâ ad gubernaculum stante, dextram elatam & expansam habet, sinistrâ ad latus sinistrum compositâ: à dextris in areâ corona: in imâ

parte ANTЄ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. à ſiniſtris ſupernè crucicula: in imâ parte ANTЄ. *Regius. Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ D. in imâ parte SMKΔ. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Δ. in imâ parte SMNR. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Imperator habitu militari galeatus ſtans, dextrâ premit caput captivi genuflexi manibus poſt tergum revinctis, ſiniſtrâ adnititur haſtæ in cujus ſummitate Chriſti monogramma: à dextris in areâ F. in imâ parte AQP. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte SMAQP. *Fontaine.*

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ I. à ſiniſtris $\frac{S}{P}$. in imâ parte SMSISC. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Valentinianus paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, captivum manibus poſt tergum revinctis genuflexum capite apprehendit dextrâ, ſiniſtrâ verò geſtat labarum in quo nominis Chriſti monogramma: à dextris in areâ F. à ſiniſtris $\frac{R}{H}$. in imâ parte ASISC. Є. *Fouc.*

Alius cum BSISCK. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Q. à ſiniſtris ſtella & K. in imâ parte ASISCP. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ F. à ſiniſtris $\frac{R}{R}$. in imâ parte ASISCZ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris CP. in imâ parte BSISC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ OF. à ſiniſtris III. in imâ parte CON. *Fouc.*

Alius cum CON. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (1) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ M. à ſiniſtris ſtella & $\frac{A}{O}$. in imâ parte ASISC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte TSISC. *RE.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SISC. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum SLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMAQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum SMAQ. S. in ima parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMARS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum TEST. in ima parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TRP. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum TRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſu-

(1) Inſcriptionem ſequentem Sponius pag. 362. Miſcell. exhibet, & Romæ repertam teſtatur.

FILVMENVM
DDD ET PRINCIPES N̄ VALENTINIAN
VALENS ET GRATIANVS SEMP. AVGG
FILVMENVM IN OMNI ACHLETICO CER
TAMINE AB ORIENTE AD OCCIDENTE VSQ.
VICTOREM PAMMACHO LVCTA PRANCATI
CESTIBVSQ. ID EST PYCME LOCATIONE STA
TVAE IN ACLETARVM CVRIA ETERNITA
TIS GLORIA DIGNVM ESSE IVDICARVNT
QVOD OMNES XYSTICI GRATANTER
ACCEPERVNT SEN PARITER SIMVLQ.
P. R. INGENTI FABORE PROSECVTVS EST

prà : à dextris in areâ O. à ſiniſtris F.II/RS. in imâ parte LVGS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ O. à ſiniſtris F.II/C. in imâ parte LVGS. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ O. à ſiniſtris ſtella : in imâ parte LVGSA. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ O. à ſiniſtris FII. in imâ parte LVGSD. *Bau.*

Alius cum LVGSP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella, & infrà R. in imâ parte PTSISC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ P. à ſiniſtris S. in imâ parte PSIS. CC. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte TRP. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REPARATIO REIPVB. Imperator paludatus ſtans, dextram porrigit figuræ muliebri capite turrito in genua procumbenti, ſiniſtrâ tenet globum cum Victoriolâ : in imâ parte PCON. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REPARATIO REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : in imâ parte ANTB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIP. Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ verò ſuſtinet globum cum Victoriolâ : in imâ parte CONS. B. *Fouc.*

Alius cum KB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMAQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TR. SM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPV. Typus ut ſuprà : in imâ parte CONSP. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ trophæum geſtat, ſiniſtrâ captivum trahit : à dextris in areâ nominis Chriſti monogramma : in imâ parte ANTA. *Frad.*

Alius cum AQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum CONSP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum SMNA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. (1) Typus ut ſuprà, abſque Chriſti monogrammate in areâ : in imâ parte RP. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. (2) Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat ſertum, ſiniſtrâ palmam : in imâ parte CONOB. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (3) Victoria tunicata ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ : à dextris in areâ OF. à ſiniſtris III. in imâ parte ... *RE.*

Alius cum ANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICE. (ſic) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ : in imâ parte CON. & ſtella. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte CONSPA. *Bau.*

Alius cum ASISC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Frad.*

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R. PRIMA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R. SECVNDA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R TERTIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum R. QVARTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMAQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem

(1) Hæc epigraphe occurrit etiam in nummis Fauſtæ, Conſtantii & Fauſtinæ ejus uxoris, ſed typo diverſo : typus novus : nummi hi haud omninò obvii.

(2) Nummus hic ob literas in imo margine expreſſas, aut aureus, aut ſi ex ære ſit, ad exemplum nummi aurei fuſus videtur.

(3) Hæc epigraphe paſſim occurrit in nummis Helenæ, Liciniorum, Conſtantini M. Conſtantis, Conſtantii, Juliani & Joviani, ſed cum typo diverſo ; nunc primùm cum hoc typo juncta occurrit.

typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Brandenburg.*

Alius cum SM AQ. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMKP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ OF. à ſiniſtris I. in imâ parte CONST. *Fouc. Bau.*

Alius cum SMAN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ P. à ſiniſtris S. in imâ parte ΔSISC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ N. à ſiniſtris Q. in imâ parte ΔSISCA. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ R/R. à ſiniſtris F. in imâ parte... ЄSISC. S. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A/Δ. à ſiniſtris F. in imâ parte ΓSISCE. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella & K. à ſiniſtris Q. in imâ parte ΓSISCP. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ R. à ſiniſtris F. in imâ parte ΓSISCS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ D/P. à ſiniſtris F. in imâ parte ΓSISCS. *Frad.*

Alius cum ..SISC... in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ N. in imâ parte SCON. *B.*

DN AVLENTINIANVS (ſic) P F AVG. Caput Valentiniani ut ſuprà.

SECVRITAS REIPVBLIAE. (ſic) Typus ut ſuprà : in imâ parte SMKΓ. *Fouc.*

DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Valentiniani ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria ſtans pede ſiniſtro globo impoſito, clypeo quem tenet inſcribit VOT X MVLT XX. in imâ parte RP. *Regius. Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Victoria ad dextram gradiens, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam : in imâ parte PCON. *Val.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGGG. (2) Imperator ſtans in triremi, & captivum pede dextro calcans, dextrâ geſtat phœnicem, ſiniſtrâ labarum ; ad navis gubernaculum ſtat Victoria : à dextris in areâ A. in imâ parte TES. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS V MVLT X. in coronâ. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVLT X. in coronâ : in imâ parte ASIRM. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in coronâ: in imâ parte AN. A. *Fouc.*

Alius cum ANTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SMKЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX MVLT XXX. (3) in coronâ : in imâ parte ANTΔ. *MDM.*

(1) Nummus hic & ſequens inter rariores recenſendi ſunt, ſequens verò deſideratur in Mediobarbo. Hanc Inſcriptionem Valentiniani & Valentis ætate propoſitam Pagius ad annum 302. exhibet è Smetio:

SATVRNINIO. SECVNDO. V. C
PRAESIDI. PROVINCIAE. AQVITANICAE
MAGISTRO. MEMORIAE COMITI. ORDI
NIS. PRIMI. INTRA. CON
SISTORIVM. ET. QVAESTORI. PRAEF
PRAETORIO. ITERVM. OB. EGREGIA
EIVS. IN. REMPVBLICAM. MERITA
DD. NN. VALENTINIANVS. ET
VALENS. VICTORES. AC. TRIVMPHA
TORES. SEMPER. AVGVSTI
STATVAM. SVB. AVRO. CONSTI
TVI. LOCARIQVE. IVSSERVNT

(2) Typus hic tum primùm occurrit cum hac epigraphe conjunctus : nummus rariſſimus imò ſingularis eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(3) Nummus hic Valentiniani rariſſimus imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT PVB. (1) Castra Prætoria, & supernè ☉. *Regius. Ducang.*

Alius cum S. supernè, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. (2) Isis cani insidens dextrâ elatâ tenet sistrum, sinistrâ hastam. *Regius.*

(1) Typus hic novus est cum hac epigraphe conjunctus; nummi ipsi inter rariores recensendi sunt: in iis vota publica pro salute exercitûs nuncupari videntur.

(2) Nummus hic rarissimus est, & in Mediobarbo desideratur: de ejus typo diximus in Juliano: vide etiam quæ monuimus suprà in Æ. 2. ad nummum eadem epigraphe insignem.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

VALENTINIANVS P F AVG.

BONI FATI. (1)

DN VALENTINIANVS P F AVG.

CONCORDIA AVGG. Roma sedens.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG. Figura armata & galeata sedens, dextrâ globum, sinistrâ hastam.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG. Figura armata, sinistrâ globum tenens, cui insistit Victoria Imperatorem coronans.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA ROMANORVM. SIS. Figura sedens, dextrâ globum.

DN FL VALENTINIANVS P F AVG.

FELIX ADVENTVS AVG N SMAQ. (2) Figura equestris habitu pacificatoris.

VALENTINIANVS P F AVG.

GLORIA ROMANORVM BSIS. Figura militaris dextrâ clypeum, sinistrâ labarum.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. BSIS. Figura militaris captivum crinibus dextrâ trahens, sinistrâ labarum.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. ANTE. Figura militaris insistens navi.

DN VALENTINIANVS P F AVG. Caput Imperiali diademate cinctum, erectis ut videtur pennis cum hastâ in humeris.

GLORIA ROMANORVM. crucicula DNVES. Figura in navi, & à tergo Victoria navim gubernans.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. LLCSFII. Figura militaris, dextrâ captivum crinibus trahens.

Alius cum RSISCSTRA. eodem typo.

Alius cum SMAOP. eodem typo.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. KPSIS. Imperator gradiens, dextrâ captivum comprimens in genua provolutum, sinistrâ labarum cum Christi monogrammate.

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem typo.

. . . . . . . . . . . . . . . .

RENOBATIO VRBIS ROMAE. RP. (3) Roma galeata sedens cum clypeo à tergo, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam.

DN VALENTINIANVS P F AVG.

REPARATIO REIP. ASIS. Imperator dextram porrigit figuræ in genua procumbenti, sinistrâ globum cum Victoriolâ Imperatorem coronante.

Alius cum SMAT. eodem typo.

Alius cum SMRP. eodem typo.

Alius cum SMTRP. eodem typo.

Eadem epigraphe.

RESTITVTOR REIP. Imperator stans, dextrâ labarum, sinistrâ globum cum Victoriâ, à quâ coronatur.

VALENTINIANVS P F AVG.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria dextrâ spolia super humerum, sinistrâ puerum tenens.

DN VALENTINIANVS P F AVG.

SECVRITAS REIPVBLICAE. ASIS. Victoria gradiens, dextrâ lauream, sinistrâ

(1) Hunc nummum ex Goltzio exscripsit Ducangius; sed pessimè descriptum, non enim BONI FATI. sed uno verbo BONIFATI. in eo scriptum erat, ut ex aliis nummis Pla. Valentiniani apparet, in quibus BONIFATIVS legitur; quamobrem nummum ad illum referri malim.

(2) Nummus hic rarissimus est. Vide quæ ad huic simillimum ex auro suprà adnotavimus.

(3) Hæc epigraphe in Magnentio primùm occurrit, ab adulatoribus quibusdam inventa, qui de cæso Nepotiano gratulari tyranno volebant; sed Valentinianus plurimis per se aut per Duces bellis gestis, ejusque frater Valens Romano Imperio pristinum splendorem restituisse videri poterant, tametsi hostes suos non semper verâ virtute, ut veteres Romani, sed interdum etiam fraude & dolo malo, barbaris artibus devicere. Nummum hunc rarissimum Mediobarbus exscripsit è Tristano.

palmam.

Alius cum OFF III CONST. eodem typo.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBLICAE. SECVNDA. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBLICAE. SECVNDA. (1) Figura equeſtris.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS REIPVBLICAE. QVARTA. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

DN FL VALENTINIANVS P F AVG.

Sine epigraphe. Figura ſtans, dextrâ veluti falcem, ſiniſtrâ crucem: in imâ parte CONOB RV.

DN VALENTINIANVS P F AVG. Buſtum coronâ gemmatâ, dextrâ lauream, ſiniſtrâ ſcutum, in quo monogramma Chriſti.

TRIVMPHATOR GENT BARBAR. RP. (2) Imperator paludatus gradiens, dextrâ labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum, ad pedes captivus ſedens.

DN FL VALENTINIANVS P F AVG.

VICTORIA AVGGG. CONOB RV. Figura ſtans, dextrâ crucem, ſiniſtrâ Victoriolam.

VALENTINIANVS P F AVG.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria inſcribens clypeo VOT V.

. . . . . . . . . . . . . .

VIRTVS EXERCITI. Imperator ſtans labarum tenens, & captivum calcans.

VALENTINIANVS P F AVG.

VIRTVS EXERCITI. SISCP. Figura dextrâ labarum, ſiniſtrâ clypeum.

Eadem epigraphe.

VOT V MVLT X.

. . . . . . . . . . . . . .

VOT X MVLT XX. in laureâ.

DN FL VALENTINIANVS P F AVG.

VOTIS X MVLT XX. CONOB. Figura ſtans, ſiniſtrâ crucem.

. . . . . . . . . . . . . .

VRBS ROMA. ſedens.

(1) Nummus rariſſimus ob typum, qui tum primùm occurrit cum hac epigraphe conjunctus: hunc Mediobarbus ex Occone exſcripſit.

(2) Nummum hunc rariſſimum Mediobarbus ex Octavio Strada exhibet: ſequens verò ac ſuperior ex auro eſſe videntur, ob literas CONOB. quæ ſolæ ſunt in imâ parte; nam illæ, RV. in areâ expreſſæ ſunt.

# SEVERA.

VALERIA SEVERA prima Valentiniani uxor, Gratianum ei peperit, quem pater Conſulatu, ac deinde Auguſtâ dignitate extulit. Hanc recentiores quidam, atque inter eos Baronius, anno 367. aut ſequenti vivere deſiiſſe volunt, quia eâ fermè tempeſtate Valentinianus Juſtinam duxit; ſed marito ſuperſtitem fuiſſe propemodum conſtat; id enim Chronici Alexandrini Auctor, (quod Marinam is appellat, librarii mendum, quàm Scriptoris ipſius errorem eſſe malim,) & Ammianus planè & apertè tradunt. Socrates fabulam hîc narrat oppido ineptam & frivolam, Valentinianum Juſtinæ formâ captum, cum hanc ducere & Severam retinere vellet, legem tuliſſe uti uxores duas liberorum quærendorum causâ habere liceret, nec multo poſt nuptias inceſtas confeciſſe: primum enim Juſtinam virginem non fuiſſe conſtat, deinde Ammianus, qui nullam Valentinianum exagitandi occaſionem prætermiſit, hunc non caſtiſſimum fuiſſe ſolùm ſcripſit, ſed etiam caſtimoniæ exemplar: quamobrem vero propius videtur quod ab auctore Chronici Alexandrini proditum eſt, Severam à marito repudiatam, ac deinde in priſtinam dignitatem reſtitutam à Gratiano fuiſſe.

*Severæ hanc nummi partem profert Mediobarbus ex Occone.*

VAL SEVERA AVG.

# JUSTINA.

FLAVIA JUSTINA Sicula, altera Valentiniani uxor fuit, eique peperit Valentinianum Jun. postea Augustum, item filias tres Justam, Gratam, & Gallam quæ Theodosio Imp. nupsit. Scripsit Socrates Justinam patrem habuisse Justum Piceni Judicem: eum Justum Constantii jussu occisum, quia Mathematici prædixerant patrem Imperatoris fore: pupillam, ubi adolevit, in Palatium à Severâ accitam, & eximiâ formâ commendatam Valentiniano, qui cum eam ducere, & Severam retinere vellet, legem tulit uti uxores duas habere liceret, statimque nuptias confecit: sed nemini hactenus fidem fecit Socrates, & è Zosimo constat Justinam Magnentii viduam fuisse ante aliquot annos quàm Valentiniano nuberet. Nupsisse porrò videtur anno 368. maritoque extincto sedem in Italiâ fixit, ibique Catholicis, quantum quidem per Gratianum licuit, infestissimam se præbuit, utpote quæ Arianâ labe infecta esset; sed inde exacta anno 387. à Maximo tyranno, paulò ante periit, quam ejus filio Theodosius Imperium Occidentis restituisset, hoc est anno 388.

*Numismata incerti metalli ac moduli.*

DIVA IVSTINA.
Sine epigraphe. (1) Vir nudus sedens sub arbore, pateram tenens, ad ejus pedes spolia cum caduceo alato, à tergo Harpyia.
FL IVSTINA AVGG. *è Goltzio.*

(1) Nummum hunc Justinæ rarissimum imò singularem exhibet Mediobarbus ex Oecone.

# VALENTINUS.

VALENTINUS, sive VALENTINIANUS inter Tyrannos locum vix tenet; nam in ipso rebellionis conatu oppressus est. Hunc Ammianus tradit in Pannoniâ Valeriâ ortum, & affinem fuisse ejus Maximini, quem Roma Vicarium, & Galliæ Prætorio Præfectum tulere, omnium hominum crudelissimum. Cum verò ob scelus quoddam in exilium ejectus, cæteros exules & Britanniæ milites sollicitasset, à Theodosio Comite in quem insidiis grassabatur comprehensus, & Dulcitio Duci deditus est, qui maleficam bestiam (sic eum Ammianus appellat) capitis damnavit anno, ut videtur, 368. aut sequenti.

# FIRMUS.

FIRMUS patre Nubelo natus est Maurorum Principe, & plures fratres habuit, è quibus cum Zammam, cui cum Romano Africæ Comite summa amicitia intercesserat, occidisse insimularetur, ut imminens sibi à Romano periculum vitaret, rebellavit, sumptoque regio nomine, non Mauritaniam

ritaniam ad suam authoritatem adduxit solùm, sed etiam aliquot Romanorum cohortes corrupit, Cæsareamque & Rucaten cepit. Hæc anno 372. contigisse videntur; sed postquam Firmus Theodosium in Africam appulisse, eique totius belli rationem commissam esse audivit, summum imperatorem quem verâ vi vincere desperaret, astu eludere instituit: quod cùm prosperè aliquandiù successisset, pacem enim semel atque iterum impetravit, intereaque ingentia Æthiopum & Isaflensium auxilia contraxit, Theodosius comperto tandem cum eo hoste rem sibi esse, quem clementia sua audaciorem redderet, gravissimis cum cladibus afflixit, ejectumque è Mauritaniâ, in Isaflensium regionem usque persecutus, ac postremo ut fauces sibi elideret, compulit, atque ita finis impositus est teterrimo & periculosissimo bello, quod ad annum 374. aut etiam 375. perdurasse videtur.

# VALENS.

FLAVIUS VALENS alter Gratiani Comitis filius, in Imperii consortium à Valentiniano fratre adscitus anno 364. die 28. Martii, Orienti ita præfuit, ut initio bonus Princeps, aut certè non malus videretur; sed deinde adulatoribus totum se permisit; & in Arianam hæresim prolapsus, Catholicæ fidei assertores acerrimè persecutus est. Primum illi bellum adversus Procopium fuit, quod initio quidem periculosissimum fuit, cum tyrannus Thraciam & Bithyniam invasisset, cæteræ Asiæ Provinciæ ad defectionem spectarent; sed unâ ad Nacoliam Phrygiæ pugnâ Procopii res accisæ sunt; itaque à suis proditus, rebellionis pœnas capite luit anno 366. die 27. Maii. Tyrannum alterum idem annus tulit, Marcellum Procopii cognatum; sed hic statim oppressus: civilia verò bella Gothicum excepit, quo ipso quoque, tametsi ad annum usque 369. protractum sit, Valens uno certamine defunctus est; cum enim aliquandiu Barbarorum agros depopulatus esset nemine obsistente, bellum denique per eorum vicos & sylvas circumtulit, quâ tanta Gothorum strages edita est, ut pacis leges à Romanis petierint, ac munera sibi offerri quotannis solita haud iniquo animo amiserint. Pacem cum Persis à Joviano factam suo loco scripsimus, necessariam magis quàm honestam; eâ sancitum erat, ut ne Armeniis Romani opem ferrent, si justo bello lacesserentur; sed Sapori quod ex ejus usu erat, idem justum videbatur; quamobrem Arsacem Armeniæ Regem dolo captum interfecit anno 369. eademque in Param ejus filium facere designabat, nisi laboranti Valens succurrisset; tunc cæsi Persæ inducias fecere, Paræque regnum paternum restitutum est; sed hunc deinde Valens ipse per summam perfidiam sustulit anno 374. nec aliam ob causam, ut quidem ferunt, quàm quòd Regem, quem gravissimis contumeliis vexaverat, sibi iratum esse suspicaretur. Porrò Paræ, quicum gratiam reconciliaverat, cædem ulcisci parabat Sapor; & ex alterâ parte Valens copias contrahebat, non repellendo bello solum, sed etiam inferendo pares; sed atrocissimis de Gothorum incursione nuntiis perculsus, pacem redimere coactus est. Horum Hunni ingentem stragem ediderant anno 376. quique ex eâ supererant, ducenta fermè hominum millia, avitis sedibus ejecti, novas sibi à Valente dari petierant; quorum

postulatis cum temerè assensus esset, agrosque iis assignari jussisset, mandata neglexere Romani Duces, prætereaque Barbaros variis contumeliis ut ex amicis inimicissimi fierent compulere; itaque quorum operâ potissimum in bellis uti poterat Valens, si per Lupicini & Maximi avaritiam licuisset, hos continuò bellum teterrimum sibi intulisse, cæsoque Trajano Comite Thraciam depopulari audivit. Antiochiæ tum degebat Valens, ingentemque, ut diximus, exercitum contraxerat, quem in Thraciam statim trajecit, levibusque aliquot pugnis effecit ut milites virium suarum haudquaquam pœniteret; sed cum accepisset Gratianum fratris filium cum totius fermè Occidentis viribus adventare, veritus ne adolescens gloriam confecti belli interciperet, pugnam die 9. Augusti anni 378. commisit, in qua Romani pœnè ad internecionem cæsi sunt, ipse in agresti tugurio, quò saucius ex acie confugerat, cum aliquot illustribus viris crematus est. Annos tunc natus erat propemodum quinquaginta; annos quatuordecim, menses quatuor, & aliquot dies imperaverat, vitiis quàm virtutibus propior, sed sævitia ejus imprimis damnata est, quam cum in Catholicos maximè exercuisset, feras quidem, sed atroces ejus pœnas divino Numini expendit. De liberis ejus nonnulla dicemus in Albiâ Dominicâ uxore.




## NUMISMATA AUREA.

DN VALENS P F AVG.
FELIX ADVENTVS AVG N. (1) Imperator eques pacificatoris habitu: in imâ parte TROBS. *Eschedis Vaillant.*

Eadem epigraphe. Valens cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum trabeâ, dextror-

(1) Nummus hic & sequens desiderantur in Mediobarbo, & rarissimi imò singulares sunt: sed ad quem Adventum sequens referendus sit, non liquet: nam ab anno 367. duos in Imperio collegas semper habuit Va-

ſum, dextrâ elatâ geſtat globulum, ſiniſtrâ ſcipionem.

FELIX ADVENTVS AVGGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMTR. *MMA.*

DN VALENS MAX AVGVST. Caput Valentis cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. (1) Figura muliebris ſedens, pede dextro proræ navis impoſito, dextrâ tenet globum cum Victoriolâ, quæ coronam ei porrigit, ſiniſtrâ ſceptrum: in imâ parte ROMA. *Farneſianus, maximi moduli.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis ut ſuprà.

GLORIA ROMANORVM. Imperatores duo paludati ſtantes, uterque dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum: in imâ parte SIS. *Regius, maximi moduli.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Duæ figuræ ſedentes, cum clypeo inter utramque, in quo VOT X MVLT XX. in imâ parte ANDB. *RE.*

DN VALENS PERP AVG. Caput Valentis ut ſuprà.

GLORIA ROMANORVM. Duæ figuræ ſedentes galeatæ, quarum quæ à ſiniſtris eſt, pede dextro proræ navis impoſito ſceptrum tenet, una ſuſtinent coronam in quâ VOT X MVL XX. ſuprà coronam Chriſti monogramma: in imâ parte ANOBΔ. *Decleſves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Figuræ duæ ſedentes una turrita, altera galeata, pede proræ impoſito ſceptrum tenens, cætera ut ſuprà: in imâ parte PAN OBH. *Brandenburg.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis ut ſuprà.

RESTITVTOR REIP. Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ: in imâ parte TCONST. *Regius, maximi moduli.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Crux, ſiniſtrâ globum cui inſiſtit Victoriola coronam porrigens: à dextris in areâ Crux: in imâ parte ANTA. *Decleſves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Crux: in imâ parte ANTB. *DC. Ducang. MB.*

Alius cum TR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà, abſque cruce in labaro & in areâ: in imâ parte ANTS. *Decleſves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà, cum cruce in labaro: in imâ parte RB. & corona. *Ducang. MB.*

Alius cum RQ. & coronâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MMA.*

DN VALENS PERP AVG.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Figura militaris, dextrâ labarum, ſiniſtrâ Victoriolam: in imâ parte ANT. II. *MB.*

DN VALENS P F AVG.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. D. C. Figura militaris, dextrâ labarum, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ: in imâ parte ANT. O. *MB.*

Alius cum CON. OB. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum H. SIPN. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum R. B. Ω. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Figura ſtolata ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ Victoriolam globo inſiſtentem: in imâ parte CONS. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis cum

lens, primùm quidem Valentinianum & Gratianum, deinde Gratianum eundem, & Valentinianum Jun. qui ſimul cum eo appellantur in ſequenti Inſcriptione apud Sponium pag. 175.

IMP. CAES. D. N. FL. VALENTI
PIO. FELICI. SEMP. AVG
IMP. CAES. D. N. FL. GRATIANO
DIVI. VALENTINIANI. AVG. FILIO
IMP. CAES. FL. VALENTINIANO
DIVI VALENTINIANI AVG. FILIO
CIVITAS PISANA
M. P. . . . IIII

(2) Nummi Valentis cum hoc & ſequenti typo inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo, apud quem non extant quicunque ex auro notam ſolitam, (*MB*) non habent. Cæterum nummus hic ob capitis epigraphen rariſſimus imò ſingularis eſt. Vide nummum Conſtantis ex Æ. III. cum eadem capitis epigraphe; ex altera verò parte, GLORIA EXERCITUS.

diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Typus ut suprà: in imâ parte CONST. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator paludatus stans, sinistrâ tenet Victoriam quæ ei coronam porrigit, dextrâ innixus labaro in quo Crux: in imâ parte CONSQ. cum stellâ. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator paludatus stans, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ globum cui insistit Victoria: in imâ parte MED. *Regius.*

Alius cum RB. & palmæ ramo in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declesves. Brandenburg.*

Alius cum SMHA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SMMED. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *M.*

Alius cum SMNI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMNR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICÆ. (sic) Typus ut suprà: in imâ parte CONS*A*. *M.*

Eadem epigraphe. Valens cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ gestat globum, sinistrâ scipionem.

SALVS REIP. (1) Imperator habitu militari stans, & pede dextro dorsum captivi genuflexi premens, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ globum cum Victoriolâ: à sinistris in areâ duæ stellæ: in imâ parte SHTES. *M. MMA.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

SALVS REIPVBLICAE. Quatuor signa militaria erecta: in imâ parte SCON. *Regius, maximi moduli.*

DN VALENS PER F AVG. Caput Valentis ut suprà.

SPES RP. (2) Duo Imperatores, scil. Valentinianus & Valens, cum stemmatibus & nimbo circà caput sedentes loricati ac paludati, alterâ manu globos, alterâ hastas tenent, in medio eorum stat figura exigua cum eodem habitu, sed absque nimbo, suprà cujus caput clypeus in quo scriptum VOT V MVL X. in imâ parte ANTT. & crucicula. *Declesves.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis ut suprà.

VICTORIA AVGG. Imperatores duo sedentes à fronte, una globum sustinent dextrâ, Victoriâ ponè stante utrumque complectente: in imâ parte ASISC. *Ducang. MB.*

Alius cum SISC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

Alius cum SMTES. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum TROBS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani cum diademate ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut suprà: infrà inter utrumque Imperatorem laurus emergens: in imâ parte TROBC. *Brandenburg.*

Alius cum TROBT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut suprà, absque lauro infrà: in imâ parte TROBS. *M.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria spoliis insidens à dextris sinistrorsum, clypeo inscribit VOT X. ad pedes puer alatus clypeum tenens: in imâ parte SMRP. *Regius. Ducang. MB.*

Alius cum TROB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declesves.*

(1) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est, & desideratur hic typus in Mediobarbo, apud quem non extat sequens etiam nummus ex auro, qui inter rariores recensendus est. Typus sequentis nummi nunc primùm junctus huic inscriptioni occurrit.

(2) Nummi inscripti SPES REIPUBLICAE occurrunt etiam in Fausta, Constante & Juliano, sed cum typo diverso. Typus hic novus; nummus rarissimus imo singularis est, & desideratur in Mediobarbo. Vide quæ de nimbo in Fausta diximus. Haud dubium quin Valentinianus & Valens hîc expressi sint, & inter eos medius Gratianus Nobilissimus puer, necdum Augustus; nam & idcirco nimbo ejus caput cinctum non est; cum verò tres illi Principes spes Reipublicæ, necdum salus dicantur, apparet cusum fuisse hunc nummum anno 364. cum Valentem fratrem Valentinianus Augustâ dignitate ornavit.

Eadem epigraphe. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOTIS XV MVLTIS XX. in coronâ: in imâ parte SISCPZ. *Regius, maximi moduli.*

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Figura militaris paludata stans captivi caput premens, sinistrâ tenet labarum in quo Christi monogramma: in imâ parte BSISC. *Brandenburg.*

Alius cum OB. SIS. C. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (1) Imperatores duo paludati stantes, dextris tenent labarum in quo Christi monogramma, sinistris globum: in imâ parte SIS. & stella. *Regius, maximi moduli.*

. . . . . . . . . . . . . . .

RESTITVTOR ORBIS. *E schedis Vaillant.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIP. Imperator laureatus & paludatus stans, labaro in quo Christi monogramma adnititur dextrâ, Victoriam insistentem globo sustinet sinistrâ: in imâ parte ANT. *RE.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PLVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIP. Typus ut suprà: à dextris in areâ OF. à sinistris II. in imâ parte CONST. *Fouc.*

Alius cum stellâ insuper à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIP. Typus ut suprà: à sinistris in areâ stella: in imâ parte TCONST. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Figura dextrâ labarum, sinistrâ Victoriolam: à dextris in areâ D. à sinistris C. in imâ parte CONOB. *MB.*

Alius cum HSPIN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

Eadem epigraphe.

RESTITVTORI REIP. (2) Figura stolata stans, dextrâ labarum, sinistrâ Victoriolam globo insistentem: à dextris in areâ OF. à sinistris II. in imâ parte CONST. *MB.*

Alius cum PLVG. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

SALVS REIPVBLICAE. (3) Quatuor signa militaria: in imâ parte SCON. *Ducang. MB.*

Alius cum SCON. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius, maximi moduli.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGVSTORVM. (4) Victoria stans sinistro pede globo imposito, clypeo cippo imposito inscribit VOT V MVLT X. in imâ parte RB. *Le Roy. Nummus maximi moduli.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EXERCITVS. Figura militaris paludata stans, dextrâ tenet labarum, sinistrâ innititur scuto humi posito: in imâ parte SMTR. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCITVS. TRPS. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOT V. in coronâ: in imâ parte T. S. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVLT X. in coronâ laureâ. *Brandenburg.*

Alius cum RB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Farnesianus.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

(1) Nummi Valentis cum hoc typo rarissimi sunt, & desiderantur in Mediobarbo, apud quem non extant quicunque ex argento notam solitam, *(MB)* non habent.
(2) Nummus hic inter rariores recensendus est.
(3) Nummus hic rarus. Vide quæ ad similem aureum adnotavimus.
(4) Nummus hic Valentis rarissimus imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo.

Alius cum SISEPΣ. (sic) in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMN. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVL X. in coronâ: in imâ parte RB. *RE.*

DN VALENS PERP AVG. Caput Valentis ut suprà.

VOT X MVL XX. in coronâ. *Farnesianus.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis ut suprà.

VOT X MVL XX. in coronâ: in imâ parte ANT. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in coronâ laureâ: in imâ parte ANT. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in coronâ, cum inserto in vertice Christi monogrammate: in imâ parte SISCP. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V X (sic) MVLT XX. in coronâ: in imâ parte C S. Christi monogrammate intermedio. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS XV MVLTIS XX. in laureâ: in imâ parte SISCPZ. *Regius*; *maximi moduli. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. (1) Figura muliebris stolata spoliis insidens à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ: à sinistris in areâ stella: in imâ parte AQPS. *DB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. Figura muliebris typo quo suprà, sed sedens in sellâ, absque stellâ in areâ: in imâ parte RP. *Albert.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Fontaine. Fauvel.*

(1) Vide quæ ad nummos similes Valentiniani ejus fratris adnotavimus.

## *NUMISMATA ÆREA maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGGG. (1) Tres Monetæ cum attributis: in imâ parte RT. *De C.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator paludatus stans, dextrâ labaro innixus, sinistrâ gestat globum cum Victoriolâ. *Le Roy.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

(1) Licet hujus Augusti nummi omnes ex ære maximi moduli rari omninò sint, hic tamen rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo. Huic simillimus nummus occurrit & in Valentiniano ejus fratre. Vide Valentiniani nummos ex Æ. II.

## *NUMISMATA Æ. II.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. (1) Tres Monetæ stantes cum attributis. *Fontaine.*

(1) Nummus hic rarissimus est, nec extat apud Mediobarbum.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN VALENS P F AVG. Caput Valentis coronâ ex margaritis ac gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Imperator paludatus stans, captivum manibus post tergum revinctis genuflexum capite apprehensum tenet dextrâ, labarum verò sinistrâ: in imâ parte ANT. & stella. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà; sed in labaro nominis Christi monogramma: à dextris in areâ OF. à sinistris I. *RE.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut

ſuprà : à dextris in areâ O F. à ſiniſtris I I. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ B. & ſtella ſupernè. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà abſque literis & ſtellâ in areâ : in imâ parte ANT. Γ. *Fouc.*

Alius cum ASIRM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ASISC. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum BSISC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum CONSPA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Frad.*

Alius cum MAQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum R. TERTIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMAQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau. Frad.*

Alius cum SML. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SMRB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum SMRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum SM RP. cordis figurâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TEST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TES. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ A. & ſtella : in imâ parte DASISC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ S. & ſtella ſupernè : in imâ parte DESISC. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ R. in imâ parte TSISC. *Fouc.*

Alius cum ASISC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ F. à ſiniſtris A. in imâ parte ЄSISQ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ O. à ſiniſtris FI. in imâ parte LVG. S. *Fouc.*

Alius cum LVGV. S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ punctum, à ſiniſtris ſtella : in imâ parte SMAQP. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ M. à ſiniſtris ſtella & Δ. in imâ parte TES. P. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ C. à ſiniſtris palmæ ramus : in imâ parte TRP. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte TRP. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ Z. in imâ parte TRS. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (1) Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam : in imâ parte TRP. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR...... Figura militaris armata ſtans, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ Victoriolam : in imâ parte SMK. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (2) Victoria tunicata ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte ALE. B. *Fouc. Val.*

Alius cum ANT. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ASISC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. B.*

Alius cum CONPT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum OQVARTA. in imâ parte,

(1) Typus hic nunc primùm huic inſcriptioni junctus occurrit. Nummus hic rariſſimus imò ſingularis, deſideratur in Mediobarbo ; ſequens etiam nummus ex ære rarus.

(2) Vide nummos ſimiles Valentiniani ejus fratris.

eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R PRIMA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum R SECVNDA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau. Fontaine.*

Alius cum R TERTIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum R QVARTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE. Fauvel.*

Alius cum SANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SCONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SHPRT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum SMAP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SM AQ. folio hederaceo intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMAQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SM RB. folio hederaceo intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SM RQ. folio hederaceo intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum SM RT. folio hederaceo intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TESA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ R/S/A. à ſiniſtris F. in imâ parte ANT. ЄK. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ P. & ſuprà ſtella, à ſiniſtris M. & ſuprà punctum : in imâ parte ASISC. *RE. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ D/P. à ſiniſtris F. in imâ parte ASISC. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ T/A. à ſiniſtris [illegible]. in imâ parte ASISC. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella & infrà R/O. à ſiniſtris M. in imâ parte ASISC. *Hen.*

Alius cum ASISCⴱ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A/R. à ſiniſtris F. in imâ parte ASISCE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B/R. à ſiniſtris F. in imâ parte ASISCE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ R/•/A à ſiniſtris F. in imâ parte ASISCP. *Bau. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ OF. à ſiniſtris III. cum ſtellâ infrà : in imâ parte CON. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ OF. à ſiniſtris II. abſque literis in imâ parte. *Fontaine.*

Alius cum CON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Ducang.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum CONSP. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ OF. à ſiniſtris I. in imâ parte CONST. *Fouc. Bau.*

Alius cum LVGPP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum LVG. S. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ R. in imâ parte ΔSISC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. à ſiniſtris F. in imâ parte ΔSISCE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ OF/B. à ſiniſtris I/F. in imâ parte LVGP. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut

ut suprà : à dextris in areâ N. in imâ parte PCON. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà : à dextris in areâ stella : in imâ parte SMAQ. *Regius.*

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMRA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMRT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS REIPVBLICAE. Typus ut suprà : à dextris in areâ B. & stella : in imâ parte SMAQS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES REIPVBLICAE. (1) Victoria tunicata ac succincta gradiens à sinistris dextrorsum, trophæum gestat humero dextro, captivum verò manibus post tergum revinctis genuflexum capite apprehensum tenet sinistrâ : in imâ parte SANT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE DD AVGGG NNN. (2) Victoriæ duæ tunicatæ ac succinctæ gradientes ex adverso, coronam lauream tenent dextrâ, palmæ verò ramum gestant sinistrâ : inter utramque Victoriam corona laurea : in imâ parte AQS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA PVBLICA. (3) Fluvius seminudus decumbens à sinistris dextrorsum, triremem tenet dextrâ, urnæ verò ex quâ aqua effluit innititur sinistrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valentis coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOTA PVBLICA. (4) Isis sedens à fronte Orum lactans. *Regius. Frad.*

(1) Typus hic nunc primùm huic inscriptioni junctus occurrit : nummus rarissimus imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo.

(2) In superiori nummo spem de Valentiniano & Valente conceptam, fore ut victoriis suis barbarorum ferociam contunderent, Monetarii significarunt; at hîc eam spem impletam testantur. Quas porrò victorias prædicent haud difficile est statuere; cum enim tres Augusti tum fuerint, Victoriæ duæ de Gothis anno 369. à Valente, & de Germanis à Valentiniano & Gratiano anno 368. relatæ, solæ simul laudari potuere. Nummus hic rarissimus est, nec apud Mediobarbum extat; ejus verò epigraphe nova.

(3) Nummus hic rarissimus est, nec apud Mediobarbum extat : huic typo ferè similis occurrit in Trajano, cum epigraphe DANVVIVS. quamobrem eundem fluvium hîc exhiberi probabile est, vel cum mentione votorum quæ suscepta fuerant, ut ab ejus ripâ Romani nominis hostes arcerentur, vel in monumentum Victoriarum Valentis, quæ publica vota impleverant, cum Gothos devictos sedibus quas juxtà ejus fluminis ripas diu incoluerant, exuisset.

(4) Hic etiam nummus rarissimus est, & in Mediobarbo desideratur : de ejus typo quædam monuimus in Juliano; cur verò in Valente occurrat si scire velis, lege quæ diximus ad nummum Valentiniani eadem epigraphe insignem : nam eadem utriusque ratio est.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

DN VALENS P F AVG. Bustum radiatum, dextrâ elatâ, sinistrâ globum.

FELICIT PRAEPARATIO. (1) Miles sinistrâ scutum, dextrâ jaculum quo equum sternit, ut & genu dextro taurum.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. LVCVS. Miles captivum supplantans.

Alius cum RSISC. eodem typo.

Alius cum R QVARTA. eodem typo.

Alius cum SMRP. eodem typo.

Alius cum TMAQS. eodem typo.

..........

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator stans.

DN VALENS P F AVG.

SECVRITAS REIPVBLICAE. ASIS... CAS. Victoria gradiens, dextrâ lauream, sinistrâ palmam.

Alius cum ASISCLAHF. eodem typo.

Alius cum PCONS. eodem typo.

Alius cum RHRT. eodem typo.

Alius cum SAMQP. & stellâ, eodem typo.

Alius cum SMNB. eodem typo.

Alius cum SMRQ. eodem typo.

Alius cum SECVNDA. eodem typo.

Alius cum R TERTIA. eodem typo.

Eadem epigraphe.

(1) Haud dubium quin hæc epigraphe perperam ab Octavio Strada, è quo nummum hunc exscripsit Mediobarbus, lecta sit, & FEL TEMP REPARATIO. legendum fuerit; sed sic quoque nummus rarissimus est.

VICTORIA AVGG. (1) Duæ figuræ ſedentes, in quarum medio Victoria alata: in imâ parte SISC.

Alius cum TROBS. in imâ parte, eodem typo.

. . . . . . . . . . . .

VIRTVS EXERCITI. Victoria coronans Imperatorem.

DN VALENS P F AVG.

VOT V.

. . . . . . . . . . . . .

VOT V MVLTIS X.

DN VALENS P F AVG.

VOTIS O V B MVLTIS X. CONS. (2)

Eadem epigraphe.

VOT X MVLT XX. ANT.

Eadem epigraphe.

VOT X MVLT XX. SISCP.

Eadem epigraphe.

VOT XXX MVLT XXXX. CIII. (3)

(1) Nummi hiſce ſimiles ex auro tantùm à nobis conſpecti ſunt; quamobrem hos ipſos aureos eſſe opinamur.

(2) Nummus rariſſimus ex Occone exſcriptus eſt: epigraphe huic ſimilis hactenus nulla à nobis conſpecta eſt; ejus explicationem libenter diſcemus ex iis, quibus conſtiterit eam rectè lectam fuiſſe ab Occone.

(3) Nummus hic rariſſimus eſt: eum Mediobarbus ex Occone exſcripſit.

## ALBIA DOMINICA.

ALBIA DOMINICA Valentis uxor, patre nata eſt Petronio, quem gener Auguſtus Patritiatu extulit. Marito liberos tres peperit, unum maſculum; Valentinianum Jun. quidam, alii Galatam appellant, in Galatiâ natum anno 366. cui parentes ſuperſtites fuere: filias duas Anaſtaſiam & Caroſam: harum una Procopio cuidam nuptum collocata; ſed utra, incompertum eſt. Poſt Valentis necem Dominica Conſtantinopolitano agro Gothos ſtrenuè expulit; nec ulla deinde ejus mentio fit: in hanc tamen unam convenit, quod D. Chryſoſtomus anno 381. ſcribebat, Principis viduam ſuperſtitem ſolum vertere juſſam, ut in Regiâ urbe ſeneſceret, amicorum precibus vix impetraſſe: ſcilicet huic iratus erat Theodoſius, vel quod tumidiores quàm pro præſenti fortunâ ſpiritus gereret, vel quia mulier Arianâ labe infecta erat, cum & maritum ipſum in eam hæreſim induxiſſe diceretur.

*Hanc Dominicæ nummi partem è Goltzio exſcripſit Mediobarbus:*

AELIA DOMINICA AVG.

## PROCOPIUS.

PROCOPIUS Cilix, Juliani Apoſtatæ propinquus, ſub Conſtantio Notarius, mox Tribunus, & ſummatibus proximus, Comitis dignitate à Juliano elatus, præfectuſque eſt triginta hominum millibus, quos Princeps ille ſubſidia belli in Meſopotamiâ reliquerat. Juliano extincto, funus ejus Tarſum detulit, & iniquis rumoribus perterritus, continuò ſeſe ex hominum luce ſubtraxit, & in Cherſoneſo Tauricâ primùm, deinde Chalcedone apud hoſpitem quendam ſuum delituit; ſed cum pleroſque Valentis, ob fœdam Petronii ejus ſoceri avaritiam, pigere audiſſet, Conſtantinopolim ipſam petiit, & ab aliquot conſciis Imperator appellatus eſt anno 365. die 28. Septembris. Valens tum in Cappadociâ erat, Ciliciam mox petiturus, ut Orientis res ordinaret; itaque per ejus abſentiæ occaſionem ingentes copias Procopius intrà breviſſimum tempus collegit, fretumque

transgressus, Nicæam astu, Cyzicum vi cepit, Jovios & Victores orationis lenocinio sibi adjunxit, universumque Orientem ad suam authoritatem facilè adducturus videbatur, si fortunâ & animorum inclinatione uti scivisset; sed corradendis undique pecuniis intentus, cùm occasionem rei benè gerendæ amisit, tùm Arbetionem veterem & militibus carissimum Ducem, domum ejus expilando, graviter offendit: quamobrem hunc, cum hactenus neutrius partis esset, Valens tandem compulit ut belli administrationem susciperet. Exinde tyranni res dilabi cœpere: à Gomoaro enim & Agilone Ducibus desertus, gravissimam cladem apud Nacoliam Phrygiæ accepit die 26. Maii anno 366. & postridie à Florente & Barchalba Valenti proditus est, qui tyrannum capite damnavit, simulque proditores supplicio affecit: Ammianum enim quàm Socratem sequi præstat, qui Procopium discerptum, Gomoarum & Agilonem capite plexos comminiscitur, cum Agilonem constet non pro se solùm, sed etiam pro Araxio socero veniam impetrasse. Quadragesimum primum ætatis annum Procopius tunc agebat, Imperii mensem octavum; corpore decorus, ingenio subtristis, nullius, nisi in acie, sanguinem fudit.




## NUMISMATA AUREA.

D N PROCOPIVS P F AVG. Caput Procopii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

SECVRITAS REIPVBLICAE. (1) Imperator paludatus stans, dextrâ hastæ, sinistrâ clypeo innititur. *E schedis Vaillant.*

(1) Nummi Procopii omnes rarissimi sunt; nullusque ex auro, & ære extat in Mediobarbo.

## NUMISMATA ARGENTEA.

D N PROCOPIVS P F AVG.
VOT. V. in coronâ: in imâ parte CA. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Procopii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.
VOT. V. in coronâ: in imâ parte C. r. *Fouc. Regius. Ducang.*

## NUMISMATA Æ. III.

D N PROCOPIVS P F AVG. Caput Procopii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, dextrorsum.

FEL TEMP REPARATIO. Imperator paludatus stans, dextrâ labaro, in quo Christi monogramma, sinistrâ clypeo innititur: in imâ parte SMKB. *Frad.*

Eadem epigraphe cùm eodem capitis typo, sinistrorsum.

GLORIA ROMANORVM. Imp. eques galeatus, dextrâ elatâ gestat coronam, sinistrâ regit equum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorsum.

REPARATIO FEL TEMP. (1) Miles galeatus stans, dextrâ hastæ, lævâ clypeo innititur: ad pedes captivus humi sedens. *Morell.*

(1) Epigraphe nova; nam cæteræ huic affines sic conceptæ sunt, FEL TEMP REPARATIO.


# MARCELLUS.

MARCELLUS, alter Valentis ætate Tyrannus, Procopii cognatus erat, ab eoque præmissus in Asiam, Cyzicum vi cepit, ac deinde Nicææ præfectus est; tyranno verò capto, & capite plexo, ipse Principatûs umbram capessivit post mensem Maium anni 366. sed temerarii cœpti pœnas brevi expendit; cum enim Nicæâ, ubi tuto sibi esse non licere compererat, Chalcedonem peteret, è fugâ retractus, & crudelissimis suppliciis affectus est, vir cui hoc unum laudi ducebatur, quod Serenianum Domesticorum Comitem, Valenti acceptiorem quàm è Republica esse videretur, interfecerat.

# GRATIANUS.

FLAVIUS GRATIANUS Valentiniani & Severæ filius, natus fertur anno 359. mense Aprili, Consulatuque elatus anno 366. sequenti Augustus dictus est die Augusti 24. Præclara huic adolescenti ad omne virtutum genus indoles fuit, apparebatque optimos Principes æquaturum fuisse, si diutius vixisset: nam quod huic exprobrant, venationi quàm Reipublicæ intentum magis fuisse, vitium illud quidem fuit, sed quod submovisset maturior ætas; præterea quæ hanc in rem Ammianus prodit in falsum aucta videntur. Valentiniano patre extincto cum Illyrici exercitus ejus fratrem Valentinianum Jun. Augustum dixisset, nuncupationem ratam quidem habuit, sed quia novus Augustus infantiæ limites vix excesserat, universum Occidentem semper administravit, & cum cætera pro suo jure, tùm pacem cum Quadis & Sarmatis fecit anno 376. sequenti anno Valenti patruo auxilia submisit adversus Gothos, ejusque auspiciis Frigeridus non contemnendam barbarorum manum delevit; sed cum alias fortunam sibi iniquam experti essent Romani, expeditionem ipse in Thraciam suscepit, verùm bello adversus Alamannos Lentianos detentus, de Valentis nece nuntios ante accepit, quàm opem huic ferre posset. Lentianos ferunt eam Germaniæ partem coluisse quæ Rhætiis prætendebatur. Hi, Gratiano è Galliis digresso, Rheni ripam latrociniis primum infestarunt; deinde amnem transgressi cum ingenti exercitu, maximum Provinciæ terrorem intulerunt; regressus igitur Princeps noster triginta horum millia uno die cecidit, regioneque eorum devastatâ non hos solum, sed etiam cæteros barbaros ut pacem colere, quam arma sua experiri mallent compulit: sed interea Valens in acie cæsus, Thracia pœnè amissa, nec satis autoritatis in Principe viginti annos nondum nato: quamobrem Theodosium suis & patris virtutibus commendatum ex Hispaniâ, ubi tum exulabat accitum exercitibus imposuit, mox victoriâ de Sarmatis relatâ nobilem, Orientem jussit retinere eodem jure quo Valens antea tenuerat: quo facto immortalem gloriam comparavit. Id autem con-

tigit anno 379. die 19. Januarii ; ac deinde reliquum ætatis Gratianus condendis optimis legibus, atque in primis propagandæ fidei impendit, nisi quod annis 380. & 382. barbaros quosdam, fortè Gothos è sedibus suis ejectos in Pannoniâ & Rhætiis oppressit ; sed adversus optimum Principem Maximus in Britanniâ insulâ rebellavit anno 383. corruptisque plerisque Galliarum civitatibus Parisios usque progressus, Gratianum levibus aliquot præliis afflictum, & suorum defectione perterritum, ut fugæ salutem suam committeret, compulit ; quâ in fugâ ab omnibus desertus, postremo Lugduni per summam Andragathi, aut alterius cujusdam perfidiam interfectus est die 25. Augusti. Annos natus erat haud multo plus quatuor & viginti ; Imperium ejus sedecim annis circunscriptum, si numeres ab eo tempore quo Augustus à patre dictus est ; sed ab ejus morte annos septem, menses novem, dies duodecim imperavit. Matrimonia duo contraxit, primum cum Constantiâ Postumâ Constantio genitâ ; ex eâ liberos suscepisse videtur, quos probabile est statim extinctos : alterum cum Lætâ Pissamenæ filiâ, quæ marito superstes fuit.



## NUMISMATA AUREA.

DN GRATIANVS P F AVG. Caput Gratiani cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGGGGG. (sic) (1) Figura muliebris galeata & paludata sedens à fronte sinistrorsum spectans, pede dextro proræ navis imposito, dextrâ hastæ adnititur, sinistrâ verò extensâ tenet globum: in imâ parte CONOB. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANOR. (2) Imperator paludatus stans, dextrâ premit caput barbari in genua procumbentis, sinistrâ tenet labarum, in quo nominis Christi monogramma : in imâ parte CONOB. *Gretser.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Duæ figuræ sedentes, altera galeata, dextrâ tenens globum cui insistit Victoriola cum laureâ, sinistrâ spiculum, altera turrita, utroque pede proræ navis imposito, globum cum Victoriâ tenens dextrâ, cornucopiæ verò sinistrâ : in imâ parte TROBS. *Regius. Ducang. MB. maximi moduli.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. (3) Imperator habitu militari stans, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ globum cum Victoriolâ coronam lauream ei porrigente ; ad pedes aquila co-

(1) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, nec apud Mediobarbum extat. Gratiani ætate haud plures tribus Augustis fuere : primùm ipse cum patre & patruo : illi vitâ functo successit Valentinianus Jun. Valente denique cæso, Theodosius ad Imperium à Gratiano evectus est ; quamobrem haud facilè intelligeremus, cur hic Augustorum quinque mentio fiat, nisi sciremus Augustas cum conjugibus sæpè ita conjunctas in nummis fuisse : cujus rei præclarum habemus exemplum in Gallieni nummis, inter quos unus maximi moduli illius Principis & Saloninæ capita exhibet, cum epigraphe CONCORDIA AVGG. At quænam sunt Augustæ duæ tribus Imperatoribus junctæ ? breviter dicam : Valentiniani & Valentis uxores sunt, hujus Albia Dominica, illius Severa aut Justina ; sed Severam malim, ut nummus cusus sit anno 367. & quidem eo tempore quo Gratianus summâ dignitate ornatus est. Possunt etiam esse Gratiani & Theodosii uxores, Constantia & Flaccilla ; sed de prioribus nummum hunc intelligi magis placet. Epigraphe hæc tum primùm occurrit.

GALLA Valentiniani Auguſti & Juſtinæ filia, altera Theodoſii uxor, liberos duos peperit Gallam Placidiam Ataulpho primùm, deinde Conſtantio Cæſari nuptam, & Gratianum, ut quidem videtur, in infantiâ mortuum. Gallæ nuptias in annum 387. confert Zoſimus, de hiſque ita ſcribit; Valentinianum Jun. Italiâ ejectum, Theſſalonicam una cum matre & ſororibus confugiſſe; quorum calamitatem Theodoſium quidem graviſſimè tuliſſe, tamen incertos bellorum caſus reputantem, ſimul ob inſitam à naturâ ignaviam, & quia voluptariam & mollem vitam, in quâ ſe ab aliquot annis collocaverat, turbari ægrè patiebatur, ſegniorem ſe ad eorum injurias ulciſcendas præbuiſſe, vanaſque pacis ſpes aliquandiu agitaſſe, ſed ſocordiam ejus à Gallâ tandem expugnatam fuiſſe; puellæ enim formâ captum, cum eam ſibi in manum dari petiiſſet, nuptias illas hac lege impetraſſe, ut Maximum vitâ & Imperio dejiceret. Atqui nihil unquam à vero alienum magis excogitatum videtur; præterquamquod enim Zoſimus unus ignaviam Theodoſio objecit, Principi bello juxta ac pace optimo, Marcellinus Comes eas nuptias anno 386. celebratas fuiſſe teſtatur. Porrò Gallam Arianorum ſectæ addictam fuiſſe ſcribit Philoſtorgius; quâ in re num fidem mereatur nonnulli dubitant; tametſi ſatis conſtat puellam eâ labe ſub Juſtinæ tutelâ aſperſam; ſed hanc poſt matris mortem eluere non minus potuit quàm Valentinianus Jun. quem Theodoſius ad veritatem fidei facilè reduxit. Cæterum Galla laborioſo partu extincta eſt Conſtantinopoli anno 394. circà menſem Maium. Huic Mediobarbus, aliique nummos aliquot tribuunt, qui pertinent ad Gallam Placidiam Pla. Valentiniani matrem, ut fuſius illic dicemus.

# MAXIMUS.

FLAVIUS MAGNUS MAXIMUS Hiſpanus, Theodoſii Comitis olim cliens & armiger, purpuram in Britanniâ ſumpſit anno 383. Exulem ibi tum fuiſſe Pacatus planè & apertè teſtatur; nonnulli contrà Provinciæ copiis præfuiſſe, Scotoſque inſulâ exegiſſe tradunt: multa etiam de ejus rebellione variant Scriptores: ſunt qui prodant milites corrupiſſe, concitato in Gratianum odio, & ementitâ Theodoſii quem à conſiliis ſuis alienum non eſſe fingebat, affinitate: ipſe invitum ſe ut Auguſti nomen reciperet, compulſum ſanctè adjurabat, idemque Sulpicius Severus & Oroſius teſtantur. Utcunque ea res ſe habeat, ſatis conſtat rebellionem à paucis inſulanis cœptam fuiſſe, ſed tyranno in Gallias tranſgreſſo, pleroſque ejus Provinciæ milites ſe adjunxiſſe, Gratianum ſuorum defectione perculſum Lugdunum fugiſſe, ibique à quodam Maximi ſatellite interfectum. Italiam eâ tempeſtate tenebat Valentinianus Jun. Gratiani frater, cùm ob ætatem, tùm ob paucitatem copiarum injuriis opportunus: ſed ſi oppugnaretur, haud dubium erat, quin & eum defenſurus, & ejus fratris necem ulturus eſſet Theodoſius. Hujus itaque metu Maximus fœdus cum duobus Principibus fecit, Britanniâque, Galliis & Hiſpaniâ contentum ſe eſſe profeſſus eſt; ſed cum anno 287. adoleſcentem incautum Italiâ exegiſſet, partemque Illyrici invaſiſſet, bellum tyranno denique intulit Theodoſius, cæſumque Siſciæ primum, ac deinde Petavione, poſtremò Aquileiæ cepit, tractoque pro tribunali capitis pœnam remiſſurus videbatur, niſi clementiæ ejus prævertiſſent ſatellites. Periit igitur Maximus anno 388. die 26. Auguſti, cum aliquot menſes ſuprà quinquennium imperaſſet. Victorem filium in Galliis reliquerat Auguſti nomine ornatum, una cum Ducibus Nannio & Quintino, à quibus Francos apud Carbonariam cæſos fuiſſe ferunt; ſed adoleſcentem Arbogaſtes unus è Theodoſii Ducibus facilè ſuſtulit.



## NUMISMATA AUREA.

MAGNVS MAXIMVS.

RESTITVTOR REIP. Figura militaris ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ. *MB.*

DN MAG MAXIMVS P F AVG.

RESTITVTOR REIP. Typus ut ſuprà: in imâ parte SMTR. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Mag. Maximi coronâ ex gemmis & margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Maximus paludatus & coronatus ſtans, labaro in quo nominis Chriſti monogramma adnititur dextrâ, Victoriæ verò ſignum adverſum globo impoſitum ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte SMTR. *Decleſves.*

Alius cum ſtellâ à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. M. Fontaine. Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Mag. Maximi cum coronâ ex lauro & gemmis, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. (1) Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à dextris in areâ, & iiſdem literis in imâ parte. *RE. DC. MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Duæ figuræ paludatæ ſedentes, unà globum tenent; ſuprà Victoria; ad pedes inter utrumque Imperatorem laurus emergens: in imâ parte AVG OB. *Regius. M.*

Alius cum TROB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Mag. Maximi cum diademate duplici unionum filo conſtante, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte TROB. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. (2) Victoria tunicata ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte SMTR. *Regius.*

(1) Vide quæ ad nummum ex argento huic ſimillimum infrà adnotamus.

(2) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo, apud quem non extant quicunque ex auro notam ſolitam, (*MB.*) non habent. Cæterum hujus Principis nummi ex auro haud obvii ſunt.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN MAG MAXIMVS P F AVG. Caput Mag. Maximi coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGGG. (1) Figura muliebris ſedens à fronte, pede dextro proræ navis impoſito, dextrâ geſtat haſtam, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte TRTR. *DB.*

DN MAG MAXIMVS P P AVG. Caput Mag. Maximi coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. (2) Imperator laureatus & paludatus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, labaro in quo nominis Chriſti monogramma adnititur dextrâ, Victoriæ verò ſignum globo impoſitum ſuſtinet ſiniſtrâ: à dextris in areâ

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo, perinde atque omnes ex argento: cuſus verò eſt, poſtquam Valentinianus Jun. pacem cum Maximo fecit.

(2) Nemo ignorat eaſdem plerumque laudes à Tyrannis uſurpatas fuiſſe, quibus legitimos Principes Romani ornaverant, ideoque mirum nemini videri debet Maximum Reſtitutorem Reipublicæ dici, perinde atque Valentinianum utrumque, Valentem, Gratianum, Theodoſium: ſed bilem movent aliæ Inſcriptiones, quæ illâ ætate in Maximo tantum & Victore occurrunt: an enim ferri poteſt, quod Bono Reipublicæ natus dicitur *carnifex*, ut eum Pacatus appellabat, *purpuratus*, qui Principem ſuum & eum quidem optimum, per ſummum ſcelus interfecerit? an Felicitas publica vel per ſomnium ſperari ejus imperio potuit, qui congerendis pecuniis ita intentus fuiſſe fertur, ut cum ſpolia Provinciarum, exuviæ exulum, bona peremptorum ad ærarium deferrentur, ſtaret ipſe ad lances, & momenta ponderum, nutuſque trutinarum pallens atque inhians exigeret; hæc enim laudatus Pacatus totidem verbis ſcripſit. Verum ut bonos Principes laudibus veris ornarunt, ita malorum animos falſis mitigare conati ſunt; quod cùm ex Maxentii, Magnentii, &c. nummis jam conſtet, in Maximo etiam ita ſe habere facilè intelligitur; ſed quæ in hanc ſententiam laudatus Pacatus monet exſcribere juvat: ſic igitur initio Panegyrici Theodoſio dicti: *Fuerit, abieritque triſtis illa facundiæ ancillantis neceſſitas, cum trucem dominum auras omnes plauſuum publicorum ventoſa popularitate captantem mendax aſſentatio titillabat, cum gratias agebant dolentes, & tyrannum non prædicaſſe tyrannidis accuſatio dicebatur. Nunc par dicendi tacendique libertas, & quàm promptum laudare Principem, tam tutum ſiluiſſe de Principe.* Nummus hic ex argento cum rarioribus adnumerandus eſt; ſequentes verò rari.

ſtella : in imâ parte SMTR. *Fouc. Nummus deauratus.*

DN MAG MAXIMVS P F AVG. Caput Mag. Maximi cum diademate ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria dextrorſum gradiens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ : in imâ parte AQPS. *Regius. Farneſianus.*

Alius cum ROP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à fronte, vultû dextrorſum converſo, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte AQPS. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum MDPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy. Fontaine.*

Alius cum PR. P. S. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

DN MAG MAXIMVS P AVG. Caput Mag. Maximi ut ſuprà.

VIRTVS ROMANORVM. Typus ut ſuprà, cum TRPS. in imâ parte. *Fontaine.*

DN MAG MAXIMVS P F AVG. Caput Mag. Maximi ut ſuprà.

VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris typo quo ſuprà, dextrâ tenet Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innititur : in imâ parte MLPS. *RE.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN MAG MAXIMVS P F AVG. Caput Mag. Maximi coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

REPARATIO REIPVB. (1) Imperator laureatus ac paludatus ſtans, figuram muliebrem capite turrito procumbentem ſublevat dextrâ, Victoriæ verò ſignum globo impoſitum ſuſtinet ſiniſtrâ. *Brandenburg.*

Alius cum CCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang.*

Alius cum LVGP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REPARATIO REIPVB. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte LVG. *Fouc.*

Alius cum LVGP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum LVGS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Alius cum SM.. . in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REPARATIO REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte PCON. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (2) Imperator paludatus ſtans, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ labarum tenet in quo nominis Chriſti monogramma. *Brandenburg.*

Alius cum LVGP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum LVGS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum P. CON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, abſque Chriſti monogrammate in labaro : in imâ parte LVGP. *Regius. RE. Ducang.*

Alius cum LVGS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

(1) Huc faciunt quæ diximus ſuprà ad nummum hujus Principis argenteum inſcriptum, RESTITUTOR REIPUBLICAE.

(2) Ad quam victoriam referendi ſint hujuſcemodi nummi non liquet. Sunt qui eos tum cuſos putant, cum Valentinianum Juniorem Italiâ exegiſſet tyrannus, partemque Illyrici invaſiſſet. Victoria autem Auguſtorum prædicatur, nimirum Mag. Maximi, & ejus filii Victoris, quem in Galliis reliquerat Auguſti nomine ornatum. Nummi hi haud omninò obvii ſunt.

## NUMISMATA Æ. III.

DN MAG MAXIMVS P F AVG. Caput Mag. Maximi coronâ ex margaritis & gemmis çinctum, ad pectus cum paludamento.

REPARATIO REIPVB. Imperator paludatus ſtans, figuram muliebrem capite turrito procumbentem ſublevat dextrâ, globum verò geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte LVGP. *RE*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES ROMANORVM. (1) Caſtrorum porta cum ſtellâ in parte nummi ſuperiore: in imâ parte SCON. *Fouc.*

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (2) Victoria ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat coronam lauream, ſiniſtrâ palmam : in imâ parte LVGS. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS V. in coronâ : in imâ parte CON. *Fouc.*

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVLT X. in coronâ : in imâ parte LVGS. *Val.*

(1) Hæc epigraphe tum primum in nummis occurrit ; nummi ipſi inter rariores recenſendi ſunt ; ejuſmodi typum in nummis non ſemel vidimus ; eoque caſtella in limitibus Imperii ad arcendos barbaros conſtructa commendari nemo neſcit ; ſed de Maximo hoc tantum Scriptores narrant, cum Britanniam Inſulam præſidiis nudaſſet, hanc Pictos & Scotos invaſiſſe ; nec unquam ab eâ ejici deinde potuiſſe.

(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt, ſicut & ſequentes qui in Mediobarbo deſiderantur.

## NUMISMATA ÆREA
### incerti moduli.

DN MAG MAXIMVS P F AVG.

FELICITAS PVBLICA. ILCI. (1) Figura ſtans, dextrâ Victoriolam à quâ coronatur, ſiniſtrâ labarum.

Eadem epigraphe.

REPARATIO REIPVB. Figura militaris ſtans cum captivo ad genua procumbente cui porrigit dextram, ſiniſtrâ tenet Victoriam, quæ capiti Imperatoris lauream imponit.

Eadem epigraphe.

REPARATIO REIP R. Typus ut ſuprà.

Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo.

Alius cum SCON. in imâ parte, eodem typo.

...........

SPES ROMANORVM. Caſtra.

............

VICTORIA AVGG. Imperator ſtans, dextrâ labarum tenens, ſiniſtrâ Victoriolam globo impoſitam.

DN MAGN MAXIMVS P F AVG.

VICTORIA AVGVSTORVM. AOPS. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

(1) Nummum hunc rariſſimum Mediobarbus in addendis exhibet è Muſeo ſuo.

# VICTOR.

FLAVIUS VICTOR Maximo tyranno genitus, Auguſtus à patre admodum juvenis, ac pœnè puer appellatus, in Galliis ab eo relictus eſt anno 387. cum fœdere rupto Valentinianum Juniorem ejecturus Italiam petiit, ſequenti anno ab uno è Theodoſii Ducibus Arbogaſte interfectus eſt poſt aliquot à patris cæde dies, hoc eſt menſe Septembri.



## NUMISMATA AUREA.

D N FL VICTOR P F AVG.
BONO REIPVBLICAE NATI. Duæ figuræ hastatæ sedentes, quarum major porrigit globum minori, Victoriâ intermediâ: in imâ parte MD. OB. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Fl. Victoris cum diademate ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.
BONO REIPVBLICE (sic) NATI. (1) Duæ figuræ paludatæ sedentes, quarum dextra, altior, altera ut pueri, unà globum tenent: suprà Victoria; ad pedes inter utrumque laurus emergens: in imâ parte TROB. *Regius. Fontaine. Ducang.*

(1) Hæc epigraphe tum primùm in nummis occurrit, sed eodem titulo Constantinus in aliquot nummis ornatus est, CONSTANTINO P AVG BR P NAT. quem Constantinum Erud. Harduinus conjecit è Familia Claudia, & Lugdunensem municipem fuisse, eumque titulum hæreditarium ab avo saltem accepisse; porro an ex eadem familia fuisse existimet Victorem hunc, haud satis scio: monuit tamen eum non videri sibi Maximi filium, quem Scriptores Cæsarem à patre factum fuisse produnt, maximè cum alia familia Magnia sit, alia Flavia: ut illud jam primum constet, Victorem Flavium reverâ fuisse: Claudium verò etiam videri Harduino non malè conjeceris ex ipso Victoris nomine, tam enim à Victore Constantino dici debuit Victor, quam Principes plerique à Metello Pii, & à Commodo Felices. Utcunque ea res se habeat, si Bono Reipublicæ nati titulus hæreditarius in Constantino fuit, ut opinatur Harduinus, nihil causæ est, quin & hæreditarius fuerit in Victore, qui illum vel ab ipsius Constantini avo, vel ab quopiam privato, à quo originem ducebat, acceperit. Quod si privato cuidam delatus primùm est honorificus ille titulus, haud dubium quin per Rempublicam hîc intelligi debeat civitas quædam, non Romanus orbis; itaque ea laus intra hanc ipsam urbem consistere debuit. Atqui Constantinum Lugduni Bono Reipublicæ natum dici jam vidimus; hic verò, si Harduinum audis, eodem titulo ornatur Mediomatrici & Treviris, ita enim illas literas quæ sunt in horum nummorum primo MDOB. interpretatur, *Mediomatrici obtulere*; & TROB. quæ in altero leguntur, *Trevirenses obtulere*. Huic igitur videndum est, qua ratione conjectationes suas tueatur: nos enim qui Scriptores sequimur, scimus Maximum ejusque filium Victorem Bono Reipublicæ natos hîc dici, non quod à viro quodam, quem cives sui hoc titulo ornarant, prognati essent; sed quia sic Monetariis libuit iis tyrannis adulari. Nummi Victoris ex auro rarissimi sunt.

## NUMISMATA ARGENTEA.

D N FL VICTOR P F AVG.
SPES ROMANORVM. (1) Castra prætoria cum stellâ: in imâ parte ANLOP. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Victoris coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.
VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte AQPS. *Cham. Frad. Fontaine. Farnesianus.*
Eadem epigraphe.
VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria dextrâ lauream: in imâ parte AQPS. *MB.*
Eadem epigraphe.
VIRTVS ROMANORVM. Figura sedens, dextrâ globum cum Victoriolâ: in imâ parte AVPS. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Victoris cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.
VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris galeata & stolata, sedens à fronte, vultu dextrorsum converso, globum sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ: in imâ parte AQPS. *Fouc. MB.*
Alius cum MDPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. RE. Cham. Le Roy. Fontaine. Farnesianus.*
Alius cum MOBS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*
Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

(1) Hujus Principis nummi omnes ex argento rari sunt; hic autem cum rarioribus adnumerandus est. Vide quæ ad nummum huic simillimum Mag. Maximi ejus patris adnotavimus.

## NUMISMATA Æ. III.

D N FL VICTOR P F AVG. Caput Fl. Victoris coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.
SPES ROMANORVM. Castrorum porta cum stellâ in parte nummi superiore: in imâ parte LVG. P. *Fouc.*
Alius cum PCON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius

Alius cum SMAQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum SMAQS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Fontaine. MB.*

Alius cum SMRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DN S VICTOR P F AVG.

VIRTVS PRINCIP. CONOB. (1) Crux, ad cujus latus A. *MB.*

(1) Nummum hunc rarissimum Mediobarbus è Strada exscripsit, & æreum esse monuit: verum ego opinor aureum ob literas CONOB. quæ in imâ parte leguntur Epigraphe nova: sed an crucem Principum virtutem esse testari voluit Monetarius? Maximum & Victorem satis quidem constat Christianos fuisse, verùm à Christiana pietate alienissimos. Nummi superiores etiam rari.

# EUGENIUS.

EUGENIUS cum Rhetoricam artem aliquandiu docuisset, Notarius, & mox Magister Scriniorum factus, ad amicitiam Arbogastis Comitis se applicuit, omniumque ejus consiliorum particeps, cædis etiam Valentiniani Jun. conscius fuit; quamobrem Augustam dignitatem, cui se imparem ob natales sentiebat, Arbogastes non malè in eo collocatum iri speravit, Imperatoremque anno 392. mense Maio appellatum Viennæ in Galliis, adversus Sunnonem & Marcomirum Francorum Reges, quibuscum gentilia odia jamdiu exercebat, duxit; deinde victoriâ clarum ut Italiam peteret, compulit. Eugenium Christianorum fidem professum fuisse constat, sed quia Arbogastes ethnicæ superstitioni mancipatus erat, Deorum templa aperiri, Victoriæ aram Romæ in Curiâ restitui passus est; imò Herculis imaginem in labaris cælari jussit, & postquam pacis à Theodosio obtinendæ spe destitutus est, aureas Jovis tonantis statuas magicis artibus consecratas in Alpium claustris collocavit. Porro tyranni authoritatem secutæ erant omnes Occidentis Provinciæ præter Africam, quam Gildo Comes retinebat eventui intentus, & utri parti cessisset victoria, huic se adjuncturus; & præter solitos delectus, ingentia barbarorum auxilia contraxerat Eugenius. Præsidia tamen Alpibus imposita Theodosius anno 394. facilè dejecit; sed de tyranno ipso, qui castra trigesimo à Ravennâ milliario ad flumen frigidum posuerat, victoria diu anceps & cruenta fuit; cum enim die 5. Septembris acie decertari cæptum est, auxiliares Theodosii copiæ primum fusæ, deinde redintegratâ pugnâ decem Gothorum millia cæsa, Bacurus Iberorum Princeps & Domesticorum Comes virtute & pietate clarus hostili telo confossus, denique Eugenio jamjam victore, prælio nox intervenit: verum postridie ejus diei consertâ iterum pugnâ ventus adversus perduelles coortus multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum adimit, tela in ipsos retorquet, denique ita perturbat, ut eam calamitatem divinitus sibi illatam senserint; quamobrem victori sese dedunt, simulque Eugenium è tumulo quem insederat ad ejus tribunal protractum obtruncant, cum biennium ac tres menses imperasset.



## NUMISMATA AUREA.

DN EVGENIVS P F AVG. Caput Eugenii diademate ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (1) Imperatores duo sedentes à fronte, una globum tenent, Victoriâ supernè mediâ : ad pedes inter utrumque laurus emergens : in imâ parte COM. *Regius*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Typus ut suprà, absque lauro : à dextris in areâ L. à sinistris D. in imâ parte COM. *M*.

Alius cum CON. in imâ parte, absque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COM. *Fontaine*.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. C. CON. Duæ figuræ sedentes, dextris globos tenentes, quibus Victoria lauream imponit. *MB*.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGVSTOR. TR. COM. Victoria gradiens, dextrâ elatâ cum laureâ, sinistrâ palmam. *MB*.

Eadem epigraphe. Caput Eugenii cum diademate gemmato, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ : à dextris in areâ T. à sinistris R. in imâ parte COM. *Regius*. *Ducang*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte TR. *Regius*. *MB*.

(1) Quos Augustos hi nummi prædicant ? an Theodosium cum Eugenio jungunt, quod Tyrannus spem concepisset fore ut ipsi Occidente cederet Theodosius, & ignominiosam pacem quàm incertum bellum mallet ? An verò Monetarii adeo imperiti fuerunt, ut cum novos typos cudere nequirent, veteribus uterentur, videant peritiores. Nummi hujus Principis ex auro rari.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN EVGENIVS P F AVG.

GLORIA ROMANORVM. Imperator stans, dextrâ tenet labarum : in imâ parte MDPS. *E schedis Vaillant. Nummus maximi moduli*.

Eadem epigraphe.

VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris sedens, dextrâ Victoriolam, sinistrâ hastam. *MB*.

Eadem epigraphe. Caput Eugenii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS ROMANORVM. (1) Figura muliebris galeata & stolata insidens spoliis à dextris sinistrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ : in imâ parte MDPS. *RE*.

Eadem epigraphe. Caput Eugenii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte MDPS. *Fauvel. Bau*.

Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine. Brandenburg*.

Eadem epigraphe.

VRBS ROMA. Roma sedens, dextrâ Victoriolam, sinistrâ hastam. *MB*.

Alius cum LVC. ES. in imâ parte, eodem typo. *MB*.

Eadem epigraphe. Caput Eugenii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VRBS ROMA. Figura muliebris galeata & stolata insidens spoliis à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò adnititur sinistrâ : in imâ parte LVCPS. *Ducang*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. Figura muliebris galeata & stolata sedens à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ : in imâ parte LVGPS. *Fouc. Le Roy. Fontaine*.

(1) Nummi hujus Principis ex argento rari etiam sunt.

## NUMISMATA Æ. III.

IMP EVGENIVS P F AVG.

SALVS PVBLICA. (1) Victoria gradiens dextrâ elatâ cum laureâ, sinistrâ captivum crinibus trahens : in areâ Christi monogramma. *MB.*

DN EVGENIVS P F AVG. Caput Eugenii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

SALVS REIPVBLICAE. (2) Victoria dextrorsum versa, dextrâ gestat trophæum humero dextro, sinistrâ captivum genuflexum apprehensum capite tenet : à dextris in areâ Christi monogramma : in imâ parte. . . *Fontaine.*

IMP EVGENIVS P F AVG.

SAPIENTIA PRINCIPIS. (3) *MB.*

DN EVGENIVS P F AVG. Caput Eugenii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS ROMANORVM. (4) Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ : in imâ parte CON. *Ducang.*

(1) Nummum hunc rarissimum Mediobarbus in addendis exhibet è Museo suo : hic typus tum primum cum hac epigraphe conjunctus est. Suspectus est IMP. titulus, qui in nummis illius ætatis nusquam occurrit.

(2) Nummus hic Eugenii rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo.


(3) Nummus hic, si quidem Eugenii est, inter rarissimos numerari debet, sed Licinii esse existimo : cum Occo & Mediobarbus exhibent exscriptum, ut aiunt, ex Antonii Augustini Dialogis, ubi illum non reperi.

(4) Hic typus huic inscriptioni junctus tum primùm occurrit. Nummi Eugenii omnes rari sunt, & ærei cæteris rariores.

## ARCADIUS.

FLAVIUS ARCADIUS Theodosii & Æliæ Flaccillæ filius, circâ annum 377. natus, Augustam dignitatem anno 383. die 19. Januarii consecutus est, post annos tres cum patre in eodem curru triumphavit, denique anno 394. Orientem regendum, & jus condendarum legum accepit. Theodosio anno 395. die 19. Januarii extincto, Imperium cum Honorio fratre, simul thesauros paternos, & militares copias partitus est ; sed Rufinum hominem avaritiâ infamem jura & munera cauponari sivit, atque ubi Rufinus à Gaina interfectus est, Eutropio Eunuchorum vilissimo, & Arinthei Ducis ante paucos annos servo, sed ob conciliatas Eudociæ nuptias gratioso totum se permisit ; quod unum Romanis calamitosissimum accidisse videbatur, cum nequissimum mancipium omnes, quotquot sua virtus suspectos reddebat ipsius superbiâ offendi, damnis, ignominiis, exiliis, morte multaret, ac ditissimi cujusque bona invaderet. Porrò Gothos Romanorum stipendiarios, Rufinus anno 375. ut Thraciam & Græciam devastarent, ultrò hortatus fuerat, captasque ab iis Athenas, Lacedæmonem, Corinthum testantur Scriptores ; sed Rufino interfecto, Stilicho, cui Theodosius moriens liberos suos commendarat, quique Occidentem summâ cum potestate regebat, in Peloponnesum trajecit, barbarosque in parvum quemdam & angustum locum conclusit, ubi cum ad internecionem cædi possent, fœdus cum iis facere Eutropius maluit, & Alarico eorum sive Judice, sive Rege Illyrico præfecto, Stilichonem Oriente excedere jussit. Non meliori, imò etiam aliquanto pejori conditione erant Syria & Cappadocia ; has enim Hunni fortè Ephtalitæ de-

populabantur, quos cum Eutropius per se profligare suscepisset anno 396. non modo nihil memoriâ dignum egit, sed etiam pace æquis conditionibus oblatâ, fastidia barbarorum tulit. Eo tamen impudentiæ fœdissimum hominem processisse tradunt, ut re malè gestâ Constantinopolim triumphantis specie ingressus sit; sed anno sequenti longè pejora molitus est; nam Gildonem Africæ Comitem ut ab Honorio ad Arcadium deficeret invitavit, cujus defectionis pœnas cum Gildo brevi expendisset, Eutropius cui culpæ omnes in gloriam vertebant, Consulatum anno 399. capessiit. Tum verò omnes indignari, fremere, & temporum calamitatem, Imperiique dedecus deplorare; sed omnium maximè Gainas Gothus Peditum & Equitum Magister. Hic cum eam dignitatem melius in se collocari potuisse existimaret, Tribigildum gentilem suum, ut Phrygiam invadat, hortatur; mox se illi adjungit, Arcadium armorum terrore, ut Eutropium capitis damnet, compellit; nec ejus supplicio contentus, potentissimum quemque sibi tradi poscit; postremo reconciliatâ gratiâ Constantinopolim reversus, urbem præsidiis suis occupare, Imperatorem interficere tentat; ubi frustrà esse cœpta sua videt, Thraciam depopulatur, ac denique ab Uldino Hunnorum Rege captus perfidiæ pœnas luit extremo anni 400. Sequentes anni, si ad superiores spectes, & domi & foris satis tranquilli. Eam tamen Illyrici partem quæ ad Orientem spectabat, penè universam ab Hunnis, quorum potentia Imperio deinceps adeo formidolosa fuit, captam esse constat ex Honorii literis: præterea Isaurorum latrociniis Syria, Cappadocia, Cilicia, Lycia, Pamphylia, Lycaonia, Pisidia, Caria infestæ fuisse feruntur: ac præterea Mazici & Auxuriani Libyam devastarunt, cum plerique rei militaris Duces, rei suæ quàm publicæ diligentiores, pacta cum barbaris inirent, prædamque cum iis partirentur. Post Eutropii cædem summa penes Eudociam Augustam authoritas erat, quæ cum plurima alia pessimi exempli gessit, tum D. Joannem Chrysostomum Constantinopolitanâ sede expulit anno 404. Arcadium paternæ pietatis æmulum fuisse satis constat; nam & optimas leges condidit, & Ethnicorum superstitionem pœnè delevit; sed cæteris Theodosii virtutibus destituebatur: nulla in ore dignitas, dicendi difficultas propè ad infantiam, valetudo parum firma, denique summa animi imbecillitas & inertia: quamobrem interea dum aut Constantinopoli aut Ancyræ condendo juri operam daret, Romani non barbarorum solum, sed etiam Rufini, Eutropii, ac cæterorum magnatum præda fuere. Mortem obiit anno 408. Kalendis Maii, anno ætatis trigesimo primo; corpus in æde SS. Apostolorum, perinde atque cæterorum Orientis Imperatorum, conditum est: duodecim annos cum patre, ab ejus morte annos tredecim, menses tres, & quatuordecim dies Augusti titulum gesserat. Quatuor liberos ex Eudociâ sustulit, Theodosium Jun. quem anno 402. die 11. Januarii ad Imperii consortium adscivit, Flaccillam, quam in infantiâ mortuam probabile est, Pulcheriam & Marinam.




## *NUMISMATA AUREA.*

D N ARCADIVS P F AVG.

CONCORDIA AVGG. Figura sedens, dextrâ hastam, sinistrâ globum: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG. Figura galeata sedens, dextrâ rhabdum, sinistrâ globum, cui insistit Victoriola dextrâ lauream tenens: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Arcadius cum stemmate cristato, ad pectus cum loricâ, à fronte, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum, cui insculptus eques.

CONCORDIA AVGG. (1) Figura muliebris cum galeâ cristatâ sedens, pede dextro proræ navis imposito, hastæ adnititur dextrâ, globum verò cum Victoriolâ gestat sinistrâ: in imâ parte CONOB. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Quibus annis cusi fuerint nummi Arcadii inscripti CONCORDIA AVGG. vel AVGGG. vel AVGGGG. difficile est statuere: nimirum anno 383. quo Augustus nuncupatus est, cum Gratianus adhuc viveret, Augustorum quatuor concordia signari in nummis potuit ad mensem Augustum usque; sed Gratiano interfecto tres duntaxat fuere Valentinianus Jun. Theodosius, & Arcadius ipse. Pacem deinde Maximo Galliarum tyranno concessam anno 384. ejusque imagines in Orientem perlatas fuisse testantur Scriptores; quamobrem haud dubium, quin ea quoque tempestate cusi sint nummi qui Augustorum quatuor mentionem facerent: atque is rerum status perdurasse videtur ad annum 387. quo Maximus ejecto ex Italia Valentiniano Jun. iterum pro tyranno, latrone & hoste publico habitus est. Summa potestas deinde penes tres Principes quos suprà nominavimus fuit, & quidem tum cusi sunt nummi CONCORDIA

CONCORDIA AVGG. B. Typus ut suprà : in imâ parte CONOB. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. ϛ. Typus ut suprà, cum CONOB. in imâ parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Z. Figura muliebris galeata, sedili duobus leonum capitibus adornato insidens, pede dextro proræ navis imposito, dextrâ tenet hastam, sinistrâ Victoriolam: in imâ parte CONOB. *Declesves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Θ. Typus ut suprà, cum CONOB. in imâ parte. *Regius. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Θ. Figura muliebris sedens, pede dextro proræ navis imposito, dextrâ hastam tenet, sinistrâ Victoriolam globo insistentem : in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. ϛ. Figura muliebris galeata sedili duobus leonibus adornato insidens, dextrâ hastam tenet, sinistrâ globum ; pro pedibus rostrum navis : in imâ parte CONOB. *Regius. RE. M.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. H. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. Θ. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. I. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. Figura muliebris sedens, dextrâ tenet hastam, sinistrâ clypeum in quo VOT V MVLT XA. in imâ parte CONOB. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. H. (1) Typus ut suprà, sed in clypeo VOT V MVL X. in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGGGG. Δ. Figura galeata sedens, dextrâ rhabdum, sinistrâ globum : in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGGGG. Є. Figura stolata & galeata, sedili binis leonum capitibus adornato insidens, pede rostro navis imposito ; dextrâ tenet hastam, sinistrâ globum : in imâ parte CONOB. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGGG. Z. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Arcadius cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento, sinistrâ sustinet globum cum Victoriolâ, dextrâ non apparente.

GLORIA ROMANORVM. (2) Imperator, nimbo caput circundante, stans in curru sex equorum, dextrâ elatâ, sinistrâ globum gestat : à dextris in areâ Christi monogramma : in imâ parte CO OB. *Regius, maximi moduli.*

Eadem epigraphe. Arcadius cum galeâ cris-

AVGGG. cum VOT V MVLT X. verùm Valentinianum Jun. Arbogastes Comes per summam perfidiam interfecit anno 392. Eugeniumque in ejus locum ac vicem substituit, quem ferunt pacem & Augusti titulum frustrà à Theodosio petiisse. Supererant legitimi Principes duo ; his tertium, hoc est Honorium alterum è filiis adjunxit Theodosius anno 393. devictoque Eugenio, & ejus factione sublata ipse vitam morte commutavit ineunte anno 395. simulque Romanorum gloria, quæ tam ambitiosè in illius ævi nummis prædicatur, intercidit. Igitur cusi deinceps nummi qui duorum fratrum Augustorum concordiam prædicarent ; sed ab anno 400. trium aut etiam quatuor mentio fieri potuit. Hoc scilicet anno Eudocia Arcadii conjux Augusta nuncupata est, suasque imagines in Provincias perferri curavit, quod quidem Honorium indignè tulisse accepimus. De hac tamen sentiet quisque ut volet ; verùm si Augustæ ratio non habeatur, at profecto habenda est Theodosii Jun. quem Arcadius pater Augustum appellavit anno 402. die 11. Januarii ; quamobrem ad hoc quoque tempus referri possunt ii nummi, in quibus CONCORDIA AVGGG. legitur : indeque constat nihil quicquam certi ex hujuscemodi nummis elici aut extundi posse.

(1) Nummi hujuscemodi, in quibus Votorum mentio fit, inter rariores recensendi sunt, & desiderantur in Mediobarbo, apud quem non extant quicunque ex auro notam solitam, *MB.* non habent. Quinquennalia autem vota solvit, ac Decennalia suscepit Arcadius anno 387. quo Maximus Valentinianum Jun. ex Italia ejecit, ideoque inter Augustos numerari desiit, ut suprà monuimus.

(2) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, nec apud Mediobarbum extat ; typus verò cum hac epigraphe tum primùm conjunctus est. Triumphi species quædam hæc est ; sed ad quem annum pertineat nummus, vix pro certo affirmari potest. Ac Theodosio quidem adhuc vivo cusum fuisse vix probabile est, cum unus tantum Princeps hîc exhibeatur ; quamobrem inutile est hîc exscribere quod prodidit Idatius, sive quis alius est scriptor Fastorum, quos Idatianos vocant : Theodosium & Arcadium de Greuthungis triumphum egisse anno 386. die 12. Octobris ; postquam verò Theodosius hanc vitam meliore commutavit, haud scio an unquam jure triumphare potuerit Arcadius, quippe cujus Imperium calami-

tatâ à fronte, dextrâ gestat spiculum humero dextro, lævâ clypeum in quo eques.

VOVA (sic) SPES REIPVBLICAE. B. (1) Victoria seminuda spoliis insidens à dextris sinistrorsum, inscribit clypeo XX. XXX. in imâ parte CONOB. *Declesves.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VICTORIA AVGG. Imperatores duo sedentes unà globum tenent, Victoriâ supernè mediâ: in imâ parte COM. *Regius. M.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (2) Typus ut suprà, cum lauro infrà inter utrumque Imperatorem: à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COM. *MMA.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Imperator paludatus stans, & captivum resupinatum pede lævo premens, dextrâ tenet labarum, sinistrâ globum cum Victoriolâ: à dextris in areâ S. à sinistris M. in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Є. Imperator paludatus stans, & captivum sedentem pede sinistro premens, dextrâ tenet labarum, in quo Christi monogramma, sinistrâ verò sustinet globum cum Victoriolâ: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Alius cum S. à dextris & M. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. COMOB. M. D. Victoria gradiens, dextrâ lauream. *MB.*

Alius cum S. M. eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. DM. Imperator stans, dextrâ labarum, sinistrâ Victoriolam tenens, sinistro pede captivum proterens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator paludatus stans, & captivum resupinatum pede lævo premens, labaro adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COMOB. *RE. M. Declesves.*

Alius cum R. à dextris in areâ, & V. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. M.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. A. Typus ut suprà: à dextris in areâ S. à sinistris M. in imâ parte COMOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. A. Typus ut su-

tatibus & cladibus infame fuisse ferunt. Enimverò Honorium fratrem devictorum Scotorum & Pictorum laudem cum eo communicasse vix adducor ut credam, cum acerrimas inimicitias exercuerint; ac multo minus, Arcadium ita perfrictæ frontis fuisse ut triumphaverit de Gildone, quem ipse, ut adversus Honorium rebellaret, compulerat, & in fidem suam receperat: sed opportunè in mentem venit Gainæ Gothi, qui cum Orientem universum aliquandiu perterruisset, tandem Constantinopoli ejectus, mox navali prælio superatus à Fravita, postremo cum sedes in veteri Gothorum regione figere vellet, ab Uldino Hunnorum, qui eam regionem incolebant, Principe cæsus est extremo anni 400. & jucundissimum Constantinopolitanis spectaculum præbuit die 3. Januarii anni sequentis, cum ejus caput hastæ affixum per urbem velut in triumpho circumferretur.

(1) Hæc epigraphe tum primùm occurrit, nummus ipse rarissimus, imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum: porro ob vota XX. & XXX. in eo expressa cusus fortasse videbitur vigesimo Imperii Arcadii anno; sed hæc epigraphe in Principem tot ab annis regnantem non convenit; quamobrem alius annus, cui assignetur, quærendus est, nisi fortè non Arcadium, sed Theodosium Jun. novam spem Reipublicæ dici velis: quod quidem facilè adducor ut credam; constat enim Theodosium Jun. Augustum nuncupatum fuisse anno 402. die 11. Januarii. Atqui eodem anno, eodemque mense post octo dies quàm filium Collegam cooptaverat, vigesimum Imperii annum auspicatus est Arcadius, & pro more illorum temporum Vicennalia vota solvit, & Tricennalia nuncupavit. Altera opinio, tametsi minus probabilis est, omittenda non videtur; nimirum Arcadium ipsum novam spem Reipublicæ dici, non quidem anno 402. sed anno 383. quo in Imperii consortium adscitus est à patre: votaque hîc expressa non Vicennalia esse & Tricennalia soluta aut suscepta, sed duntaxat qualia concipi solebant in acclamationibus pro novis Principibus; quarum acclamationum non meminere solùm varii auctores, sed etiam monumentum eximium, Majoriani nummus inscriptus VOTIS MVLTIS. ad nos pervenit.

(2) Nummi hujuscemodi inter rariores recensendi sunt, nec apud Mediobarbum extant: typus verò Imperatores duos eosdemque Consules exhibere videtur. Atqui Arcadius & Honorius Consules una fuere annis 394. 396. & 402. prætereaque Honorius & Theodosius Jun. anno 407. Fastis nomen dedere; atque haud plura Consulum Imperatorum paria occurrunt ab anno 383. quo Arcadius Augustus nuncupatus est ad annum 408. quo in hominum numero esse desiit; sed nec anno 394. nec anno 407. cudi potuere hujuscemodi nummi, quia tribus Augustis tum parebat Romanus orbis: ideoque supersunt anni 396. & 402. quorum utri nummos hosce adscribas perinde est. Quod ad sequentes nummos spectat, vide quæ monuimus ad superiores inscriptos CONCORDIA AVGG.

prâ, cum iisdem literis in areâ, & in imâ parte. *Declesves.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum diademate gemmato, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Z. Typus ut suprà, cum Christi monogrammate in labaro: à dextris in areâ S. à sinistris M. in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. H. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGGG. (1) Typus ut suprà, absque Christi monogrammate in labaro: à dextris in areâ S. à sinistris M. in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. (2) Victoria gradiens à dextris sinistrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, globum crucigerum sinistrâ: à dextris in areâ M. à sinistris S. in imâ parte COM. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria thoraci insidens à dextris sinistrorsum, clypeum tenet in quo VOT X MVLT XX. à sinistris in areâ Christi monogramma: in imâ parte CONOB. *Farnesianus.*

(1) Nummus hic inter rariores recensendus est, nec extat apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic & sequens cum rarioribus adnumerandi sunt, & desiderantur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN ARCADIVS P F AVG. Caput Arcadii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

Eadem epigraphe incusa, cum eodem capitis typo pariter incuso. (1) *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM (2) Imperatores duo stantes ex adverso, cum hastâ & clypeo humi posito: in imâ parte TES. R. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. (3) Imperator laureatus ac paludatus, vultu sinistrorsum converso stans, & captivum resupinatum pede lævo calcans, labaro adnititur dextrâ, sinistrâ verò sustinet globum cum Victoriolâ: à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte CONOB. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Victoria tunicata & succincta, gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte MD. *Fouc. Nummus Quinarii formâ.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris galeata & stolata, insidens spoliis à sinistris dextrorsum, globum cum Victoriolâ sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ: in imâ parte AQP. *RE.*

Alius cum AQPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum DMPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum MDPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Faavel. Bau.*

Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS ROMANORVM. (4) Imperator sedens habitu militari, dextrâ Victoriolam, sinistrâ hastam: in imâ parte MDPS. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VOT X MVLT XV. in coronâ: in imâ parte MDPS. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in coronâ. *Farnesianus.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe.

VOTIS X MVLTIS XX. in coronâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VRBS ROMA. (5) Figura muliebris galeata & stolata, insidens spoliis, dextrâ tenet globum cum Victoriolâ, sinistrâ hastam: in imâ parte LVGPS. *Regius.*

Alius cum TRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Albert.*

(1) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus est.

(2) Nummus hic rarissimus, nec apud Mediobarbum extat, perinde atque cæteri omnes ex argento, præter duos quibus solita nota *MB.* subjuncta est.

(3) Nummus hic ad exemplum aurei nummi fusus videtur.

(4) Typum hujus nummi haud diversum putamus à superiori, sed malè descriptum ab Occone, ex quo illum Mediobarbus in suam Numismatum seriem transtulit.

(5) Nummus hic Arcadii inter rariores recensendus est.

## NUMISMATA Æ. II.

DN ARCADIVS P F AVG. Arcadius coronâ ex margaritis & gemmis redimitus, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ : altera corona ex lauro & gemmis capiti ejus impendet.

GLORIA ROMANORVM. Imperator laureatus ac paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, labaro in quo crux adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ : à dextris juxtà pedes captivus manibus poſt tergum revinctis humi ſedens : à dextris in areâ crux, à ſiniſtris T. in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum ANTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Arcadius coronâ ex lauro & gemmis redimitus, cætera ut ſuprà, cum manu ex alto alteram coronam tenente.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà, abſque cruce & literis in areâ : in imâ parte ANTB. *Fauvel. Nummus argento mixtus.*

Alius cum ANTC... in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONT. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, abſque manu coronam tenente.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ T. à ſiniſtris M. in imâ parte CONS. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ crux : in imâ parte CONST. *Fouc.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TEST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà, abſque cruce in areâ : in imâ parte CONSΔ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii ut ſuprà, cum manu ex alto coronam alteram ex lauro capiti ejus impendentem tenente.

GLORIA ROMANORVM. Imperator ut ſuprà, labaro abſque cruce adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ : à dextris juxtà pedes captivus in genua provolutus : à dextris in areâ crux : in imâ parte ANTS. & ſtella. *Palatinus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà, abſque cruce in areâ : in imâ parte AQTS. & ſtella. *Hen.*

Alius cum CONT. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Imperator laureatus ac paludatus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, labaro adnititur dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ : in imâ parte ANTA. *RE.*

Alius cum ANTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum ANTΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum CONSB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ crux : in imâ parte ANT. Δ. *Fouc.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SHKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum SHKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum SMAB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMHΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte SMHΔ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Arcadius cum galeâ criſtatâ à fronte, ad pectus cum paludamento, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro.

VICTORIA AVGG. (1) Figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à fronte, la-

(1) Nummus hic Arcadii cum rarioribus adnumerandus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

baro adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ: in imâ parte CONS. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VIRTVS EXERCITI. Imperator laureatus ac paludatus stans, labaro adnititur dextrâ, globum verò sustinet sinistrâ; captivi item manibus post tergum revinctis humi sedentis dorsum pede lævo calcat: in imâ parte ALET. *Frad.*

Alius cum ANTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Bau.*

Alius cum CMNT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

DN ARCADIVS P F AVGVSTVS. Caput Arcadii ut suprà.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut suprà, à dextris in areâ nominis Christi monogramma: in imâ parte CONSA. *Bau.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ crucicula: in imâ parte CONST. *Fauvel.*

DN ARCADIVS P F AVG. Arcadius cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum inversum.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut suprà, absque cruciculâ: in imâ parte SMKA. *RE.*

## NUMISMATA Æ. III.

DN ARCADIVS P F AVG. Caput Arcadii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVG. Imperator galeatus ac paludatus stans; dextrâ tenet labarum, sinistrâ Victoriæ signum globo impositum sustinet: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Arcadius cum galeâ & coronâ ex margaritis à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum in quo crux.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris galeata ac stolata sedens à fronte cum prorâ navis à dextris ad pedes, hastæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ: in imâ parte ANT.... *Fouc.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex gemmis & margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsuum.

CONCORDIA AVGG. (1) Crux in medio nummo: in imâ parte CONS. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. Typus ut suprà: in imâ parte SMKΔ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA EXERCITVS. (2) Imperator stans, dextrâ hastam tenet, sinistrâ scutum; Victoria à sinistris stans eum coronat: in imâ parte... *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Arcadius cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento, dextrâ gestat spiculum inversum, sinistrâ clypeum: in vertice manus alteram coronam tenens.

GLORIA ROMANORVM. Imperator paludatus stans, dextrâ labarum tenet, sinistrâ clypeo innixus; ad pedes captivus humi sedens. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & manu supernè coronam tenente.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: à sinistris in areâ crucicula: in imâ parte ANT. & stella. *Regius.*

Alius cum ANTS. & stellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & manu supernè coronam tenente.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: à dextris in areâ T. in imâ parte CONT. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Imperator laureatus ac paludatus stans, labaro adnititur dextrâ, globum verò sustinet sinistrâ: in imâ parte ALEA. *Fontaine.*

Alius cum ANT. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Ducang.*

Alius cum CONSB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

(1) Epigraphe hæc & sequens tùm primùm junctæ occurrunt cum hoc typo. Uterque nummus rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic Arcadii rarissimus imo singularis est, & desideratur in Mediobarbo.

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte SMTR. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (1) Imperator eques galeatus ac paludatus à dextris sinistrorsum, dextram expansam attollit, equum verò regit sinistrâ : in imâ parte ANT. A. *Fouc.*

Alius cum CONSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (2) Imperator galeatus ac paludatus progrediens à dextris sinistrorsum, caput captivi genuflexi, manibus post tergum revinctis, apprehensum tenet dextrâ, sinistrâ verò adnititur labaro in quo nominis Christi monogramma : in imâ parte SMAQ. *Frad. Ducang.*

Alius cum SMAQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (3) Tres Imperatores stantes paludati & hastati ; qui in medio minor est : in imâ parte ANT. & stella. *RE.*

Alius cum ANT. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento : à dextris in areâ stella.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà : in imâ parte ANTΓ. *Ducang.*

Alius cum ANTS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SMNB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMRB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria tunicata ac succincta gradiens à sinistris dextrorsum, trophæum gestat humero dextro, captivum verò manibus post tergum revinctis genuflexum, capite apprehensum tenet sinistrâ : in imâ parte ALEΓ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. (4) Typus ut suprà : à dextris in areâ nominis Christi monogramma, absque literis in imâ parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum TRP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà : à dextris in areâ crux : in imâ parte ANTΔ. *Fouc.*

Alius cum SMH.. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTOR..... Victoria ad dextram gradiens, dextrâ gestat coronam, sinistrâ palmam : in imâ parte LVG. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. (5) Typus ut suprà : in imâ parte CON... *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Imperator paludatus vultu sinistrorsum converso stans, labaro adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ : à sinistris Victoria tunicata ac succincta coronam capiti ejus parat imponere, palmæ verò ramum gestat sinistrâ : in imâ parte ANTA. *Fouc.*

Alius cum ANTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum CONSB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Frad.*

Alius cum CONSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem

(1) Nummi Arcadii cum hoc typo inter rariores recensendi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Nummi Arcadii cum hoc typo rari sunt ; cum sequenti verò haud obvii.

(3) Typus hic tres Principes exhibet, quibus accepta refertur Gloria Romanorum, scilicet Arcadium, Honorium & Theodosium Juniorem.

(4) Nummos his similes jam descripsimus in Theodosio, monuimusque eos referri posse ad victorias de Gothis ; nec ea conjectura adhuc displicet ; si quis tamen velit eodem tempore cusos fuisse nummos qui in Theodosio, & hos qui in Arcadio occurrunt, alteram quandam victoriam commendatam ejusmodi inscriptione fuisse oportet, nec improbabile erit monumentum hoc esse victoriæ de Tyranno Maximo, aut de Eugenio.

(5) Nummus hic Arcadii cum rarioribus adnumerandus est.

typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMKB. in imâ parte; eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMNA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut suprà: à dextris in areâ crucicula: in imâ parte CONSΔ. *MDM.*

DN ARCADIVS P F AVGVSTVS. Caput Arcadii ut suprà.

VIRTVS EXERCITI. Imperator paludatus stans; & captivum pede lævo premens, dextrâ labarum, sinistrâ globum tenet: à dextris in areâ nominis Christi monogramma: in imâ parte CONSA. *Regius.*

DN ARCADIVS P F AVG. Caput Arcadii ut suprà.

VIRTVS EXERCITI. Typus ut suprà, absque Christi monogrammate: in imâ parte CONSB. *Regius.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte ANTS. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRT ROMANORVM. (1) Imperator paludatus stans, dextrâ tenet labarum, sinistrâ Victoriam: in imâ parte SMR. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. Imperator paludatus stans, dextrâ hastam tenet, sinistrâ clypeo humi posito innixus: à sinistris Victoria coronam lauream capiti ejus imponens dextrâ, palmæ verò ramum gestans sinistrâ: in imâ parte ANT. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT. V. in coronâ. *RE. Ducang.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum SMNA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in coronâ: in imâ parte AN. Δ. *Fouc.*

Alius cum CONS. in imâ parte; eodem typo utrâque ex parte. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOT XX MVLT XXX. in coronâ. *MDM. Quin.*

Eadem epigraphe. Caput Arcadii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VRBS ROMA. (2) Figura virilis galeata & paludata; vultu dextrorsum converso stans, labaro in quo nominis Christi monogramma adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ: à sinistris clypeus hærens cruribus: à dextris in areâ OF. à sinistris T. in imâ parte SMROM. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA FELIX. Typus ut suprà: à dextris in areâ OF. à sinistris Є. in imâ parte SMROM. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA FELIX. Typus ut suprà: à dextris in areâ OF. à sinistris P. in imâ parte SMROM. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA FELIX. (3) Figura virilis galeata & paludata vultu sinistrorsum converso stans, labaro adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum gestat sinistrâ: ad latus sinistrum clypeus humi insistens. *Brandenburg.*

(1) Nummus hic & sequens inter rariores recensendi sunt; hic verò desideratur in Mediobarbo.

(2) Typus hic novus cum hac epigraphe conjunctus, nummus verò rarissimus est.

(3) Hæc epigraphe occurrit primùm in Nepotiano, deinde in hoc principe, & in Honorio; sed cum typo diverso.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

DN ARCADIVS P F AVG.

CONCORDIA AVGG. CONOB. (1) Figura equestris.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG. CONSA. Figura sedens, dextrâ hastam, sinistrâ globum.

Alius cum SMNB. eodem typo.

Alius cum SNHT. eodem typo.

Alius cum TEST. eodem typo.

Eadem epigraphe.

(1) Hunc nummum ob typum, qui primum cum hac epigraphe junctus occurrit, rarissimum imò singularem exhibet Mediobarbus ex Occone; sed eum aureum esse, aut ad exemplum aurei nummi fusum, literæ quæ in imo leguntur, declarant.

CONCORDIA EXERCITVS. (1) Duæ figuræ militares ſtantes.
Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. Tres figuræ militares, dextris haſtas tenentes, ſiniſtris clypeis nixæ, quarum media aliis minor eſt.
Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. SMAP. Duo milites galeati cum clypeis.
Eadem epigraphe. Buſtum coronâ gemmatâ, cui in aëre manus lauream imponere videtur, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ clypeum.

GLORIA ROMANORVM. SMNA. Imperator ſtans, dextrâ labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtrâ ſcutum, cum captivo ad pedes genuflexo religatis manibus.

.............

NOVA SPES REIPVBLICAE. CONOB. (2) Victoria inſidens thoraci clypeum ſuſtinet, in quo dextrâ ſcribit XX. X. XXX.
DN ARCADIVS P F AVG.

SALVS REIPVBLICAE. AQR. Victoria gradiens, dextrâ captivum crinibus trahens.
Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. NTCON. Victoria dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.
Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCITI. Imperator calcans captivum.
Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCITVS. ANTR. Imperator captivum calcans ſiniſtro pede, dextrâ labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ.
Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCITVS. CONST. Imperator dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum, à Victoriâ coronatur.

..................

VRBS ROMA. Imperator ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ Victoriolam.
DN ARCADIVS P F AVG.

VRBS ROMA FELIX. SMROM. Figura galeata ſtans, dextrâ trophæum, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ quæ Imperatorem coronat.

(1) Nummum hunc rariſſimum profert Mediobarbus ex Occone: typus hic tum primum cum hac epigraphe junctus videtur; ſi verò conjecturis indulgere liceat, haud diſplicebit cuſum fuiſſe hunc nummum anno 395. cum Theodoſio è vivis exempto, totius Imperii copias, quæ in Italia hactenus retentæ fuerant, ne quid novi Eugeniani milites molirentur, inter Auguſtos duos partitus eſt Stilicho.

(2) Nummi hujus metallum non indicavit Oiſelius, è quo exſcriptus eſt; aureus tamen eſſe videtur, tum quia propemodum ſimilis in auro occurrit, tum quia literæ CONOB. aut nunquam aut raro in aliis metallis reperiuntur.

# EUDOCIA.

ÆLIA EUDOCIA Bautonis Franci olim Conſulis filia, Arcadio nupſit anno 395. die 27. Aprilis, eique liberos quinque peperit, Flaccilllam, Pulcheriam, Theodoſium Jun. Arcadiam, Marinam. Fœmina impotens, iracunda, ſuperba, avaritiâ etiam infamis, mariti in quem dominabatur famæ & exiſtimationi plurimum nocuit; pietatis tamen umbras conſectabatur, templorumque demolitionem haud parum promovit; ſed cum D. Joannem Chryſoſtomum Regiæ urbis Præſulem ſede dejeciſſet anno 404. temeritatis pœnas brevi expendit; ipſo enim anno mortem obiit die 6. Octobris, corpuſque in SS. Apoſtolorum templo conditum eſt. Auguſtam nuncupatum fuiſſe ferunt anno 400. die 9. Januarii, cum antea Nobiliſſima tantum diceretur.



## *NUMISMATA AUREA.*

AEL EVDOCIA AVG.
Crux in laureâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe.
Crux & stella in coronâ laureâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Eudociæ cum diademate ex unionibus, & coronâ imminente.
VOT XX MVLT XXX. Victoria stans, crucem majorem & longiorem tenet dextrâ : suprà stellula : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VOT XX MVLT XXX. B. (1) Typus ut suprà, cum stellâ supernè, & iisdem literis in imâ parte. *Regius.*

(1) Quos nummos Occo, Mediobarbus, Ducangius ad Theodosii Jun. uxorem retulere, eos referimus ad ejusdem matrem, Arcadii conjugem : cujus consilii nostri rationem ut intelligat lector, monendus est, primum ex artificio dignosci non posse qua ætate cusi sunt hujusmodi nummi Eudociæ vel Eudoxiæ, quia idem in omnibus est, hoc est ferè nullum : deinde nec ex literis quidquam certi elici posse, quæ in horumce nummorum omnium ima parte eædem occurrunt : postremò Scriptores in utriusque Augustæ nomine scribendo variasse, adeoque fuisse qui Theodosii Jun. conjugem Liciniam Eudoxiam appellarent. Igitur una superest eorum nummorum ætatem investigandi ratio ; quæ in eo consistit, ut si quis nummus reperiatur cum iis temporum notis quæ in alterutram Augustam tantum conveniant, huic adscribantur nummi omnes qui idem nomen præferunt ; qui diversum, alteri. Atqui Eudoxiæ extant nummi in quibus Theodosii Jun. Imperii anni & Consulatus consignati sunt, ideoque ad ejus conjugem pertinent. Igitur Theodosii Jun. conjux fuit Eudoxia ; Eudocia, Arcadii. Nummi hujuscemodi in quibus votorum Vicennaliorum mentio fit, pertinent ad annum 404. quo ipso Eudocia obiit : hoc enim Arcadius die 19. Januarii viginti annos numerare cœpit, ex quo Imperator à patre nuncupatus fuerat. Nummi omnes Eudociæ rarissimi sunt.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

AEL EVDOCIA AVG. Caput Eudociæ margaritis ornatum, cum stolâ ad pectus, & monili ex margaritis circà collum.
Crux in coronâ : in imâ parte CONS. & stella. *Fontaine. Ducang. MB.*



# HONORIUS.

HONORIUS alter Theodosii & Flaccillæ filius, natus anno 384. die 9. Septembris, post annum ac menses tres Nobilissimus dictus Consul processit; nondum verò decennis, hoc est anno 393. incertum die 10. Januarii an 20. Novembris Augustus nuncupatus est à patre, post cujus mortem, quæ universo Imperio luctuosa accidit anno 395. die 17. Januarii, Occidentem rexit sub tutelâ Stilichonis. Hic primùm omnium fœdera cum Francis & Alamannis renovavit, copiarum partem in Orientem reduxit, resque domi ac foris satis tranquillas præstitit usque ad annum 397. quo Gildo Comes in Africâ rebellavit. Hunc quidam tradunt impellente Eutropio ab Honorio descivisse, & ab Arcadio in fidem receptum; alii novum Imperium condere voluisse existimant: utut sit à Mascezele fratre facilè devictus, deinde in Romanorum potestatem venit, conjectusque in carcerem, laqueo fauces sibi ipse elisit. Secuta deinde bella in Britanniâ contrà Pictos & Scotos, ejusque Insulæ securitati prospectum: anno verò 399. compressi in Africâ Austurii & Subafri, eâdemque tempestate idololatria funditus interiit: sed Honorium repentè destituit fortuna, quâ hactenus satis benignâ usus fuerat. Initium malorum omnium à Stilichone ortum ferunt, quod Imperium Eucherio filio per fas & nefas tradere vellet: Alaricum tamen Gothorum, & Radagaisum Hunnorum Reges Italiam ipsam adortos fortissimè repulit; & de illo quidem præclaram victoriam Pollentiæ retulit anno 403. die 29. Martii, deinde pacem ei concessit quibus conditionibus voluit, postremò novam irruptionem meditantis copias ad se allexit, exercituque spoliatum salutem suam fugæ committere coëgit: Radagaisum verò ne quidem elabi passus est; sed divinâ ope profligatum, atque intrà Fesulanos montes conclusum fame, siti, rerum omnium inopiâ confecit, denique captum anno 405. capitis damnavit. Sed perfecto bello, nedum Gallicanos exercitus, quorum operâ usus fuerat, præsidia sua repetere juberet, Barbaros è sedibus suis excivit, atque ut Gallias invaderent ultrò hortatus est, ratus eos in potestate suâ semper fore. Enimverò tum miserrima Galliarum conditio fuit, cum eas Alani, Vandali, Suevi, Burgundiones, Franci certatim depopularentur, opulentissimas urbes diriperent, viros armatos, inermes, fœminas, pueros, præsules ipsos intrà Ecclesias interficerent: quibus malis in dies gravescentibus, tandem exortus est in Britanniâ Insulâ tyrannus, qui barbarorum ferociam comprimeret. Huic Constantino nomen fuit, qui Imperii sede Arelate fixâ anno 407. Hispaniam quoque sibi adjunxit anno 408. Honoriumque ut purpuram fœderis & amicitiæ pignus ad se mitteret, invitum coëgit. Interea eadem propemodum mala, cum Italiæ impenderent, parumper avertit Stilicho, Alarici bellum rursus ostentantis iram ingentibus promissis placando; sed haud multo post coortâ Ticini seditione milites, cum plerosque amicos Stilichonis trucidarunt, tum ab Imperatore, ut in ipsum animadverteret, minaciter petierunt: mox eo Ravennæ cæso, veluti furore perciti atque amentes, etiam Barbarorum qui Romanæ militiæ


nomen dederant, uxores ac liberos ferro persequi cœpere: quam injuriam illi ut ulciscerentur, ad Alaricum claustra Alpium etiam tum insidentem, triginta hominum millia defecerunt. Secuta igitur Italiæ vastatio, Romaque hactenus à bello intacta semel atque iterum obsessa est, nec exitium vim vi repellendo à se removit, verùm ignominiosâ pace redemit; cujus pacis conditionibus cum Honorius stare nollet, tertiâ obsidione pressa Urbs æterna Attalum Imperatorem, jubente Alarico, nuncupavit anno 409. ac postremò capta anno 410. die 24. Augusti, nullum cladis genus non experta est. Actum erat de Imperio in Occidente, nisi Alaricus dum Africam sibi adjungere meditaretur, Consentiæ eodem anno interiisset: Ataülphus huic suffectus, aut militaribus seditionibus conflictatus, aut Honorii promissis delinitus, interea dum Constantius Magister Militum Constantinum Galliarum tyrannum bello persequebatur, denique eo sublato, vel Italiâ exactus est anno 412. vel persuaderi se passus est ut novas sedes in Galliis quærere mallet; deincepsque Italia bellorum expers (nam facilis de Heracliano Africæ tyranno, qui eam invadere conatus est anno 413. victoria fuit) è gravissimis cladibus paulatim emersit: verùm Galliæ & Hispania maximam partem tum amissæ. Hispaniam Alani, Vandali, Suevi, Silingi jam inde ab anno 409. occupaverant: Burgundiones verò proxima Rheno loca insedere anno 413. idemque à Francis factum anno 417. fuisse nonnulli existimant. Quod ad Gothos spectat, hæc ferè narrant Scriptores: Ataülphum cum Italiâ excederet, Gallam Placidiam Honorii sororem secum abduxisse, uxoremque duxisse Narbone anno 414. eundem Jovinum & Sebastianum fratres Galliarum tyrannos sustulisse, & cum pacem ab Honorio non semel petiisset, è Galliis ejectum Hispaniam petiisse, ibique Barcinone interfectum fuisse anno 415. Ataülpho successit Sigericus, huic Vallia, qui pacem cum Honorio fecit, Placidiam & Attalum huic restituit, cum Barbaris Hispaniæ bellum acerrimum gessit, ac denique quicquid in eâ Provinciâ armis quæsiverat, Aquitaniis duabus, alterâ scil. & tertiâ cum Romanis permutavit, & Visigothorum Imperium illic fundavit anno 418. Interea dum Imperium dilacerarent barbari, Honorius varias leges condidit, quæ ad nostram ætatem pervenere, non obscura pietatis & clementiæ ejus monumenta; postquam verò Respublica respirare cœpit, tum malis quæ in eam simul cum barbaris invaserant, radicitus evellendis operam dedit sedulò; deinde Constantium fortissimum Ducem, cui sororem Placidiam nuptum collocaverat anno 417. Kalendis Januarii, Augustum creavit die 8. Februarii anni 421. sed eo fatis functo post menses sex, Romani gravissimam cladem in Hispaniâ accepere à Vandalis anno 422. Simultates deinde inter Honorium & sororem Placidiam ortæ regnatricem domum perturbarunt, hæcque Ravenna exacta Constantinopolim petiit: postremo Honorius hydrope morbo correptus, vivendi finem fecit anno 423. mense Augusto, cum annos 28. & menses aliquot à morte patris imperasset in Occidente. Uxorem duxerat anno 398. Mariam Stilichonis & Serenæ filiam; hac virgine è vivis sublatâ, sororem ejus Æmiliam Maternam Thermantiam duxit anno 408. eodemque anno repudiavit, quod Stilichonis prava in Rempublicam & generum consilia tum denique deprehensa sunt. Utriusque funus Romæ repertum anno 1543. fuisse produnt.

*NUMISMATA*

















F Fritnuer fc.

## NUMISMATA AUREA.

DN HONORIVS P F AVG. Honorius cum galeâ & coronâ gemmatâ à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris galeata ſedens, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ: in imâ parte CONOB. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG A. Figura galeata ſedens, pede dextro proræ navis impoſito, cætera ut ſuprà: in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG I. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *MMA.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG II. Figura ſedens, dextrâ rhabdum, ſiniſtrâ Victoriolam: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Honorius cum galeâ & coronâ gemmatâ à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

CONCORDIA AVGGG. (1) Figura muliebris galeata ſedens, pede dextro proræ navis impoſito, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ: in imâ parte COMOB. *M.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG Z. Typus ut ſuprà, abſque prorâ navis: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG Θ. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Honorius ad pectus dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ tenet.

GLORIA ROMANORVM. (2) Currus triumphalis à ſejugibus tractus, in quo Imperator radiatus, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum tenet: à dextris in areâ Chriſti monogramma: in imâ parte CONOB. *Gretſer. tom.* 3. *de Cruce. MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. à dextris in areâ M. à ſiniſtris D. in imâ parte COMOB. *MB.*

Alius cum N. à dextris, & D. à ſiniſtris in areâ, cum COMOB. in imâ parte. *MB.*

Alius cum R. à dextris, & M. à ſiniſtris in areâ, cum COMOB. in imâ parte. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Honorii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Figura militaris cum galeâ criſtatâ, pede lævo captivum reſupinatum premens, dextrâ innititur labaro, ſiniſtrâ geſtat globum cum Victoriâ quæ coronam ei porrigit: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG Δ. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris M. in imâ parte COMO. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG Δ. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ M. à ſiniſtris Δ. in imâ parte COMOB. *RE.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG A. à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *MB.*

Alius cum S. à dextris in areâ, & H. à ſiniſtris, cum COMOB. in imâ parte. *MB.*

(1) Quo tempore cuſi fuerint nummi Honorii inſcripti, CONCORDIA AVGG. & AVGGG. item VICTORIA AVGG. & AVGGG. conjecturâ aſſequi non poſſumus: primum enim anno 393. quo Imperator appellatus eſt, tres Auguſti fuere, ipſe nimirum cum Theodoſio patre & fratre Arcadio: poſtquam Theodoſius vivendi finem fecit, hoc eſt ineunte anno 395. ſumma rerum penes duos fratres fuit, iſque ſtatus perduravit uſque ad annum 402. quo tertius Auguſtus prodiit Theodoſius Junior: ſed Arcadius mortalitate interceptus eſt Kal. Maii anni 408. an verò ut purpuram fœderis & amicitiæ pignus ad Conſtantinum Galliarum Tyrannum miſit Honorius anno 409. ita etiam rationem ejus velut tertii Auguſti haberi in nummis paſſus fuerit, quis pro certo affirmet? profecto três Auguſti fuere anno 321. à menſe Februario ad menſem Septembrem; tum enim inter Principes numeratus eſt Conſtantius Gallæ Placidiæ maritus; & probabile eſt ejus mentionem factam fuiſſe in nummis. Cæterum qui nummi Honorii ex auro notam ſolitam (*MB.*) non habent, in Mediobarbo deſiderantur.

(2) Nummus hic rariſſimus imò ſingularis eſt. Sic habet de eo laudatus Gretſerus: vidit hunc ipſum, inquit, nummographus, & deſcripſit his verbis. *Currus triumphalis à ſejugibus tractus. Magnus, aureus pond.* 10. *drach. apud Principem Albertum.* Sed quare omittit Chriſti monogramma nitidæ inſtar ſtellæ in hoc numiſmate lucens? Vidimus ectypon ejus argenteum apud Doctorem Albertum Hungerum Academiæ Ingolſtadienſis Procancellarium. Cui non multum diſſimiles illi; de quibus Card. Baronius anno Chriſti CCCC. XVII.

Eadem epigraphe. Caput Honorii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator paludatus stans, dextrâ tenens labarum, sinistrâ sceptrum, pede dextro leonem premit : supernè manus Imperatorem coronans : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COB. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Honorii barbatum & galeatum, ad pectus cum trabeâ.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Honorii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator paludatus stans, & pede lævo captivum resupinatum premens, hastæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ : à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COMOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Imperator ut suprà, dextrâ tenet labarum in quo Christi monogramma, sinistrâ globum cum Victoriolâ : à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà, absque Christi monogrammate in labaro, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fouc. M. MMA. Declesves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Declesves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ N. à sinistris D. in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris M. in imâ parte CONOB. *DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Figura militaris cum galeâ cristatâ, pede lævo captivum resupinatum conculcans, labaro adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Cham.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. Figura militaris, sinistrâ Victoriam, dextrâ labarum, captivum supplantans : in imâ parte CON. OB. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens, dextrâ tenet coronam, sinistrâ globum crucigerum : in imâ parte COM. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Honorii cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà : à dextris in areâ N. à sinistris D. in imâ parte COM. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris M. in imâ parte COM. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà : à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte CON. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte CON. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà, absque literis in areâ : in imâ parte CONOB. *Farnesianus.*

Alius cum B. à dextris, & V. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Quinarius. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria seminuda thoraci insidens à dextris sinistrorsum, clypeo quem unà cum puerulo alato ante ipsam stante sustinet, inscribit VOT X. MVLT XX. à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe. Caput Honorii cum diademate gemmato, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (1) Victoria sedens & puer alatus stans, clypeum cippo impositum tenent in quo VOT X. MVLT XX. à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Vota Decennalia solvit Honorius anno 402. Vicennalia anno 412. Tricennalia anno 422. & in Tricennalibus quidem triumphavit de barbaris ac de Tyrannis, ut infrà ad nummos argenteos dicemus ; nec defuit ratio victorias ejus in Vicennalibus celebrandi, cum anno 412. devicti fuerint Gerontius & Constantinus, prætereaque Ataülphus Italiâ exactus fuerit : verùm anno 402. Italiam ipsam Alaricus depopulabatur, nec inde ejici nisi anno 403. potuit : victoriæ tamen toto decennio relatæ commendari hisce nummis potuere ; de Gildone scil. de Pictis, Scotis, & Saxonibus, de Austuriis & Subafris. Nummi omnes Honorii ex auro in quibus Votorum mentio fit, rari sunt, & desiderantur in Mediobarbo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſedens, & puer alatus ut ſuprà, cum clypeo in quo VOT XX MVLT XXX. à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte CONOB. *Regius. Fouc.*

Eadem epigraphe. Honorius cum ſtemmate criſtato à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo Chriſti monogramma.

VICTORIA AVGVSTORVM. Duæ figuræ galeatæ & togatæ ſpoliis inſidentes, unà tenent clypeum in quo VOT XXX MVLT XXXX. à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS ROMANORVM. MDPS. Roma ſedens dextrâ Victoriolam. *MB.*

Eadem epigraphe. Honorius cum ſtemmate criſtato à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo Chriſti monogramma.

VOT XXX MVLT XXXX. in clypeo quem duæ figuræ galeatæ & tunicatæ thoraci hinc inde inſidentes tenent; infrà inter utramque figuram laurus: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte CONOB. *Regius. Farneſianus.*

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN HONORIVS P F AVG. Caput Honorii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à fronte, vultu dextrorſum converſo, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte PQVR. (ſic) *Fouc.*

Alius cum RVPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Cham. Fontaine. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Figura muliebris typo quo ſuprà, ſed haſtæ ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte RVPS. *Fontaine, Quinarius. Fouc. Cham.*

Alius cum RVQS. (ſic) in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TRIVMFATOR GENT BARB. (1) Imperator habitu militari paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum: in imâ parte MDPS. *Regius, maximi moduli.*

Alius cum RMPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine. Nummus maximi moduli.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. (2) Imperator paludatus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, & captivum proſtratum pede lævo premens, dextrâ innititur labaro, ſiniſtrâ ſuſtinet globum cum Victoriâ: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Victoria tunicata & ſtolata, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in imâ parte RM. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRT ROMANORVM. Figura muliebris galeata & ſtolata ſedens, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte MDPS. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris galeata & ſtolata ſpoliis inſidens à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte AMPS. *Fontaine.*

Alius cum AQPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum MDPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. MDM. Brandenburg.*

Alius cum MRPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Alius cum RVPS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V MVLT X. (3) in laureâ: in imâ

(1) Eadem epigraphe, & idem ferè typus in Conſtantino M. Conſtante, Conſtantio, Valentiniano occurrunt, & quidem potiori jure quàm in Honorio, cujus ætate Barbari maximam Galliarum & Hiſpaniæ partem invaſere, ſedeſque in iis Provinciis fixere; ſed quòd iidem barbari amicitiam ejus deinde quæſierunt, quod Gothos ex Italiâ, ac deinde è Galliis exegit, quod eorundem operâ Silingorum & Alanorum nomen in Hiſpaniâ deletum, idcirco Triumphator Gentium Barbararum dictus eſt, triumphumque de iis Romæ egit anno 412. dum Tricennalia Vota ſolveret. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur ex argento in Mediobarbo, apud quem non extant quicunque ex argento notam ſolitam (*MB.*) non habent.

(2) Nummus etiam hic ex argento cum rarioribus adnumerandus eſt.

(3) Nummi omnes Honorii ex argento, in quibus Votorum mentio fit rari ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

parte MDPS. *Regius*, *maximi moduli*. *Fontaine*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in laureâ : in imâ parte ANT. A. *Fouc.*

Alius cum CONS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. (1) Figura muliebris galeata & ſtolata inſidens ſpoliis; dextrâ tenet globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte RVPS. RE. *Ducang.* *MB.*

(1) Inſcriptionem hanc Arcadio & Honorio propoſitam exhibet Fabrettus pag. 678.

DD. NN. ARCADIVS. ET. HONORIVS
PERPETVI. AVGG. THEATRVM. POMPEI EXTERIORE
AMBITV MAGNA ETIAM INTERIORI VIRTVTE CON
VVLSVM SVBDVCTIS ET EXCITATIS INVICE....

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

HONORIO AVGVSTO. Caput Honorii coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento : à ſiniſtris in areâ Chriſti monogramma.

EVTIMI VINCAS. (1) Quadriga in quâ vir triumphantis ſpecie, coronam dextrâ tenens, lævâ palmam. *Regius.*

Sine epigraphe. Honorius capite nudo, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ equum fræno tenet.

PANNONI. Figura militaris curru à quatuor equis palmatis tracto vectus, dextrâ tenet flagellum, ſiniſtrâ palmam : in imâ parte NIKA. *Ducang.*

HONORIO AVGVSTO. Caput Honorii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum,

(1) De hiſce Honorii Auguſti nummis ſic habet doctiſſimus Ducangius in præſtantiſſimo opere de inferioris ævi numiſmatibus : Longè, inquit, alterius generis ſunt nummi aliquot, ad virorum illuſtrium, qui prioribus ſæculis vixerant, revocandam memoriam cuſi ab Imperatoribus, quorum alii inde *Revocati*, alii *Contorniati*, ab Antiquariis appellantur. Prioris generis multo plures habentur ab ipſomet Auguſto & ſucceſſoribus cuſi, de quibus hîc non eſt ſermo : poſterioris verò tum primùm occurrunt poſt Conſtantini M. ævum, atque adeo circa Honorii tempora, in quibus primas tenet æreus ille Medallio, in cujus antica parte idem Auguſtus *majori habitu faciei* effingitur, ut loquitur Conſtantinus M. in quadam Conſtitutione, cum hac inſcriptione HONORIO AVGVSTO. in poſtica expreſſus conſpicitur vir triumphantis ſpecie, laureâ caput cinctus, dextrâ flagellum, ſiniſtrâ palmam tenens, curru quadrijugo vectus, cum inſcriptione, EVTYMI NIKA, ita ut penè geminus ſit alterius Medallionis, qui à Nerone primùm cuſus eſt, in quo altera facie ipſe effingitur, cum inſcriptione, IMP NERO CAESAR AVG P M. in altera vir eodem habitu, quo ſupra, curru perinde quadrijugo vectus, cujus equi palmis ad capita inſigniuntur, cum hiſce characteribus, EVTYMVS. Qui quidem eximius eſt Olympiæ victor *Euthymius*, ſeu *Euthymus Pycta* Locrenſis, de quo Plinius hæc ait : *Conſecratus eſt vivus ſentienſque ejuſdem oraculi juſſu, & Jovis Deorum ſummi aſtipulatu Euthymus Pycta, ſemper Olympiæ victor, & ſemel victus.* Euthymii iſtius inſignis pugilis meminit præterea Ælianus lib. 7. Var. cap. 47. Hujus autem memoriam revocavit Nero, quòd ille quadantenus inter certaminum Deos Præſides haberetur, utpote conſecratus, quo modo fere Olympionicæ omnes apud Ethnicos pro Diis habebantur, ut auctor eſt Joannes Chryſoſtomus Hom. *66.* ad pop. Antioch. ipſeque Nero Circi certamina plus æquo amaret : non vero, uti conjicit Conſtantius Landus; quòd aurigationi impenſius ſtuduerit, ut de eo teſtatur Suetonius. Non enim Euthymius auriga, ſed pugil, ſeu, ut à Plinio vocatur, *Pycta*, qua etiam voce, eadem notione, utuntur Seneca & Tertullianus : curru vero vehitur, quemadmodum Hieronicæ conſueverant deduci coronati per medium ſtadium, triumphantium ac ovantium ſpecie, palmam deferentes, quæ eorum propria erat. Neronianum Euthymii Medallionem revocavit, ſeu recudit Trajanus Imperator, in cujus facie altera ipſe effingitur, cum hac inſcriptione, TRAIANVS P F AVG. in altera ſimili habitu Euthymius, niſi quòd flagellum dextra tenet, cum in Neroniano ſpiculum, ſed perperam, eidem tribuatur; præterea in Neroniano binæ laureæ invicem colligatæ ſubſint currui, deductæ in latitudinem. In Trajaniano perinde inſcribitur, EVTHYMIVS. Trajanianum ſervat Gazophylacium Regium. Neronianum denique & Trajanianum revocavit etiam, uti diximus, Honorius Imperator; ſed Honorianus in inſcriptione differt ab aliis, cum hæc verba partim exeſa præferat, EVTIMI NICA. Quæ quidem eadem ferme ſunt, quæ Præcones efferre ſolebant, cum quis victor exiſtebat in certaminibus, ut apud Laërtium, Νικᾷ Διώξιππος, & apud Xiphilinum in Nerone, Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα. Inde fluxit familiaris apud Græcos Chriſtianos formula, IC. XC. NIKA, & apud Latinos, CHRISTVS VINCIT, CHRISTVS REGNAT, CHRISTVS IMPERAT, cum ii victorias ſoli Deo adſcriberent : ut & rurſum illa Græcorum, poſt devictum à Conſtantino, virtute Crucis, quam in cœlo, vel in ſomnis, uti vult Lactantius, viderat, Maxentium, σταυρὸς νενίκηκε, de qua egimus. Hinc etiam fortean acclamationes populares ad Imperatorem in Circis, NIKA, *vince*, à qua famoſa illa ſeditio ſub Juſtiniano nomen accepit, quod eſſet τὸ σύνθεμα τῶν δήμων, *teſſera factionum*, ut auctor eſt Evagrius lib. 4. cap. 13. Sic doctiſſimus Ducangius; qui quidem fallitur, dum in hoc nummo NIKA. legit, cum legendum fuerit VINCAS. in ſequenti tamen nummo NIKA. ſcriptum eſt. Cæterum nummi hujus Auguſti omnes ex ære maximi moduli rariſſimi ſunt.

ad pectus cum paludamento : ad latus sinistrum Christi monogramma.

Sine epigraphe. Imperator curru quadrijugo vectus, dextrâ sertum gestat, sinistrâ palmam. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPECIOSVS DIGNVS EVGENIVS ACHILL DESIDEREVS. (1) Vir triumphantis specie curru quadrijugo vectus, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ : in fronte equorum palmæ; in sellâ aurigæ crux. *Regius. De C.*

(1) Nummum hunc paulo aliter legebat Erud. Spanhemius : scil. SPECIOSVS DIGNVS EVGENIVS ACHILLIS SIDEREVS. Mediobarbus etiam dum Spanhemium exscribit, & Christinæ Reginæ nummum laudat, & à Spanhemio, & à nobis diversus est ; hæc est enim apud eum epigraphe : SPECIOSVS DIGNVS EVGENIVS ACHILLES SYDEREVS.

## *NUMISMATA Æ. II.*

DN HONORIVS P F AVG. Caput Honorii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Imperator laureatus ac paludatus vultu sinistrorsum converso stans, labaro adnititur dextrâ, globum verò sustinet sinistrâ : in imâ parte ALEA. *Fontaine.*

Alius cum ALEΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum ANT. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Occo.*

Alius cum ANT. B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Bau.*

Alius cum ANT. Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum CONSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONSΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RE.*

Alius cum SMNΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

DN HONORIVS R L AVG. (sic) Caput Honorii ut suprà.

GLORIA ROMANORVM. (1) Typus ut suprà : in imâ parte ANTΓ. *Hen.*

(1) Nummus rarissimus imò singularis est, ob capitis epigraphen.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN HONORIVS P F AVG. Honorius cum galeâ & coronâ ex margaritis à fronte, ad pectus cum paludamento, dextrorsum, spiculum gestat dextrâ humero dextro, clypeum verò in quo crux sinistrâ.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris galeata & stolata vultu sinistrorsum converso sedens à fronte, pede dextro proræ navis imposito, hastæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ : in imâ parte ANTΓ. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Typus ut suprà, absque prorâ navis ; in imâ parte ANT. Γ. *Fouc.*

Alius cum CONSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum CONST. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum SMNΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG (1) Typus ut suprà : in imâ parte SMKA. *Regius.*

Eadem epigraphe. Honorius cum stemmate cristato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum cui insculptus eques.

DN HONORIVS P F AVG. Caput Honorii ut suprà ; sed in clypeo insculpta crucicula. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Honorii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

EXAGIVM SOLIDI. (2) Figura muliebris stans dextrâ tenet bilancem, sinistrâ cornucopiæ. *Regius. Ducang.*

(1) Vide quæ ad nummos similes aureos adnotavimus. Nummus hic desideratur in Mediobarbo, & rarus est ; sequens verò inter rariores recensendus.

(2) Hunc rarissimum imò singularem Honorii nummum in æs incisum exhibuit olim Ducangius ex Gazophylacio RR. PP. Canonicorum Regularium S. Genovefæ Paris. nunc in Regio Thesauro asservatur. De eodem autem nummo seu Exagio sic habet laudatus vir doctissimus in Differt. de inferioris ævi Numis-

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum, in quo nominis Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum : in imâ parte ANTΔ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà, abſque nominis Chriſti monogrammate in labaro : in imâ parte ALEB. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ Chriſti monogramma, à ſiniſtris Γ. in imâ parte CONSΔ. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum : in imâ parte ANTΔ. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (1) Imperator equo inſidens, dextrâ elatâ coronam oſtentat : in imâ parte ANTΓ. *Regius.*

Eadem epigraphe. Honorius cum galeâ & coronâ ex margaritis à fronte, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum in quo crux.

GLORIA ROMANORVM. Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextram expanſam attollit, equum verò regit ſiniſtrâ : in imâ parte ALEΔ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Honorii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut ſuprà : in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum SMKЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à dextris in areâ ſtella.

GLORIA ROMANORVM. (2) Figuræ duæ paludatæ ſtantes ex adverſo, unâ globum tenent, altera manu haſtæ adnixæ : in imâ parte ANTA. *Fouc.*

Alius cum SMNP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Tres figuræ militares, quarum media minor, haſtæ adnituntur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenent ſiniſtrâ : in imâ parte ALE. Δ. *Fouc.*

Alius cum ANTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

matibus n. LXXVII. Solidi porro, inquit, *exagium*; ſeu pondus, inter Honorii nummorum typos in noſtro de Stemmatibus Byzantinis opere ex Gazophylacio RR. PP. Canonicor. Regular. S. Genovefæ Pariſ. delineari curavimus, ejuſdem Auguſti nomine, & Exagii appellatione inſcriptum. Eſt autem *exagium* certæ ponderationis genus, inquit Cujacius. Hinc in Gloſſis Græco-Latinis pro quavis penſatione ſumitur : ἐξάγιον, *penſatio.* Et ἐξαγιάζω, *examino, perpendo.* SVB EXAGIO PECORA VENDERE, in veteri inſcriptione apud Gruterum. Caſſianus Coll. 1. cap. 22. *Sine illa, quorum pondus & pretium ærugo vanitatis arrodens exagio ſeniorum adæquari non ſinit.* Et Zeno Veronenſis Serm. ad Neoph. 6. *Habetis aginam, exagium facite, quemadmodum vultis ponderate.* Ab exagio formata vox *exagella*, pro legitima & ad trutinam examinata parte hæreditatis, apud Ennodium in Vita B. Epiphan. Epiſc. Ticin. & *Exagellario titulo* relinquere vel poſſidere, id eſt, penſato & æquato, in Regula Magiſtri cap. 91. Ad exagium vero ſolidi pertinet Novella Theodoſii Junioris & Valentiniani de pretio ſolidi : *De ponderibus quoque ut fraus penitus amputetur, à nobis aguntur exagia, quæ ſub interminatione ſuperius comprehenſa ſine fraude debeant cuſtodiri.* Atque ea ſunt exagia ſolidorum, quibus inſcripta erant Auguſtorum nomina, ut in Honorii exagio. Inde poſtmodum invaluit, ut id vocabuli pro ipſo ſolidi pondere uſurpatum fuerit, quia ſolidus ſexta pars unciæ fuerit : ut apud Zonaram, ſcribentem Nicephorum Phocam Imperatorem monetam imminuiſſe, cum hactenus quodvis numiſma, id eſt, ſolidus aureus, exagium penderet, μέχρι ἐκείνου, παντὸς νομίσματος ἐξάγιον σταθμὸν ἕλκοντος. Exagium igitur uſurpatum pro ſolido, ſeu ſolidi pondere : ex quo Saladinus libro de Ponderibus, ſolidum ſolo nomine differre ab exagio ait, ut & Poëta inferioris ævi in Gloſſario laudatus : atque hac notione paſſim occurrit apud Conſtantinum Africanum Medicum, qui ſub Alexio Comneno vixit. Exagii etiam crebra eſt mentio apud Anonymum de Ponderibus Nicandro ſubjectum : ubi ϛάγιον ſcribitur, voce contractâ ex ϛ', quæ ἐξ ſignificat, & ἄγιον, licet non ab ἐξ deducatur, quod pridem ab aliis animadverſum. Hujus porro quod Honorii nomen præfert, & Magni Peireſcii, poſtea V. C. Achillis Harlæi Regii in Supremo Senatu Pariſienſi Procuratoris fuit, nunc eſt RR. PP. Canonicorum S. Genovefæ Pariſienſis, & grana ex noſtris. . . . appendit : ejus figuram jam antea delineari curaverat Buteroüs in Nummis Francic. ſic doctiſſimus Ducangius. Cæterum hæc epigraphe in hoc Auguſto tantùm occurrit.

(1) Nummi Honorii cum hoc & ſequenti typo inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Nummi hujus Auguſti cum hoc etiam typo inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo; cum ſequenti verò haud omnino obvii ſunt.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, absque stellâ in areâ.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: in imâ parte ANTB. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (1) Figuræ duæ militares galeatæ & paludatæ stantes, alterâ manu hastas tenent, alterâ innituntur clypeis humi positis: in imâ parte SMKA. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA.... Imperator stans inter duos captivos: in imâ parte SMR... *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. (2) Victoria tunicata ac succincta, gradiens à sinistris dextrorsum, trophæum gestat humero dextro, captivum verò manibus post tergum revinctis genuflexum, capite apprehensum tenet sinistrâ: in imâ parte AQS. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Imperator laureatus & paludatus vultu sinistrorsum converso stans, labaro adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ: à sinistris Victoria tunicata & succincta stans, capiti ejus coronam lauream imponere parat, palmæ verò ramum gestat sinistrâ: in imâ parte ANT. *Fouc.*

Alius cum ANT. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*

Alius cum ANTB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ANTΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum CONSΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. Imperator hastæ adnixus dextrâ, cætera ut suprà: in imâ parte ANTΔ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITVS. Typus ut suprà: in imâ parte ANTP. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA FELIX. (3) Imperator laureatus ac paludatus vultu sinistrorsum converso stans, labaro adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ OF. à sinistris T. in imâ parte SMROM. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA FELIX. Imperator capite galeato, cætera ut suprà: à dextris in areâ OF. à sinistris P. in imâ parte SMROM. *Fontaine.*

Alius cum Q. à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

(1) Nummus hic & sequens cum rarioribus adnumerandi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic Honorii cum rarioribus adnumerandus est. Similis habetur apud Mediobarbum, sed malè descriptus. Vide nummos huic simillimos in Arcadio, & Theodosio patre.

(3) Vide quæ ad nummum huic similem Arcadii adnotavimus. Nummi hi inter rariores recensendi sunt.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

DN HONORIVS P F AVG.

GLORIA ROMANORVM. ANTA. Tres militares figuræ stantes, quarum media aliis minor est.

Eadem epigraphe.

GLORIA ROMANORVM. ANTA. Figura militaris dextrâ labarum, sinistrâ globum.

Alius cum CONSI. eodem typo.

Alius cum MNT. eodem typo.

Alius cum SAMNT. eodem typo.

Eadem epigraphe.

SALVS REIPVBLICAE. AQS. Figura gradiens captivum crinibus trahens.

Eadem epigraphe.

TRIVMFATOR GENT BARB. (1) Imperator stans, dextrâ labarum, sinistrâ globum, ad cujus pedes captivus manibus post tergum revinctis.

Alius cum KADPS. eodem typo.

Eadem epigraphe.

TRIVMFATOR GENTT BARBAR.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGVSTORVM. COM. Victoria gradiens, dextrâ sertum, sinistrâ globum cum cruce.

Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCIT. Victoria Imperatori

(1) Vide quæ ad nummum argenteum cum eadem epigraphe, sed typo paululum diverso supra adnotavimus. Nummi hi inter rariores recensendi sunt.

tori lauream imponens.

Eadem epigraphe.

VIRTVS EXERCITVS. (1) Duæ figuræ.

Eadem epigraphe.

VOT X MVLT XX. CONS. in laureâ.

Eadem epigraphe.

VRBS ROMA FELIX. OFQSROM. Imperator dextrâ trophæum, finiſtrâ globum cum Victoriâ quæ eum coronat.

(1) Nummum hunc Honorii rariſſimum exhibet Mediobarbus ex Patini Indice.

# MARIA.

MARIA Stilichonis & Serenæ filia, Honorio nupſit anno 398. Mediolani, adoleſcenti impubi nondum nubilis; & virginitate nondum delibatâ, ut quidem ferunt, fatis functa eſt ante annum 408. Funus ejus Romæ repertum anno 1543. fuiſſe produnt, & cadaver quidem ſtatim evanuiſſe, at è veſtimentis ſex & triginta auri pondo collecta.

# THERMANTIA.

ÆMILIA MATERNA THERMANTIA, altera Stilichonis & Serenæ filia, altera etiam uxor fuit Honorii, cui nupſit anno 408. ſed eodem anno, cum prava Stilichonis in Rempublicam & generum conſilia detecta fuiſſent, Thermantia repudiata, matri, quæ inceſtas nuptias conciliaverat, reſtituta eſt; & reliquum ætatis Romæ degit. Scribit Zoſimus eam patri haud diù ſuperſtitem fuiſſe; verùm Chronicon Alexandrinum teſtatur, mortis ejus nuntium Conſtantinopolim perlatum fuiſſe die 30. Septembris anni 415. Funus ejus, perinde atque ſororis, conditum in Vaticano, ubi repertum eſt anno 1543. & quidem imperialibus veſtimentis ornatum.

# CONSTANTIUS.

CONSTANTIUS vir fortiſſimus, exercitibus impoſitus ab Honorio anno 411. Galliarumque tyrannos ſtatim adortus, primùm Gerontium exercitu ſpoliavit, mox Conſtantinum Arelate obſeſſum vivum cepit, deinde Ataülphum Gothorum Regem Italiâ ejecit, pacemque nequicquam petentem acerrimè perſecutus; poſtremò hoc interfecto anno 415. Placidiam Honorii ſororem huic nuptam recepit, ipſeque eam uxorem duxit anno 417. dum alterum Conſulatum auſpicaretur, ſuſceptiſque ex eâ liberis duobus, Juſtâ Gratâ Honoriâ & Pla. Valentiniano, Auguſtus nuncupatus eſt anno 421. die 8. Februarii; ſed eodem anno morbo correptus, vivendi finem fecit die 2. Septembris, cum ſeptimum Imperii menſem nondum abſolviſſet.

*Hunc Conſtantii nummum æreum profert Mediobarbus è Strada; ſed Conſtantio Chloro tribuendus videtur.*

DN CONSTANTIVS NOB C. Caput Conſtantii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOT. in laureâ.

T.

# MARCUS.

MARCUS primus Tyrannorum Honorii Imperio fuit : ſed nec de ejus patriâ, & natalibus quicquam Scriptores tradiderunt ; nec ſatis conſtat quibus muneribus antea functus, militum benevolentiam ſibi conciliaverit, tametſi probabile eſt copiarum militarium Ducem in Britanniâ fuiſſe, ibique repellendo aut Scotos aut Saxones, fortibus factis inclaruiſſe : ideo enim Imperatorem dictum ferunt à Britannis, quod vererentur, ne ut Gallias, ita etiam Inſulam illam Barbari invaderent, nec ulla ſpes ſupereſſet in Honorio. Utut ſit Auguſtus nuncupatus eſt vel anno 407. vel etiam antea ; ſed adeo breve ejus Imperium fuit, ut ejus ne meminerint quidem Latini Scriptores : interfectus ſcilicet ab iiſdem militibus, qui mores quos in Duce probaverant, ferre non potuerunt in Principe.

# GRATIANUS.

GRATIANUS alter Honorii ætate tyrannus, Marco cui ſuffectus eſt haud multo felicior, cum quatuor fermè menſes in Britanniâ Inſulâ, è quâ oriundus erat, imperaſſet, militum libidinem perinde atque deceſſor ſanguine luit.

# CONSTANTINUS.

FLAVIUS CLAUDIUS CONSTANTINUS miles, & ob ſolam ſpem nominis militibus acceptus, purpurâ in Britanniâ Inſulâ ſumptâ anno 407. Gallias univerſas ad authoritatem ſuam ſtatim adduxit, & Imperii ſedem Arelate fixit. Primum huic bellum fuit cum Duce Honorii Saro, cujus primam impreſſionem vix ſuſtinuit, ſed receptis viribus eundem è Galliis ejecit ante menſem Maium anni 408. Eâdem tempeſtate Barbaros qui Gallias infeſtabant devicit, mox fœderibus initis ſibi adjunxit ; nec eum deſtituit fortuna in Hiſpaniâ, quam in officio continere conabantur Didymus & Verinianus Honorii cognati ; horum enim copiæ à Conſtante Tyranni filio, olim Monacho, tum Cæſare fuſæ fugatæque ; ipſi in hoſtium poteſtatem venere, & incertum an contra datam fidem, certè clam & occultè trucidati ſunt. Legatos deinde ad Honorium Conſtantinus miſiſſe fertur ineunte anno 409. per eoſque petiiſſe, ut oblatam ipſi dignitatem ultrò quàm vi confirmare mallet : poſtquàm verò in Principe nullam moram eſſe vidit, purpuramque ab eo accepit, tùm etiam ſpe conceptâ Italiam per occaſionem tumultuum quibus concuſſa erat invadi poſſe, auxilium etiam Honorio obtulit, eamque expeditionem jam parabat, cum Gerontium quem exercitibus Hiſpanicis impoſuerat, rebellaſſe, & Maximo cuidam Imperialia ornamenta induiſſe accepit. Exinde Tyranni res dilabi cœpere ; interea enim dum Conſtans, quem

Augustum paulo ante creaverat delectus ageret, plerasque Galliarum urbes cepere Barbari, mox Pyrenæos montes transgressi anno 409. mense Septembri aut Octobri, Hispaniam depopulati sunt, ac denique fœdere cum Gerontio inito, Vandali & Suevi in Callæciâ, Alani in Lusitaniâ & Contestaniâ, Silingi in Bœticâ sedes fixere. His accessit Britanniæ Insulæ, & Aremoricæ, ut vocant, Provinciæ defectio; has enim non consentiente solùm, verùm etiam hortante Honorio novas Respublicas condidisse produnt Scriptores: ita tamen ab incœptis non destitit Constantinus, ut etiam Constantem bellum Gerontio inferre juberet, ipse alieni Imperii invadendi, quàm sui tuendi cupidior, Honorium anno 410. ultrò adoriretur: sed auditâ Allobici Comitis Domesticorum, quîcum proditionis consilia consociaverat, cæde, in Gallias regressus est, nec multo post fugatum ex Hispaniâ Constantem Gerontius Viennam usque persecutus interfecit anno 411. Constantinumque ipsum Arelate obsedit. Eâ tempestate Honorius Constantium fortissimum virum exercitibus imposuit, rerumque usu edoctus Imperium tandiu Barbarorum impressionibus impar fore, quandiu à Tyrannis distraheretur, hunc Gerontium simul & Constantinum bello persequi jussit. Enimverò facilis de illo victoria fuit, quippe à suis deserto, simul atque de adventu Constantii certiores facti sunt; sed Constantinus cum speraret Edobicum brevi affore cum ingentibus Barbarorum auxiliis, obsidionem quatuor menses sustinuit, atque ubi Edobicum cæsum, omnesque salutis vias interclusas vidit, dato nomine militiæ cœlesti, Sacerdosque ordinatus, deditionem ad Constantium una cum Juliano altero filio tandem fecit, cum quatuor circiter annos imperasset, trigesimoque à Ravenna milliario contrà jurisjurandi fidem interfectus est. Ejus & filii capita hastæ affixa, & Ravennam delata fuisse die 18. Septembris anni 411. Idatius prodit.




## *NUMISMATA AUREA.*

D N CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini Tyranni cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento, margaritis ornato.

VICTORIA AVGG. Imperator paludatus stans sinistrorsum spectat, & captivum sinistro pede premens, dextrâ tenet labarum, sinistrâ globum cum Victoriâ à quâ coronatur: in imâ parte TROAS. *Regius.*

Alius cum TROBS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. (1) *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ A. à sinistris R. in imâ parte KONOB. *Regius. Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. MDCOMOB. Typus ut suprà. *MB.*

FL CL CONSTANTINVS AVG. Caput Constantini cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento.

(1) Nummum hunc Constantini tyranni refert Ducangius, & ex eo Mediobarbus inter numismata Constantini Magni: at non solum vultus ipse, verum etiam corona ipsa, paludamenti forma, & ornatus ex margaritis quæ in paludamento cernuntur, quin & nummi fabrica, epigraphe partis aversæ & typus ipse & literæ in imo expressæ manifesto declarant, nummum hunc non ad Constantinum Magnum, sed ad Tyrannum spectare. Cæterum hujus Principis nummi ex auro rari sunt; & duo tantùm, qui notam solitam (*MB.*) habent, apud Mediobarbum reperiuntur.

VICTORIA AAVGGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ A. à sinistris R. in imâ parte CONOB. *DC.*

DN CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini ut suprà.

VICTORIA AAVGGG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ : in imâ parte KONOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AAVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ L. à sinistris P. in imâ parte COMOB. *Fontaine.*

DN CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini cum coronâ ex gemmis & lauro, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGGG. Typus ut suprà : à dextris in areâ L. à sinistris D. in imâ parte CONOB. *MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AAAVGGGG. (2) Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ : in imâ parte COMOB. *Fontaine.*

(1) Nummus hic Constantini Tyranni, qui Augustorum quatuor mentionem facit, ratissimus est, nec apud Mediobarbum extat. Constantinum ferunt nomen suum referri in Fastos jussisse anno 409. perinde atque si Consul cum Honorio processisset, in eoque exemplum secutus est Eugenii Tyranni, qui se Consulem cum Theodosio nominaverat, tametsi nullum fœdus inter eos intercessisset : quamobrem dum tres Augusti in superioribus nummis memorantur, haud dubium quin Honorius, Theodosius Jun. & Tyrannus ipse intelligi debeant : postquam verò Constans Constantini filius Imperator appellatus est, tum quatuor Augusti numerari in Galliis cœpere ; sed anno 410. pacem turbavit Constantinus ipse, Italiamque adortus est, eoque tempore probabile est aliorum rationem haberi desiisse in nummis, inter quos idcirco tres extant inscripti, VICTORIA AVGG. Inscriptionem quæ Constantini primum Consulatum cum octavo Honorii Consulatu conjungit, exhibuit Scaliger lib. v. de Emend. Temp. pag. 516. Ea Treviris extare dicitur.

ΕΝΘΑΔΕ. ΚΕΙΤΑΙ. ΕΥCΕΒΙΑ. ΕΝ. ΕΙΡΗΝΗ. ΟΥCΑ. ΙΕΡΟΚΩ
ΜΗΤΙS. ΑΠΟ. ΚΩΜΗC. ΑΔΑΝΩΝ. ΖΗCΑCΑ. ΜΙΚΡΟΝ.
ΠΡΟC. ΕΤΩΝ. ΙΕ. ΥΠΑΤΕΙΑ. ΟΝΩΡΙΟΥ. ΤΟ. Η. ΚΑΙ.
ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ. ΤΟ. Α. ΜΗΝΙ. ΠΑΝΕΜΟΥ. ΙΒ. ΗΜΕΡΑ.
ΚΙ. Β. ΕΝ. ΕΙΡΗΝΗ.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (1) Figura muliebris stolata, spoliis insidens à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ : in imâ parte.... *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AAVGGG. (sic) Typus ut suprà : in imâ parte CONT. *Fouc.*

Alius cum SMAR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum SMLD. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AAAVGGGG. (sic) Typus ut suprà : in imâ parte SMLD. *Fouc. MDM.*

(1) Hujus Principis nummi ex argento rarissimi sunt, nec extant apud Mediobarbum. Vide quæ ad nummos ejus aureos adnotavimus.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN CONSTANTINVS P F AVG. Caput Constantini Tyranni diademate ex lapillis & margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. (1) Imperator laureatus & paludatus pede lævo captivum supinum premens, dextrâ labaro innititur, sinistrâ Victoriæ signum globo impositum sustinet : à dextris in areâ A. à sinistris R. in imâ parte KONOB. *Ducang.*

(1) Nummum hunc Ducangius retulit inter Numismata Constantini Magni, eumque Mediobarbus exscripsit ; sed cum simillimus sit aureo, quem paulò superiùs descripsimus ; quod in eum diximus, ut ostenderemus ad tyrannum hunc pertinere, id in hunc etiam nummum quem nescio, an ad exemplum aurei fusus sit, dictum puta. Nummus rarissimus.

# CONSTANS.

CONSTANS Constantini Galliarum Tyranni filius, cum in his qui incultam & solitariam vitam amplectuntur nomen suum professus fuisset, postea Cæsarem se creari à patre passus est anno 408. statimque exercitibus impositus Hispaniam paterno Imperio adjecit, & mox Augustus appellatus est; sed cum eandem Provinciam à Maximo, aut veriùs à Gerontio occupatam armis reposceret, inde ejectus, gravissimisque cladibus afflictus in Galliis ipsis, postremò Viennæ interfectus est anno 411.

# MAXIMUS.

MAXIMUS quoque inter Tyrannos hujus ætatis numerari solet, quia huic antea Domestico Gerontius Britannus, cum à Constantino & Constante defecisset, purpuram induit anno 409. sed Virum modestum, & ab ambitione alienum fuisse, ideoque interea dum Gerontius summa imis misceret, Tarracone substitisse Orosius tradit: cum verò importunus ille & perfidus vir à suis destitutus vitæ suæ vim intulisset, Maximus vanis ornamentis depositis, salutem suam fugæ mandavit, adhucque anno 417. verùm inter barbaros, & summâ inopiâ vivebat. Postea tamen interfectum fuisse prodidit Sozomenus; quapropter Erud. Valesius censuit hunc haud diversum esse ab eo Maximo, quem Tiro Prosper scripsit rebellasse in Hispaniâ anno 419. tres ferme annos imperasse, postremo captum una cum Jovino, rebellionis pœnas sanguine luisse anno 422. cum antea Ravennam in Tricennalibus Honorii circunductus fuisset.

# JOVINUS.

JOVINUS, Gallorum omnium nobilissimus, hortantibus Goaro Alanorum Rege, & Gundicario Burgundionum Principe, purpuram Moguntiaci sumpsit anno 411. statimque maximam Galliarum partem sibi adjunxit: sed cum anno sequenti Gothorum Rex Ataülphus relictâ Italiâ Gallias petiisset, simultates inter eos exortæ, cum Jovinus ejus consilia aspernatus Sebastianum fratrem in Imperii consortium adscivisset, in apertum bellum prorupere, quod duobus Tyrannis exitiabile fuit. Ataülphus enim animi impotens, & quem præterea ad iram irritabat Dardanus acer & pervicax Jovini inimicus, amicitiam suam Honorio statim obtulit certis conditionibus, quas ubi ille accepit, Sebastianum primum Narbone interfecit, deinde Jovinum Valentiæ obsessum vivum cepit, tradiditque Dardano, qui perduellionis pœnas ab eo repetiit anno 413.



## NUMISMATA AUREA.

DN IOVINVS P F AVG. Caput Jovini cum coronâ ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIP. (1) Imperator habitu militari ſtans, & pede lævo captivum premens, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ: à dextris in areâ T. à ſiniſtris R. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Jovini cum coronâ ex lauro & gemmis, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIP. Typus ut ſupra, abſque literis in areâ: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. S. MIR. *MB.*

Alius cum TR. M. S. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIAE AVGGG. S. I. I. L. D. (2) Figura ſedens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam puram. *MB.*

Eadem epigraphe.

VOT V MVLT X. in coronâ quâdam. *MB.*

(1) Vanitatem hominis nemo non videt, qui ſe Reſtitutorem Reipublicæ idcirco dici voluit, quòd Galliarum partem invaſiſſet, & quidem ope Barbarorum qui Rempublicam dilacerabant; verum illius ætatis Monetarios, an Principes ſuos veris laudibus, modo magnis, efferrent, parum curaſſe haud ſemel monuimus. Cæterum hujus Principis nummi ex auro rariſſimi ſunt.

(2) Jovinum ſtatim atque purpuram ſumpſit pro ſolo Auguſto haberi voluiſſe, deinde verò rationem quoque Honorii & Theodoſii Jun. haberi in nummis ſiviſſe, demonſtrant hi nummi rariſſimi, niſi fortè qui Victoriam Auguſti unius præferunt, poſt Sebaſtiani cædem cuſi ſint; quo tempore Jovinus ſpem pacis ab Honorio impetrandæ amiſerat: hoc enim eo probabilius eſt, quòd deinde in argento ſunt nummi inſcripti VICTORIA AVGG. proculdubio Jovini & Sebaſtiani, in quo ſimiles occurrunt; ut appareat jam tum à Tyrannis repudiatam ſocietatem Imperii cum legitimis Principibus.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN IOVINVS P F AVG. Caput Jovini coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR REIP. (1) Figura muliebris galeata & ſtolata, ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte CON. *Ducang. MB.*

Alius cum KONT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Fontaine, Quin.*

Alius cum SMLP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR REIP. (1) Imperator paludatus ſtans, pede dextro hoſtem calcans, dextrâ Victoriæ ſignum ſuſtinet, ſiniſtrâ adnititur labaro: in imâ parte KONT. *Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (3) Figura muliebris galeata & ſtolata, ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte ANT. *Cham.*

Alius cum SMLD. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum SMLO. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum SMLP. in imâ parte, eodem

(1) Vide quæ ad nummum ejus aureum cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo adnotavimus. Hæc epigraphe cum hoc typo conjuncta tum primum occurrit.

(2) Nummus hic rariſſimus eſt ex argento, & deſideratur in Mediobarbo.

(3) Vide quæ ſuprà ad nummos aureos inſcriptos VICTORIAE AVGGG. monuimus.

typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum TRCDV. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum TRMS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*


DN IOVINVS P F AVG. Caput Jovini coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VOTIS V MVLTIS X. (1) in coronâ: in imâ parte LVG. *Bau.*

(1) Licet hujus Principis nummi omnes rari omnino sint, hic tamen rarissimus imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo, apud quem non extant quotquot notam solitam, (*MB*) non habent.

## SEBASTIANUS.

SEBASTIANUS Jovini frater, Augustus ab eo nuncupatus anno 412. sequenti anno Narbone interfectus est ab Athaülfo Gothorum Rege; ejusque caput, perinde atque fratris, Carthaginem perlatum est.



### NUMISMATA ARGENTEA.

DN SEBASTIANVS P F AVG. Caput Sebastiani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (1) Figura muliebris galeata ac stolata, sedens à sinistris dextrorsum, dextrâ globum cum Victoriâ, sinistrâ hastam tenet: in imâ parte CON. *Ducang.*

Alius cum KONT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Sebastiani juvenile laureatum.


VICTORIA AVGG. Figura turrita sedens, dextrâ Victoriolam cum laureâ, sinistrâ hastam: in imâ parte CONT. *MB.*

(1) Nummi Sebastiani rarissimi sunt. Vide quæ ad nummos Jovini ejus fratris adnotavimus.

## PRISCUS ATTALUS.

FLAVIUS PRISCUS ATTALUS, in Ioniâ natus, Senator Romanus, legationibusque ad Honorium, & variis muneribus functus, anno 409. Comes Sacrarum Largitionum, Præfectus Urbi, postremò Imperator à Romanis, jubente Alarico Gothorum Rege, qui æternam Urbem obsidione tum premebat, appellatus est. Hunc in veteri superstitione educatum, deinde Christianorum sacris initiatum à Sigesario Gothorum Præsule Ariano; Ethnicis tamen juxtà atque Arianis acceptum fuisse produnt. Postquam summæ potestatis umbram adeptus est, Alaricum, penes quem Imperii vis erat, Magistrum Militum, Ataülphum Comitem Domesticorum fecit, cætera officia Romanis distribuit, mox Africam sibi adjungere conatus est

ſemel atque iterum ; ſed cum ad tertiam expeditionem Gothorum armis uti nollet, prætereaque tumidiores ſpiritus quàm pro præſenti rerum conditione gereret, Alaricus arrogantiæ ejus & imperitiæ pertæſus, eum Imperio depoſuit anno 410. deindeque reſumptâ ſæpius, ac depoſitâ purpurâ, cum in Italiâ & Galliis, tùm etiam in Hiſpaniâ, quò eum Gothi ſecum duxerant, mimum Auguſti itentidem egit uſque ad annum 416. quo denique Romanis traditus à Vallia Gothorum Rege, dextrâque manu præcisâ, in Liparam inſulam relegatus eſt, cum eum antea in triumpho duxiſſet Honorius.




## NUMISMATA AUREA.

PRISC ATTALVS P F AVG. Caput Priſci Attali cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMA AETERNA. Figura galeata & ſtolata ſedens, dextrâ tenet Victoriam orbi inſiſtentem, ſiniſtrâ haſtam gerit : à dextris in areâ R. à ſiniſtris M. in imâ parte COMOB. *MMA.*

PRISCVS ATTALVS P F AVG. Caput Priſci Attali cum diademate gemmato, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMA AETERNA. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius. Farneſianus.*

Alius cum ſtellâ in areâ ſuprà M. eodem typo utrâque ex parte. *RE. Ducang. MB.*

PRISCVS ATTALVS P F AVG. in alio FL PRISCVS..

INVICTA ROMA AETERNA. Typus ut ſuprà, abſque literis & ſtellâ in areâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

Alius cum M. B. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum R. B. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

PRISCVS ATTALVS P F AVG. Caput Priſci Attali coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMA AETERNA. Figura ut ſuprà, dextrâ tenet Victoriolam, ſiniſtrâ innixa haſtæ ferratæ inverſæ : à dextris in areâ R. à ſiniſtris M. & ſuprà ſtella : in imâ parte COMOB. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Priſci Attali coronâ ex lauro & gemmis ornatum, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMA AETERNA. (1) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis & ſtellâ in areâ : in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

IMP PRISCVS ATTALVS P F AVG. Caput Priſci Attali cum diademate gemmato, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTIO REIP. (2) Imperator paludatus dextrâ tenens labarum, ſiniſtrâ figuram muliebrem ſublevans : à dextris in areâ N. à ſiniſtris B. in imâ parte COMOB. *Regius.*

PRISCVS ATTALVS P F AVG. in alio FL PRISCVS.

NOVA ROMA RN. (3) *MB.*

(1) Ridicula hæc epigraphe & inſolens haud minus quàm ſequens : egregium ſcil. reſtitutorem Reipublicæ, quem Gothorum Rex acerrimus Imperii inimicus Imperatorem creaverat, purpuramque ſumere aut deponere pro rerum conditione, & libidine ſuâ jubebat. Invictam verò & æternam urbem, quæ jam ter obſeſſa, exitium imminens remorata fuerat, barbarorum juſſis obſequendo, ſeſeque divitiis ſuis penè exhauriendo : & tamen hæ epigraphe illâ ætate excogitatæ ſunt ; nam antea non occurrunt : nummus ſequens rariſſimus eſt, nec apud Mediobarbum extat, in quo deſiderantur quicunque notam ſolitam, (*MB*) non habent.

(2) Nummus hic cum ob epigraphen averſæ partis rariſſimus, tùm ob capitis epigraphen, quæ Attalo Imperatoris titulum tribuit, ſingularis eſt.

(3) Nova eſt hæc epigraphe, ſed non minus quàm ſuperiores inepta : nummum hunc rariſſimum Mediobarbus exhibet ex Occone. Cæterum hujus Principis nummi ex auro rari ſunt.

*NUMISMATA*

## NUMISMATA ARGENTEA.

PRISCVS ATTALVS P F AVG. Caput Prisci Attali coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMA AETERNA. Figura muliebris galeata sedens à fronte, vultu pariter à fronte, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ: à dextris in areâ R. à sinistris stella & M. in imâ parte COMOB. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

INVICTA ROMA AETERNA. Figura muliebris galeata ac stolata, insidens thoraci à sinistris dextrorsum, dextrâ globum cum Victoriâ tenet, sinistrâ hastam: in imâ parte PST. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Prisci Attali cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMANORVM. (sic) (1) Typus ut suprà: in imâ parte PST. *Regius.*

PRISC ATTAL.

VICTORIA AVGG. (2) Victoria gradiens. *MB.*

(1) Epigraphe nova: nummus rarissimus imò singularis est, & desideratur apud Mediobarbum, apud quem non extant quicunque notam solitam, (*MB.*) non habent. Nummi hujus Principis omnes rari omnino sunt.

(2) Nummum hunc rarissimum exhibet Mediobarbus è Schedis Jacobi Sponii; sed quis alter Augustus cum Attalo hîc memoretur, fateor me nescire: fortè cum Italiâ excessisset Ataülphus Gothorum Rex, fœdusque cum Jovino iniit, anno 412. purpuram resumpserat Attalus, ideoque hujus & Jovini nomine cusus est hic nummus.

## NUMISMATA Æ. III.

D ATTALVS PRISCVS P F AVG. Caput Prisci Attali coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. (1) Imperator stans, dextrâ captivum capite apprehensum tenet, sinistrâ labarum: in imâ parte... *Bau.*

..................

INVICTA ROMA AETERNA. *MB.*

PRISCVS ATTALVS P AVG. Caput Prisci Attali cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA ROMANORVM. Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: à sinistris in areâ ϵ. *Regius.*

PRISCVS ATTALVS P F AVG. Caput Prisci Attali ut suprà.

VICTORIA ROMANORVM. (2) Typus ut suprà, absque literis in areâ. *Ducang. MB.*

(1) Licet hujus Principis nummi omnes rari omnino sint, hic tamen rarissimus imò singularis est, nec extat apud Mediobarbum. Vide quæ ad nummos ejus aureos diximus.

(2) Victoriam Romanorum idcirco fortasse Attalus in nummis prædicavit, quod Gothorum Principum primum Alaricum Magistrum Militum fecerat, alterum Ataülphum Domesticorum Comitem; sed quas illi victorias retulere, de legitimo Romanorum Imperatore, adeoque de Romanis ipsis retulere.

# HERACLIANUS.

HERACLIANUS Honorio acceptus, quia Stilichonem interfecerat, Comes Africæ factus anno 408. maximo huic adjumento in rebus afflictis fuit; eam enim Provinciam ab Attalo semel atque iterum tentatam in officio continuit, tyranni copias internecione occidit, pecunias Principi diligentissimè subministravit, ideoque Consul in annum 413. designatus est: sed cum rem suam non minus strenuè quàm publicam gessisse insimularetur, ne rationes ad ærarium deferret, rebellavit in ipso Consulatu, comparatâque ingenti classe, Italiam statim adortus est. Porro facillimam de eo victoriam fuisse tradunt; imò sunt qui scribant, tyrannum, audito Comitem

Marinum contrà ſe miſſum eſſe, ſalutem ſuam, nondum editâ pugnâ, fugæ commiſiſſe: verum Idatius auctor eſt, Otriculi decertaſſe Romanas acies, & quinquaginta rebellium millia cæſa. Utut ſit, ſatis conſtat Heraclianum unâ navi vectum Africam repetiiſſe, comprehenſum Carthagine à Satellitibus, quibus id à Marino mandatum fuerat, & trucidatum fuiſſe in veteri Memoriæ fano.



# THEODOSIUS JUN.

THEODOSIUS Junior Arcadii & Eudociæ filius Conſtantinopoli natus eſt die 11. Aprilis anni 401. ſtatimque Imperator deſtinatus, purpuram anno ſequenti die 11. Januarii induit; poſtremò Arcadio vitâ functo, paternum Imperium anno 408. Kalendis Maii ſuſcepit. Summa rerum tunc erat penes Anthemium Præfectum Prætorio, & Antiochum eunuchum, quem Conſtantinopolim miſerat Iſdigerdes Perſarum Rex, cui filium Arcadius moriens commendarat: ſed anno 414. Antiochus à gubernaculis depulſus, eaque deinceps tenuit Pulcheria Principis ſoror, quæ puerilem ætatem artibus ad humanitatem & pietatem optimè informavit. Iſdigerde anno 420. mortuo, quod ejus filius Vararanes Chriſtianis iniquior eſſet, præterea auri foſſores quos à Romanis conduxerat, reſtituere nollet, & merces Romanis mercatoribus abſtuliſſet, bellum Perſis intulit Theodoſius, eoſque graviſſimis cladibus afflixit. Nobilem inter paucas victoriam deſcribunt Socrates & Theophanes, quâ centum Perſarum millia Euphratis vorticibus abſorpta, eaque legio quæ Immortalium appellabatur, (decem fortiſſimorum virorum millibus conſtabat) ad internecionem cæſa eſt; ſed cum interea noſtros acerrimè exagitaret Vararanes, ſummâ clementiâ inductus Theodoſius, pacem huic æquiſſimis conditionibus obtulit, centumque annorum inducias pepigit anno 422. Eâ fermè tempeſtate Athenais Heracliti cujuſdam Philoſophi Athenienſis filia, cum à fratribus paternâ domo ejecta eſſet, Conſtantinopolim à Matertera perducta eſt, & Pulcheriæ commendata, cujus gratiam ſibi per inſignem formæ & morum elegantiam ita conciliavit, ut omnium digniſſima viſa ſit, quæ Principi nuptum daretur: itaque celebratæ nuptiæ menſe Junio anni 421. Athenaiſque nomen mutavit, & Eudocia appellari cœpta eſt: mox ejus fratres variis honoribus elati ſunt. Theodoſium deinde Orienti regendo intentum Occidentis res parumper avertere: extincto nimirum anno 423. Honorio, Imperium veluti caducum Joannes Primicerius Notariorum occupavit: quamobrem Plac. Valentinianum amitæ Placidiæ filium Cæſarem creatum, tyranno oppoſuit, & Occidenti præeſſe juſſit Theodoſius; mox Joanne ſublato anno 425. Auguſtum appellavit. Civile bellum excepere incurſiones Hunnorum, quos Joannes ſibi adjunxerat; ſed hos fulminibus & igneis turbinibus exuſtos fuiſſe ſcribit Theodoretus: Attilâ tamen regnante, tributis pax aliquoties ab iis redempta fuiſſe fertur. Eccleſiam deinde turbavit Neſtorius Conſtantinopolis Patriarcha, novâ hæreſi vulgatâ, Chriſtum duplici perſonâ conſtare, ac B. Mariam, non Dei, ſed hominis tantum Chriſti matrem eſſe; quamobrem anno 431. congregata Epheſi Synodus, Neſtorium depoſuit. Codicem

deinde ſuum Theodoſius promulgavit anno 435. quo Conſtitutiones & reſcripta Conſtantini M. & cæterorum Principum ad ſuam ætatem collegerat; ſequenti Eudoxiam filiam Valentiniano nuptum collocavit: mox Eudoxiæ uxori iratus, ob pomum quod ab ipſo acceptum Paulino, ut quidem viſum eſt, amaſio obtulerat, Paulinum interfecit, ipſam in urbem Æliam amandavit. Hujus ætate Conſtantinopolis incendio quod per tres dies graſſatum eſt, vaſtata anno 433. poſt duodecim annos ejus muri terræmotu collapſi ſunt; ſed eos intrà ſexaginta dies reparavit Cyrus Præfectus Urbi. Hactenus Pulcheria ſummæ rerum præfuerat; ſed eam Theodoſius, impellentibus Eudoxiâ uxore & Chryſaphio Eunucho, Diaconiſſam ordinari præcepit anno 446. quod tamen perficere non potuit, cum Pulcheria in Hebdomum receſſiſſet. Novæ deinde turbæ Theodoſium exceperunt: Eutyches Archimandrita novæ auctor hæreſis, quæ naturarum diſcrimen in Chriſto tollebat, & Chryſaphius Eutychis fautor has concitarunt, connivente Theodoſio, qui Flavianum etiam ſanctiſſimum Præſulem in exilium ejecit, actaque Epheſinæ Synodi, quam λῃστρικὴν vocant, comprobavit; nec multo poſt vivendi finem fecit anno 450. die 28. Julii cum annos 34. ac menſes undecim à patris morte imperaſſet; anno ætatis quinquageſimo.




## NUMISMATA AUREA.

DN THEODOSIVS P F AVG. Theodoſius Jun. cum ſtemmate criſtato à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

CONCORDIA AVGG B. Figura ſtolata imp & ata ſedens, pede dextro proræ navis g.. oſito, dextrâ tenet ſpiculum, ſiniſtrâ ..bum cum Victoriâ: à dextris in areâ lla: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG I. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ in areâ, & CONOB. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Theodoſii Jun. coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

CONCORDIA AVGGG. (1) Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ clypeum in quo VOT V MVL X. in imâ parte CONOB. *MMA.*

(1) Theodoſio in Oriente imperante, Occidentem rexit Honorius ejus patruus, ſolus ad annum 421. hoc anno cum Conſtantio: Honorio mortuo ſuffectus Plac. Valentinianus cum Placidiâ matre; ſed nec Conſtantii, nec Placidiæ ratio habetur in his nummis, quod Conſtantium Theodoſius Auguſti loco nunquam habuit, Placidiæ verò Auguſtam dignitatem non contulit ante annum 424. quo anno quinde-

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG B. Typus ut ſuprà, ſed in clypeo VOT X MVL XV. in imâ parte COMOB. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG B. Typus ut ſuprà, ſed in clypeo VOT X MVLT XV. in imâ parte CONOB. *M.*

Eadem epigraphe. Theodoſius Jun. cum ſtemmate criſtato à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

GLORIA ORBIS TERRAE. (1) Imperator habitu militari dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ globum crucigerum: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte TESOB. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Theodoſius Jun. cum ſtemmate criſtato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ tenet haſtile.

IMP XXXII COS XVII PP. (2) Figura muliebris ſtolata cum galeâ criſtatâ ſedens, pede lævo proræ navis impoſito, dextrâ geſtat globum crucigerum, ſiniſtrâ ſcipionem: à dextris in areâ ſidus ſolis: in imâ parte CONOB. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe. Theodoſius Jun. cum ſtemmate criſtato à fronte, dextrâ tenet ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

IMP XXXXII COS. XVII. P. P. Figura ſtolata & galeata ſpoliis inſidens, pede lævo proræ navis impoſito, dextrâ tenet globum crucigerum, ſiniſtrâ haſtam: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte CONOB. *Regius. M.RE. Fontaine. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. (3) Figura cum ſtolâ decuſſatâ ſedens, dextrâ tenet ſertum, ſiniſtrâ crucem longiorem: ad latus ſtat figura altera inferior, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ crucem tenens. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. Theodoſius Jun. ſedens, & Plac. Valentinianus ſtans, uterque volumen tenet dextrâ, crucem verò ſiniſtrâ: in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE Є. Imperatores duo ſedentes à fronte cum nimbo circà caput, dextris ſertum, ſiniſtris crucem longiorem tenent: in imâ parte CONOB. *M.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE H. (4) Imperatores duo ut ſuprà, dextris volumen, ſiniſtris crucem tenent; ſupernè ſtella: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TR P XXXVII COS XVII PP. (5) Figura ſedens, dextrâ globum cum cruce: in imâ parte CON. OB. *MB.*

cennalia vota jam ſolverat: quamobrem hîc Auguſti tres alii eſſe non poſſunt, quàm Honorius, Theodoſius, & Theodoſii ſoror Pulcheria. Quanquam primis Theodoſii annis cudi hujuſmodi nummi potuere, cum ejus pater Arcadius adhuc viveret. Nummi cum hujuſmodi epigraphe ex auro deſiderantur in Mediobarbo, apud quem non extant cæteri ex eodem metallo, qui notam (*MB*) non habent.

(1) Nummi duo aurei inſcripti GLOR ORVIS TERRAR. ſive TERRARVM. occurrunt in Theodoſio M. videndum igitur an hîc pro TERRAE. legendum ſit TERRAR. ac præterea utri Theodoſio adſcribendus ſit hic nummus: quod ut percipiat lector, videat quæ illic adnotavimus, ac præterea nummum Marciani nummis in Theodoſio M. deſcriptis ſimillimum. Nummus hic rariſſimus eſt.

(2) Epigraphe hæc nova, & quidem in hoc tantum Principe occurrit, ſi rectè deſcripta ſit; ſed vereor ne in numerum annorum Imperii σφάλμα quoddam irrepſerit. Theodoſius Junior Conſul XVII. fuit anno Chriſti 439. quo trigeſimum ſeptimum annum à primâ nuncupatione, trigeſimum primum à patris morte in Imperio degebat; anno verò 444. Conſul XVIII. fuit: quamobrem hi nummi cuſi fuere ipſo XVII. Conſulatûs anno poſt Kal. Maii, ſequentes verò anno 443. poſt Kal. Maii: tunc enim demum 42. Imperii annum Princeps hic auſpicatus eſt. Sequens epigraphe nova eſt, ſed in Plac. Valentiniano, & Eudoxiâ occurrit. Typus etiam horum nummorum novus.

(3) Typi horumce nummorum, qui quidem rari ſunt, novi.

(4) De nummis utriuſque Theodoſii hæc monet Cl. Ducangius Diſſert. num. LXX. Qui Theodoſii nomen præferunt & titulos nummi, Seniori-ne, an Juniori, adſcribi debeant, non perinde planum eſt definire; cum in iis vultuum delineatio non adeo ſit exacta, priſcorum nempe monetariorum intercidente tum peritia & arte, ut utrius ſit liceat advertere. In iis tamen bini ſunt aurei, quorum alter, SALVS REIPVBLICAE, alter, VOT. XXX. MVLT. XXXX. qui indubitatè Junioris ſunt: cum prior par Conſulum referat, ipſius Theodoſii & Valentiniani, alter nonniſi Juniori attribui queat, cum Senior anno Imperii ſexto-decimo obierit, ac proinde Vicennalia non attigerit, quæ hîc deſcribuntur per vota tricennaliorum. Cum verò bini iſti nummi Theodoſii protomen cum caſſide, ſpiculo, ac clypeo præferant, haud inani fortaſſe, tametſi vix prorſus certa conjectura, ſimilis figuræ nummos Juniori; cæteros in quibus figura luſca exprimitur Auguſtus, Seniori adſcripſimus. Hæc Erud. Ducangius, qui tamen tabulâ tertia, nummos quinque, in quibus caput ad ſiniſtram verſum eſt, Juniori adſcripſit: nos verò in utriuſque Theodoſii nummis ex ordine collocandis, aliorum qui muſea ſua ordinarunt, quàm noſtrum judicium ſequi plerumque maluimus, niſi ubi occurrit certa temporis quo cuſi ſunt nota, ut in illis duobus, quos Ducangius indicavit.

(5) Nummus hic anno 439. cuſus eſt; ſequens anno 444. uterque rariſſimus eſt; in utroque Theodoſii Imperii anni numerantur ab anno 402. quo Princeps hic Auguſtus à patre appellatus eſt. Duas Inſcrip-

Eadem epigraphe.

TR P XXXXII COS XVIII PP. Figura militaris, dextrâ labarum, ſiniſtrâ globum. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. CON. MD. Duæ figuræ tenentes globum, in quarum medio Victoria. *MB.*

Alius cum TES. OBS. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Alius cum TR. OB. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Theodoſii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Imperatores duo ſedentes cum nimbo, unâ globum tenent dextris, Victoriâ pone ſtante & utrumque complectente: infrâ inter utrumque laurus: in imâ parte COM. *RE.*

Alius cum CON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria ſeminuda ſpoliis inſidens à dextris ſiniſtrorſum, clypeo inſcribit X/XXX. à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris Chriſti monogramma: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Theodoſii Jun. cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator ſtans, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ Victoriolam, & pede ſiniſtro captivum conculcat: à dextris in areâ M. à ſiniſtris D. in imâ parte COMOB. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Theodoſii Jun. cum galeâ & coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator ſtans, & draconem pede dextro terens, dextrâ tenet labarum cum Chriſti monogrammate, ſiniſtrâ lateri admotâ: à dextris in areâ K. à ſiniſtris V. in imâ parte CON. *MMA.*

Eadem epigraphe. Caput Theodoſii Jun. cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſtans cum coronâ & palmâ. *Quinarius. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Theodoſii Jun. cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſtans, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ globum crucigerum: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte CONOB. *Declesves.*

Eadem epigraphe. Theodoſius Jun. cum ſtemmate criſtato à fronte, dextrâ tenet ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

VOT XX MVLT XXX. B. Victoria tunicata & ſtolata ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ ſtolam colligit: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VOT XXX MVLT XXXX. Victoria crucem tenens: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Theodoſius Jun. barbatus cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet volumen, ut videtur, ſiniſtrâ crucem longiorem ad humerum ſiniſtrum.

VOT XXX MVLT XXXX. (2) Imperatotiones, quæ ad xv. Conſulatum Theodoſii Jun. pertinent, hîc exhibere libet: prima eſt apud Gruterum pag. 159. & Sponium pag. 166. altera apud Fabretum pag. 656.

1.

SALVIS. DD. NN
THEODOSIO. ET
VALENTINIANO
P F. V. AC. TRIVM
SEMPER. AVG. XV
CONS. VIR. INL.....
AVXILIARIS. PRAE
PRAETO. GALLIA....
DE ARELATE. MA..
MILIARIA. PONI. S...
M. P. I.

2.

DEPS FELIX DIAC. V. IDVS. MARTIAS
THEODOSIO XV. ET PLD. VALENTINIANO IIII
AA. VV. CC. CON. SS.

(1) Vide quæ ſuprà ad nummos inſcriptos CONCORDIA AVGG. vel AVGGG. monuimus: nam eadem horum ratio habenda eſt: hi porrò inter rariores recenſendi ſunt. In hoc nummo fortè non X. XXX. ſed XX. XXX. legendum erat: tricennalia enim vota in Decennalibus ſuſcepta eſſe nuſquam auditum eſt.

(2) Vota Tricennalia à Theodoſio Jun. ſoluta fuiſſe anno 430. ipſo XIII. & Plac. Valentiniano III. Conſulibus, auctor eſt Marcellinus Comes: atqui hic annus vigeſimus nonus erat, ex quo ad Imperium vocatus à patre fuerat: unde rectè collegit Erud. Pagius Votorum ſolennia à Theodoſio ante peragi ſolita eſſe, quàm ea omninò impleviſſet, ejuſque Vicennalia, quorum ſuperius mentio fit, retulit ad annum 420. quo Conſul IX. cum Conſtantio fuit. Sanè eandem rationem ſecutus eſt ſeptimis Quinquennalibus: hæc enim peracta anno 435. fuiſſe fidem facit Conſulatus ejus decimus-quintus cum Valentiniani quarto in Faſtis hoc anno conſignatus: ſed octava & nona quinquennalia altero etiam anno antevertit; illa enim anno 439. hæc anno 444. edita fuiſſe teſtatur Marcellinus; & alioqui conſtat ex ejus Conſulatibus XVII. & XVIII.

res duo habitu Consulari sedentes, qui à sinistris minor, uterque cum nimbo circà caput; dextris tenent volumen, sinistris crucem; supernè sidus Solis: in imâ parte CONOB. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe. Theodosius Jun. cum stemmate cristato à fronte, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum in quo eques.

VOT XXX MVLT XXXX. Figura stolata & galeata sedens, pede lævo proræ navis imposito, dextrâ tenet globum crucigerum, sinistrâ rhabdum: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XXX MVLT XXXX. Γ. Typus ut suprà, cum stellâ à sinistris in areâ, & in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XXX MVLT XXXX. H. Typus ut suprà, cum stellâ à sinistris in areâ, & CONOB. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VOTIS XXX MVLT XXXX. II. CONOB. (1) Figura muliebris sedens, dextrâ globum, sinistrâ rhabdum, juxtà scutum, & pone canicula, ad tergum figuræ sedentis stellula, globo imposita crux. *MB.*

(1) Museum in quo nummum hunc vidit Mediobarbus, nescio cur præter morem non indicarit; nam apud Occonem non extat: sed fortè à superioribus diversus non est.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN THEODOSIVS P F AVG. Caput juvenile coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento, gemmis ornato.

CONCORDIA AVGGG. (1) Figura muliebris stolata capite turrito, sedens, dextrâ hastam tenet, sinistrâ cornucopiæ: in imâ parte TRPS. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris galeata & stolata sedens, Victoriæ signum tenet dextrâ, hastam sinistrâ: in imâ parte MDPS. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in coronâ: in imâ parte CONS. *Fouc.*

(1) Theodosii Jun. nummi ex argento, rarissimi sunt, nec extant apud Mediobarbum.

## NUMISMATA Æ. II.

DN THEODOSIVS P F AVG. Caput Theodosii Jun. galeâ & coronâ gemmatâ ornatum, ad pectus cum loricâ.

GLORIA ROMANORVM. (1) Imperator stans in triremi, in quâ duo remiges: in imâ parte SMNA. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Imperator stans in triremi, Victoriâ ad gubernaculum stante: à dextris in areâ corona: in imâ parte CONS. *Frad.*

Eadem epigraphe. Theodosius Jun. cum galeâ cristatâ, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet spiculum inversum, sinistrâ clypeum.

GLORIA ROMANORVM. Imperator stat in triremi dextrâ elatâ, Victoriâ ad gubernaculum stante: à dextris in areâ corona: in imâ parte ANTΓ. *Frad.*

Alius cum CONЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: à dextris in areâ corona, à sinistris supernè crucicula: in imâ parte ANTB. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Typus ut suprà: à dextris in areâ Γ. à sinistris supernè crucicula: in imâ parte ANTΔ. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Theodosii Jun. galeâ & coronâ gemmatâ ornatum, ad pectus cum loricâ.

GLORIA ROMANORVM. (2) Imperator paludatus stans, dextrâ tenet labarum, sinistrâ globum: in imâ parte ALEA. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Theodosii Jun. coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento.

REPARATIO REIPVB. Imperator paludatus stans, dextrâ sublevat figuram muliebrem capite turrito in genua procumbentem, sinistrâ gestat globum cum Victoriolâ: in imâ parte SMAQP. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Theodosii Jun.

(1) Typus rarus, in Mediobarbo deest.

(2) Nummus hic ob typum, qui in Mediobarbo deest, inter rariores recensendus est. Sequentes nummi apud eundem desiderantur quidem in Theodosio Jun. sed eos in Theodosio M. jam exhibuerat.

galeâ & coronâ gemmatâ ornatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS EXERCITI. Imperator paludatus stans, dextrâ tenet labarum, sinistrâ globum, pede lævo captivum conculcans: à dextris in areâ nominis Christi monogramma: in imâ parte CONSA. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EXERCITI. (1) Typus ut suprà: à dextris in areâ stella: in imâ parte SMN.... *Bau.*

(1) Nummos hujuscemodi omnes Occo & Mediobarbus ad Theodosium M. retulere, sed in iis EXERSITVS pro EXERCITI legerunt.

## *NUMISMATA Æ. III.*

D N THEODOSIVS P F AVG. Caput Theodosii Jun. coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris turrita sedens, pede dextro proræ navis imposito, dextrâ hastam tenet, sinistrâ globum: in imâ parte SMAQ. *Regius.*

Eadem epigraphe. Theodosius Jun. cum stemmate cristato à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum cui insculpta erucicula.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris galeata & stolata, cætera ut suprà: in imâ parte ANT. *Ducang.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGGG. (1) Typus ut suprà: in imâ parte ANTS. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Theodosii Jun. coronâ ex lapillis redimitum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

Crux in laureâ. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Imperator galeatus eques à dextris sinistrorsum, dextrâ elatâ. *Ducang.*

Alius cum ANTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. Imperator stans, dextrâ tenet captivum capite apprehensum, sinistrâ labarum in quo nominis Christi monogramma: in imâ parte BSISC. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GLORIA ROMANORVM. (2) Tres figuræ militares galeatæ stantes, quarum media minor, alterâ manu hastam tenentes, alterâ clypeo innixæ: in imâ parte XMTA. *Ducang.*

Eadem epigraphe. Caput Theodosii cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria stans, dextrâ tenet trophæum humero dextro; à sinistris captivus quem manu sinistrâ premit: à dextris in areâ nominis Christi monogramma: in imâ parte ANTS. *Fauvel,*

Alius cum AQP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum SMKB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Theodosii coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Victoria gradiens à sinistris dextrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte ASIS. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT X MVLT XX. in coronâ: in imâ parte CONS. *Frad.*

Alius cum SMKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum SMKΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

(1) Vide quæ adnotavimus ad nummos aureos cum eadem epigraphe.
(2) Nummus hic rarissimus cusus est cum Arcadius adhuc viveret, eumque cum Honorio fratre, & Theodosio filio, qui patre & patruo minor est, exhibet.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

D N THEODOSIVS P F AVG. Caput diademate cinctum, novo ornatu erectis undique pennis cum busto, & sceptro.

GLORIA ROMANORVM. cruciculæ duæ, ANTR. Figura militaris in navi, Victoriâ remigante.

Eadem epigraphe. Bustum galeatum, dextrâ hastam, in medio loricæ Christi mo-

nogramma.

SALVS REIPVBLICAE. Imperator laureatus sedet, dextrâ lauream, sinistrâ crucem; propè eum alia figura, dextrâ lauream, sinistrâ crucem.
Eadem epigraphe.

SALVS REIPVBLICAE. Christi monogramma. AQP. Victoria gradiens, dextrâ captivum crinibus trahens.
Eadem epigraphe.

VOT X MVLT XX. in laureâ.

# EUDOXIA.

ÆLIA EUDOXIA, Athenis nata, patre Leontio sive Heraclito Philosopho, Athenais primum appellata est. Post patris mortem à fratribus ejecta, Constantinopolim perducta est à matertera, & Pulcheriæ oblata, cujus gratiam ita sibi conciliavit, ut dignissima visa sit, quæ Theodosio nuptum collocaretur. Celebratæ itaque nuptiæ mense Junio anni 421. Athenais nomen mutavit, fratres honoribus auxit, atque ubi Eudoxiam peperit, Augusta appellata est anno 424. Suspecta deinde marito, quod pomum ab ipso acceptum Paulino obtulisset, Jerusalem petit anno 438. indeque S. Stephani reliquias Constantinopolim defert. Simultates dehinc exercuit cum Pulcheriâ Theodosii sorore, quam Palatio excedere coëgit; sed haud multo post ipsa in offensionem mariti incurrit; quamobrem Æliam urbem iterum petiit, ibique auditâ Theodosii morte consenuit, Eutychianis primum æquior; postea tamen Catholicæ fidei impensè favit, plurimisque ædibus sacris extructis, pietate non minus quàm scriptis clara, vitam hanc meliore, ut speramus, commutavit die 20. Octobris anni 460. annos 67. nata.





## NUMISMATA AUREA.

AEL EVDOXIA AVG. Caput Eudoxiæ cum diademate gemmato, ad pectus cum stolâ.

Crux in coronâ laureâ: in imâ parte COB. *Regius.*

EVDOXIA AVG. Caput Eudoxiæ margaritis ornatum, ad pectus cum stolâ.

Crux in coronâ: in imâ parte CONOB. & stella. *Farnesianus.*

AEL EVDOXIA AVG.

IMP XXXXII COS XVII PP. (1) Victoria sedens, dextrâ globum cum crucis signo,

(1) Nummum hunc rarissimum Mediobarbus rectè existimavit ad Theodosii Jun. conjugem pertinere; cum solus hic Princeps decimum septimum Consulatum cum anno Imperii quadragesimo secundo conjungere potuerit: sed idem gravissimè, meâ quidem sententiâ, erravit, cum nummos omnes in quibus

gno, ſiniſtrâ ſcipionem : in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Eudoxiæ cum diademate ex unionibus, & coronâ imminente.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſpoliis inſidens, Chriſti monogramma clypeo inſcribit : in imâ parte CONOB. *Regius. Fontaine.*

Eudociæ nomen occurrit, ad eandem Theodoſii Jun. conjugem, retulit, qui verò Eudoxiæ nomen præferunt, ad uxorem Arcadii : nam vel ex hoc nummo intelligere poterat Theodoſii matrem Eudociam, uxorem Eudoxiam fuiſſe. Atqui in errorem illum non Mediobarbus ſolum, ſed cæteri etiam omnes Antiquarii impegere : nos verò Arcadii uxori adſcripſimus eos nummos qui Eudociæ cuſi ſunt ; & eos qui Eudoxiam exhibent ad uxorem Theodoſii retulimus. Solus hic Eudoxiæ nummus ex auro in Mediobarbo occurrit.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

AEL EVDOXIA P F AVG. Caput Eudoxiæ margaritis ornatum, ad pectus cum ſtolâ, & monili ex margaritis circâ collum.

Chriſti monogramma in coronâ. (1) *Regius.*

AEL EVDOXIA AVG. Caput Eudoxiæ ad pectus cum ſtolâ : in parte nummi ſuperiore manus ſublimis coronam capiti ejus imminentem tenet.

GLORIA ROMANORVM. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo, ſedens à fronte, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ : in imâ parte ALE. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IMP XXXXII COS XVII P P. (2) Figura muliebris galeata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet globum crucigerum, ſiniſtrâ haſtam : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſedens à dextris ſiniſtrorſum, inſcribit clypeo Chriſti, ut videtur, monogramma : ante eam cippus, cui tamen clypeus non inſiſtit : in imâ parte SMKA. *Fontaine.*

(1) Nummus hic ob epigraphen quæ Eudoxiæ caput ambit, rariſſimus eſt : tum primum Auguſtæ *Piæ Felices* dici cœpere. Eudoxiæ nummi ex argento inter rariores recenſendi ſunt, nec ullus apud Mediobarbum extat.

(2) Nummus hic fuſus videtur ad exemplum aurei, quem ſuprà exhibuimus ex Mediobarbo ; literæ enim CONOB. quæ hîc in imâ parte leguntur, nummorum aureorum propriæ ſunt, nec in cæteris ferè occurrunt.

## *NUMISMATA Æ. III.*

AEL EVDOXIA AVG. Caput Eudoxiæ ad pectus cum ſtolâ ; & manus ex alto coronam ex margaritis capiti ejus imminentem tenet.

GLORIA ROMANORVM. (1) Eudoxia ſtolata, manibus ad pectus compoſitis ſedens à fronte ; manus ex alto coronam ex margaritis capiti ejus imminentem tenet : à ſiniſtris in areâ crux : in imâ parte AMA. *Regius.*

Alius cum ANTA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Ducang. MB.*

Alius cum ANT. Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ANTΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum CON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & manu coronam tenente.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſtolata, inſidens cippo à dextris ſiniſtrorſum, clypeo cippo impoſito, quem tenet ſiniſtrâ, Chriſti monogramma inſcribit dextrâ : in imâ parte ANTΓ. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & manu coronam tenente.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſpoliis inſidens, cætera ut ſuprà : in imâ parte ANTΓ. *Bau. Ducang. MB.*

Alius cum CONSA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMNΔ. in imâ parte, eodem

(1) Nulli Eudoxiæ nummi ex ære apud Mediobarbum extant, præter duos quos è Ducangio exſcripſit, quibus ſolitam notam (*MB*) ſubjunximus. Typus hic novus eſt, nummi verò haud obvii : præterea hæc epigraphe tum primum in nummis Auguſtarum occurrit.

typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SMRS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

AELIA EVDOXIA AVG. Caput Æl. Eudoxiæ, absque manu supernè coronam tenente.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: in imâ parte SMKA. *RE.*

# JOHANNES.

JOHANNES Primicerius Notariorum, Honorio mortuo mense Augusto anni 423. Ravennæ Imperium veluti vacuum occupavit, nec Italiam solùm adjunxit sibi, sed etiam quicquid Romano nomine censebatur cùm in Galliis, tum in Hispaniâ; connivente Castino Magistro Militum, nec obsequium recusantibus Principibus Barbaris, quorum parum intererat, quis Occidenti imperaret. Orientem eâ tempestate regebat Theodosius Junior, Honorii fratris filius, quem Imperii Occidentalis legitimum esse hæredem constabat: sed cum amitæ Placidiæ gratificari vellet, quæ & Augusta erat, & Constantio Augusto nupserat, ejus filium Plac. Valentinianum Nobilissimum Constantinopoli, deinde Cæsarem Thessalonicæ nuncupatum, Italiam sibi vindicare jussit anno 424. Enimverò anceps aliquandiù belli fortuna fuit, cum Ardaburium præcipuum è Valentiniani Ducibus cepisset Johannes, Candidianus verò aliquot Italiæ urbes recepisset: verùm interea Tyrannus proferendo imperio magis, quàm tuendo intentus, Africam, quam Bonifacius in officio continuerat, sibi adjungere statuit, missoque in eam Sigisvuldo Duce, vires suas non parum imminuit. Haud facilis tamen de illo victoria fuit, quippe auxiliis Hunnorum, quos ab Aëtio acciri jusserat, confirmato: adeoque dolis Asparis potiùs, quàm virtute victum ferunt; sed utcunque ea res se habeat, interfectum Ravennæ constat anno 425. vergente jam æstate, cum integrum biennium imperasset.



## NUMISMATA AUREA.

DN IOHANNES P F AVG. Caput Johannis cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux inter duas stellas in laureâ. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. (1) Imperator paludatus stans, captivum pede lævo pre-

(1) Trium Augustorum mentionem his in nummis, perinde atque in sequentibus Johannes idcirco fecit, quia statim atque Imperator Occidentis appellatus est, à Theodosio Juniore petiit, ut se pro Augusto haberet, tandiuque pacem coluit, donec Ardaburium contra se missum, Legatos suos relegatos, Valentiniano denique Occidentem permissum esse audivit. Cæterum nulla hîc victoria prædicatur de barbaris relata; hos enim Johannes nedum arceret, in societatem recepit, Hunnorumque opera deinde usus est. Cl. Sirmondus in Sidonii Panegyr. epitaphium Romæ in D. Pauli Basilica repertum testatur, in quo Dativa & Basilia sorores conditæ dicuntur

CONSVLATV. IOANNIS AVGVSTI.

Nummis Johannis ex auro qui apud Mediobarbum extant, solitam notam (*MB*) subjecimus; cæteri in eo desunt.

mens, dextrâ labarum tenet, lævâ orbem cui insistit Victoria coronam Imperatori porrigens : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Regius. Brandenburg.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Johannis coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (1) Victoria coronata thoraci insidens à dextris sinistrorsum, utrâque manu sustinet scutum trunco arboris impositum, in quo Christi monogramma ; ad pedes figura parva idem scutum sustinens : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Farnesianus. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Johannis coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria tunicata & succincta gradiens à dextris sinistrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ : à dextris in areâ R. à sinistris X. in imâ parte COMOB. *Fouc. Nummus minutissimus.*

Eadem epigraphe. Caput Johannis cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, globum crucigerum sinistrâ : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria stans, pede dextro globo insistens, cætera ut suprà : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte CONOB. *M. Fauvel. Nummus minutissimus.*

(1) Victoriam galeatam esse Mediobarbus scribit, quod quidem facilè crediderim : nummus inter rariores recensendus est.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN IOHANNES P F AVG. Caput Johannis cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (1) Figura militaris paludata stans, dextrâ labaro innixa, sinistrâ globum cum Victoriolâ sustinens, captivum humi prostratum pede lævo premit : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VRBS ROMA. Figura muliebris galeata & stolata, insidens spoliis à sinistris dextrorsum, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, hastæ verò ferratæ inversæ adnititur sinistrâ : in imâ parte RVPS. *Fouc. Fontaine. Ducang. MB.*

(1) Nummi Johannis ex argento rarissimi sunt.

# GALLA PLACIDIA.

GALLA PLACIDIA Theodosii M. & Gallæ filia fuit ; sed quâ in urbe, quove anno nata sit, incertum est, nec ullus scriptor prodidit. Romæ semel & iterum obsessa, postremò in Alarici Gothorum Regis potestatem venit anno 410. diuque inter barbaros vixit velut obses, donec induci se passa est, ut Ataülpho, qui Alarico successerat, summoque in honore eam habebat, in manum conveniret. Huic porrò nupsit Narbone mense Januario anni 414. & filium Theodosium anno sequenti peperit ; sed hoc statim extincto, Ataülpho etiam cæso, ipsa gravissimas contumelias à Sigerico perpessa est, mox à Sigerici successore Vallia Honorio fratri restituta, Constantioque Patricio nupta Kalendis Januariis anni 417. Justam Gratam Honoriam primùm, deinde Plac. Valentinianum peperit mense Julio anni 419. Sunt qui Augustam appellatam fuisse velint anno 417. quo Constantio collocata est ; sed vero propius est, summam potestatem huic anno demum 421. si-

mul atque marito, collatam fuiſſe: imo ne tum quidem eam pro Auguſtâ habuit Theodoſius Jun. Orientis Imperator; quamobrem fatis functo Conſtantio, cum in odium fratris incurriſſet, Ravennâque exacta Conſtantinopolim petiiſſet anno 423. privatam illic vitam duxit. Interea Honorius fatis conceſſit, Occidentiſque Imperium arripuit Johannes nullo, ut apparebat, jure; quamobrem Plac. Valentinianum patruelem, quîcum ſummam poteſtatem communicare malebat, Theodoſius Nobiliſſimum primùm, deinde Cæſarem appellavit, & fortiſſimorum Ducum catervâ ſtipatum, Occidenti præeſſe juſſit, ſub tutelâ matris, quam & Auguſtam nuncupavit anno 424. deincepſque à fœminâ prudentiſſimâ, ut ferunt, inſignique in Deum pietate, res Occidentis adminiſtrata eſt, uſque ad annum 450. quo tandem hac vitâ defuncta eſt die 27. Novembris.



## *NUMISMATA AUREA.*

DN GALLA PLACIDIA P F AVG. Caput Gallæ Placidiæ margaritis ornatum.

Chriſti monogramma in coronâ laureâ. *Regius.*

DN GAL PLACIDIA P F AVG.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. (1) *E ſchedis Vaillant.*

DN GALLA PLACIDIA P F AVG. Caput Gallæ Placidiæ margaritis ornatum.

SALVS REIPVBLICAE. (1) Victoria ſpoliis inſidens, Chriſti monogramma inſcribit clypeo: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *Regius. RE. M.*

Eadem epigraphe. Caput Gallæ Placidiæ cum diademate ex margaritis.

SALVS REIPVBLICAE. circà coronam lauream, in quâ Chriſti monogramma: in imâ parte COMOB. *Regius. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Placidiæ coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum ſtolâ, & monili duplici ex margaritis circà collum, necnon Chriſti monogrammate ſuprà humerum dextrum; manus ex alto ſublimis coronam ſuprà caput tenet.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria inſidens ſpoliis à dextris ſiniſtrorſum, utrâque manu tenet coronam, in quâ nominis Chriſti monogramma: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte CONOB. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria ſpoliis inſidens, clypeo Chriſti monogramma inſcribit: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, abſque manu & coronâ.

SALVS REIPVBLICAE. (2) Figura muliebris ſedens à fronte: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *E ſchedis De C.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſed abſque manu & coronâ.

(1) Gallæ Placidiæ nummos ad alteram Theodoſii M. uxorem Occo & Mediobarbus retulerunt; ſed Ducangius rectè vidit ad Plac. Valentiniani matrem referendos eſſe. Cum tamen judicium ea de re ſuum indicare ſatis habuerit, nos quibus rationibus nitamur, breviter hîc monere operæ pretium ducimus. Ac primum quidem Theodoſii uxorem Gallam appellant Scriptores, nuſquam Gallam Placidiam: apud eoſdem verò Plac. Valentiniani mater nuſquam non Galla Placidia dicitur: deinde Plac. Valentiniani ætate Auguſtæ *Piæ Felices* appellari cœperunt, ut conſtat è nummis Æliæ Eudoxiæ, Liciniæ Eudoxiæ, & Honoriæ, cum nec Flaccilla, nec Ælia Eudocia eo honoris titulo donatæ eſſent: poſtremo literæ RV. in nummorum aureorum areâ nuſquam ante Plac. Valentinianum occurrunt. Placidiæ nummi ex auro qui notam (*MB*) non habent, ii in Mediobarbo deſiderantur.

(2) Nummus hic rariſſimus maximi moduli, aſſervatur in Batavia apud Ill. Baronem de Spaen.

VICTORIA AVGGG. (1) Imperator habitu militari, captivum pede lævo premens, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallæ Placidiæ cum diademate ex margaritis; ſuprà manus coronam porrigens.

VOT XX MVLT XXX. Victoria ſtans, dextrâ crucem longiorem tenet, ſiniſtrâ ſtolam colligit: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Alius cum ſtellâ in parte nummi ſuperiore, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX MVLT XXX. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ: à dextris in areâ R. à ſiniſtris M. in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX MVLT XXX. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ in parte nummi ſuperiore: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

(1) Nummi hujuſcemodi rariſſimi ſunt: quo tempore cuſi ſint, incertum eſt; tàm enim conveniunt in annum 421. quo Conſtantius Placidiæ maritus Auguſtus fuit, quàm in illud tempus, quo Plac. Valentinianus Occidentem ſub Placidiæ tutelâ adminiſtravit.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

D N GALLA PLACIDIA P F AVG. Caput Gal. Placidiæ coronâ ex gemmis & margaritis redimitum, ad pectus cum ſtolâ, inauribus, monili duplici, & cruce ad humerum dextrum.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria thoraci inſidens coronam tenet, in quâ Chriſti monogramma: in imâ parte SMPS. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gal. Placidiæ ut ſuprà, cum Chriſti monogrammate ad humerum dextrum, & manu ex alto, coronam capiti ejus imponente.

SALVS REIPVBLICAE. (1) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *Fauvel.*

(1) Nummi Placidiæ ex argento rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

D N GALLA PLACIDIA P F AVG. Caput Gallæ Placidiæ margaritis ornatum, & cum monili circà collum, ad pectus cum ſtolâ.

PVDICITIA AVG. (1) Typus pudicitiæ ſedentis velum capiti admoventis, ſiniſtrâ haſtile tenentis: in imâ parte S C. *Ducang. MB.*

(1) Sunt qui hujus nummi averſam partem ad Gallam Placidiam pertinere negent; quod nec typus, nec literæ in imâ parte hujus ætatis videantur: quamobrem nummum hunc è duobus, hoc eſt Placidiæ capite & alterius cujuſdam Auguſtæ aversâ parte, inter ſe conglutinatis conſtare affirmant. Cæterum & pudicitiæ, & aliæ laudes in Placidiam conveniunt, quam Proſper Pithæanus ſcribit, poſt *irreprehenſibilem converſationem vitam expleviſſe filio 25. annum in Imperio conſummante.*



# PLAC. VALENTINIANUS.

FLAVIUS PLACIDIUS VALENTINIANUS, Conſtantio Patricio, & Gallâ Placidiâ Honorii ſorore natus eſt Ravennæ menſe Julio anni 419. Poſtquam pater Auguſtus factus eſt, Nobiliſſimus appellatus, hoc deinde fatis functo, Italiâ una cum matre ejectus, & Conſtantinopolim perductus anno 423. ad privatam vitam rediit; ſed Honorio ipſo è vivis exempto, Valentinianum Theodoſius Junior qui tum Orienti imperitabat, Nobiliſſimum iterum appellavit anno 424. mox Theſſalonicæ creatum Cæſarem, & fortiſſimorum Ducum catervâ ſtipatum, Occidentem juſſit à Johannis tyran-

nide liberare: quod ubi Aſparis dolis, mirâ quâdam felicitate præſtitum eſt, Helion Magiſter Officiorum, puero veſtem Imperatoriam induit Romæ die 23. Octobris anni 425. receptique ſunt in fidem, qui Tyranni authoritatem ſecuti fuerant, Sigiſvuldus, Aëtius, ac cæteri omnes præter unum Caſtinum utriuſque militiæ Magiſtrum, in quem tamen non ultrà exilium ſævitum eſt. Africæ jam ab aliquot annis Comitis nomine præerat Bonifacius, non unâ de causâ Gallæ Placidiæ acceptus; unus enim huic Italiâ exactæ fidem ſervaverat, pecuniaſque ſubminiſtraverat; præterea cum cæteræ Occidentis Provinciæ Johanni parerent, Africam in officio continuerat: ſed fortiſſimum virum Felix utriuſque Militiæ Magiſter, virtutis hoſtis, & laudis obtrectator, in ſuſpicionem adduxit regni appetendi; ſimul per literas eum monuit, capiti ejus periculum creari; quod graviſſimi & calamitoſiſſimi belli cauſa extitit, cum Bonifacium in Italiam accitum, & redire renuentem Galla Placidia Principis mater & tutrix hoſtem publicum declaraſſet anno 427. Bonifacius enim cæſis Valentiniani ducibus Sinoce, Mavortio, Gallione, poſtquam Sigiſvuldum cum ingenti exercitu in ſe mitti audivit, ſeque ingruentis belli moli imparem ſenſit, Vandalorum Regem Genſericum accerſivit, qui direptis Carthagine Spartariâ, & Hiſpali, Mauritaniam menſe Maio anni 428. invaſit, Romanos graviſſimis cladibus afflictos eâ exegit, & Africam cum iis partitus anno 435. poſt quadriennium Carthaginem occupavit, deinde victricia arma in Siciliam intulit, & quanquam utriuſque Imperii viribus oppugnatus, pace tamen factâ anno 442. maximam Africæ partem retinuit, & Vandalorum Regnum illic fundavit, quod Juſtiniani demum ætate everſum eſt. Interea Bonifacius reconciliatâ gratiâ, falsâ criminatione circunventum ſe eſſe demonſtravit: quamobrem ut Felici Aëtius anno 429. ita ipſe Aëtio anno 432. ſuffectus eſt utriuſque militiæ Magiſter; ſed à deceſſore ſuo ſingulari certamine victus, obiit poſt menſes tres è vulnere: nec multo diuturnior fuit Sebaſtiani ejus generi potentia: hunc enim Aëtius Hunnorum auxiliis confirmatus, Italiâ exegit, interceptamque dignitatem recuperavit. Varia deinde bella in Galliis & Hiſpaniâ geſta: & facilis quidem de Burgundionibus victoria fuit, quorum vires uno prælio acciſæ ſunt anno 435. cum eo viginti hominum millia cecidiſſet Aëtius; haud ægrè etiam compreſſi Alani, quibus ſedes propè Valentiam idem Aëtius dediſſe fertur anno 437. nec Francicum bellum acre pro gentis famâ fuit, cum eorum in agros Atrebatenſium irruptionem idem nullo fermè negotio repreſſiſſet: ſed cum Gothis, Suevis, & Hiſpaniæ Bagaudis & diu, & ſæpè certatum eſt. Gothos Aëtius jam profligaverat anno 429. eodem ſcil. quo Juthungos & Noricos debellavit: verùm anno 436. violatis pacis fœderibus, Narbonem obſedere; quamobrem miſſus in eos Lutorius Comes, urbem liberavit, deinde perfidos acerrimo bello perſecutus eſt uſque ad annum 439. quo tandem memorabili inter paucas pugnâ cæſi ſunt, & quanquam capto in acie Lutorio, deinde fatis functo, pacem tamen ſupplices petiere. Quod ad Bagaudas Provinciæ Tarraconenſis ſpectat, rebellaſſe eos anno 441. ferunt, primumque ab Aſturio, deinde ab Aſturii genero Merobaude cæſos fuiſſe; debellari tamen non potuiſſe ante annum 453. quo Frederico Gothorum Regis fratri belli hujus ratio commiſſa eſt. Suevi denique, cum bellum ſub Rechila rege orſi eſſent anno 445. Vitum Magiſtrum Militum ingenti pugnâ victum in fugam verterunt, Provinciaſque Bœticam & Carthaginenſem fœdè de-

vastarunt: mox cum iis imperaret Rechiarius, Vasconias, Cæsaraugustam, Ilerdam cepere: postremo Romanis pacem per Legatos petentibus concessere anno 452. Gravissimum omnium bellum fuit cum Attila Hunnorum Rege; de quo bello hæc in universum produnt Scriptores: fuisse Valentiniani sororem Justam Gratam Honoriam, quæ ab Eugenio Procuratore suo stuprum passa sit anno 434. idcirco palatio ejectam, & Constantinopolim perductam, quandiu Theodosius vixit, non turbasse: sed Marciano imperante, cum illic nullam sui rationem haberi videret, fratrisque animum sibi reconciliare frustra tentasset, Attilæ Hunnorum Regi, qui Orientem jamdiù territabat, suasisse ut arma in Occidentem verteret: pugnatum fuisse primum ad Danubium, cum fluminis transitu Barbarum arcere vellet Alaricus Gothorum Rex: victoriam penes Gothos fuisse, verùm Alaricum in acie occubuisse: Attilam Germaniâ peragratâ, Rhenum transiisse anno 451. Galliam Belgicam & Lugdunensis partem depopulatum esse; Metas, Treviros, Tungros, Remos, Autissiodorum cepisse & diruisse; alias urbes frustrà tentasse; denique in campis Catalaunicis apud Mauriacum devictum esse, cum Meroveus Francorum, & Theodoricus Gothorum, qui tum Wesigothi appellari cœperunt, Reges, vires suas cum Aëtii copiis conjunxissent: cæsaque eo prælio trecenta hominum millia. Anno sequenti Attila redintegratis viribus, Italiam per Alpes Julias & Carnorum regionem ingressus, non minus cruentas illic, quàm in Galliis strages edidit; sed cum Romæ ipsi exitium minaretur, aliquot cladibus ferocitatem ejus repressit Aëtius; quamobrem à S. Leone Papa, & aliis legatis quos Valentinianus pacem petitum miserat, faciliùs se exorari passus est; in reditu tamen Aquileiam excidit & evertit; unde Venetiarum origo, cum in æstuaria Adriatici maris perterriti accolæ confugissent; postremo maximâ exercitûs parte aut fame, aut morbo quodam absumptâ in patriam rediit, ubi haud multo post interiit, incertum vomitu sanguinis, an concubinæ manu. Hactenus de bellis Valentiniani ætate gestis, nam quod bellum piraticum vocant, latrocinium potius fuit, quod facilè repressum est, cum latronum Dux Cotrades in Siciliâ captus esset anno 438. verum nulli bello interfuit Valentinianus ipse, nec scio an Italiâ unquam excesserit, præterquam anno 437. quo Liciniam Eudoxiam Theodosii Jun. filiam uxorem duxit Constantinopoli die 29. Octobris: puellam, uti ferunt, eximiâ formâ, ex quâ filias duas suscepit, Honoriam sive Eudociam, quæ Petronii Maximi filio primùm, deinde Honoricho Genserici filio nupsit, & Hildericum peperit, & Placidiam Olybrii uxorem: sed eâ posthabitâ flagitiosus Princeps, quem etiam divinandi arti operam dedisse, & præstigiis deditum fuisse produnt, alienos thalamos violabat, stuprumque in Petronii Maximi, viri Consularis, & Patricii domum intulit: quod exitii causam illi intulit: cum enim hujus artibus se induci passus fuisset, ut Aëtium, cujus filio filiam natu majorem desponderat, ejusque familiarem Boëtium interficeret, quia pactam sibi fidem non reddi acriùs ille querebatur, cum in omnium ordinum, qui Aëtio stetisse hactenus Rempublicam intelligebant, odium incurrit, tùm maximè ejus satellitum iram movit, è quibus duos idem Maximus impulit, ut perfidum Principem confoderent. De loco cædis non satis constat: quidam in Campo Martio pro tribunali, alii ludo gestationis intentum extrà Urbem, nonnulli viâ Lavicanâ cæsum scripsere. Utut sit, anno 455. die 17. Martii periit, anno ab Aëtii cæde nondum elapso. Vixit annos 35. menses 7. dies 28. imperavit verò annos 29. menses 4. dies 25.







## NUMISMATA AUREA.

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Caput Plac. Valentiniani coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ : in imâ parte COMOB. (1) *Nummus minutissimus. Fouc. RE. MMA.*

Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani cum diademate ex gemmis, cui corona imminet.

Crux in laureâ : in imâ parte COMOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ : in imâ parte COMOB. *Farnesianus. Fontaine.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Caput Plac. Valentiniani ut suprà.

Crux in laureâ : in imâ parte COMOB. *Regius. MMA.*

DN PLA VALENTI P F AV. Caput Plac. Valentiniani ut suprà.

Crux in laureâ : in imâ parte CONOB. *Cham.*

DN PLA VALENTINIANVS AVG. Plac. Valentinianus cum coronâ ex gemmis, ad pectus cum trabeâ, dextrorsum, dextrâ

(1) Nummi Pla. Valentiniani ex auro, quibus nota (*MB*) subjecta non est, in Mediobarbo desiderantur.

tenet

tenet volumen, ut videtur, finiftrâ crucem.

GLORIA ROMANORVM. (1) Figura galeata fedens, dextrâ tenet coronam, finiftrâ crucem: à dextris in areâ R. à finiftris V. in imâ parte COMOB. *RE.*

DN VALENTINIANVS P F AVG. Plac. Valentinianus cum ftemmate criftato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ geftat fpiculum humero dextro, finiftrâ clypeum.

IMP XXXXII COS XVII P P. (2) Figura ftolata & galeata fedens, dextrâ tenet globum crucigerum, finiftrâ fceptrum: à dextris in areâ ftellula: in imâ parte CONOB. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IMP XXXXII. COS XVII P P. (3) Figura ut fuprà, ad cujus pedes camelus: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

DN PLA VALENTINIANVS P AVG. Caput Plac. Valentiniani coronâ ex gemmis cinctum.

VICTORIA AVGG. Imperator dextrâ crucem tenens. *DC.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Caput Plac. Valentiniani coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento, cum coronâ ex alto imminente.

VICTORIA AVGGG. (4) Imperator habitu militari, dextro pede veluti galeæ fuperpofito, crucem oblongam tenet dextrâ, Victoriæ verò fignum globo impofitum fuftinet finiftrâ: à dextris in areâ R. à finiftris V. in imâ parte COMOB. *M.*

Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani coronâ gemmatâ redimitum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator ftans dextrâ tenet crucem, finiftrâ globum cum Victoriolâ: à dextris in areâ R. à finiftris V. in imâ parte COMOB. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Imperator ut fuprà, dextro pede draconem terens, cætera ut fuprà, cum iifdem literis in areâ & in imâ parte. *Cham. MMA. Farnefianus.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Caput Plac. Valentiniani ut fuprà.

VICTORIA AVGGG. Typus ut fuprà cum iifdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORVM. Imperator ftans cum labaro & Victoriâ orbi infiftente, pede lævo hoftem proterit: à dextris in areâ R: à finiftris V. in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN FL PLAC. alii PLA VALENTINIANVS P F AVG.

VICTORIA AVGGG. Figura militaris ftans, dextrâ crucem, finiftrâ globum cum Victoriâ fertum tenente, dextro pede ferpentem capite humano conculcans: à dextris in areâ R. à finiftris M. in imâ parte CONOB. *MB.*

Alius cum R. V. in areâ, eodem typo. *MB.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Caput Plac. Valentiniani cum coronâ ex lauro & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Typus ut fuprà: à dextris in areâ R. à finiftris M. in imâ parte CONOB. *Brandenburg. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani cum diademate gemmato, & ferto fuprà caput.

VICTORIA AVGGG. Imperator habitu militari, dextro pede ferpentem capite humano conculcans, dextrâ tenet globum cum Victoriâ fertum tenente, finiftrâ crucem: à dextris in areâ R. à finiftris V. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. quod literis ordine retrogrado pofitis legitur, circà coronam lauream in quâ Chrifti monogramma: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

A VALENTINIANVS P F AVG. Caput Plac. Valentiniani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria thoraci infidens à dextris finiftrorfum, fcu-

(1) Nummus hic rariffimus eft, nec apud Mediobarbum extat.

(2) Nummi hujufcemodi rariffimi funt: iis fimiles occurrunt in Theodofio Jun. in quem folum hæc epigraphe convenit, ut ex iis quæ ad illos monuimus, conftat, & in Theodofii conjuge Eudoxiâ.

(3) Ita quidem expreffit Begerus; fed ex ipfo typo facilè quivis intelligit, quod Begero aut Chalcographo animal quoddam, equus puta, aut camelus, vifum eft, eam effe proram navis, cui mulieris pes lævus infiftit.

(4) Tres Auguftos fruftra quæras Valentiniani ætate: quamobrem duobus Auguftis Theodofio & Valentiniano, adjungitur hujus, vel mater Placidia, vel Eudoxia focrus. Hanc Infcriptionem Romæ in Bafilica D. Pauli repertam, refert Sirmondus ad Sidonii lib. I. Epift. IX.

FL. CELERINVS. V. D. SCRINIARIVS. INL. PATRICIAE.
SEDIS. DEP. ID. NOVEMB. D. N. PL. VALENTINIANO.
AVG. VII. ET AVIENO. V. C. COSS.

tum trunco arboris impositum utrâque manu sustinet unà cum puerulo alato coram stante ; in clypeo VOT X MVLT XX. à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

DN FLA (sic) VALENTINIANVS P F AVG. Plac. Valentinianus cum coronâ ex gemmis, & stolâ decussatâ, seu habitu Consulari, dextrâ tenet volumen, sinistrâ crucem.

VOT X MVLT XX. (1) Imperator eodem habitu Consulari sedens, cum pulvino sub pedibus, dextrâ elatâ volumen tenet, sinistrâ crucem : à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

DN FL PLAC VALENTINIANVS P F AVG.

VOTIS XXX MVLTIS XXXX. COMOB. *MB.*

DN PLACIDIVS VALENTINIANVS P F AVG. Plac. Valentinianus cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum trabeâ dextrorsum, dextrâ elatâ tenet volumen, sinistrâ sceptrum consulare in cujus vertice crucicula.

VOT XXX MVLT XXXX. (2) Imperator habitu Consulari cum stemmate crucigero, dextram porrigit figuræ semigenuflexæ, sinistrâ tenet sceptrum crucigerum : à dextris in areâ R. à sinistris M. in imâ parte COMOB. *Farnesianus. Nummus maximi moduli.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XXX MVLT XXXX. Imperator ut suprà, dextram porrigit figuræ semigenuflexæ quæ globum manu sinistrâ ei offerre videtur, lævâ admotâ parazonio : à dextris in areâ R. à sinistris M. in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani ut suprà ; sed crux quæ sceptro insistit efficta est ex margaritis.

VOTIS XXX MVLTIS XXXX. Imperator ut suprà, dextram porrigit figuræ semigenuflexæ, sinistrâ tenet sceptrum crucigerum diversum à superiori : in imâ parte COMOB. *Farnesianus. Nummus maximi moduli.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Plac. Valentinianus cum coronâ ex gemmis & habitu Consulari, dextrorsum, dextrâ tenet volumen, sinistrâ crucem.

VOT XXX MVLT XXXX. Imperator coronatus habitu Consulari stans, dextram porrigit figuræ galeatæ semigenuflexæ, sinistrâ tenet sceptrum : à latere dextro Imperatoris R. à sinistris in areâ M. in imâ parte COMOB. *M. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Valentiniani coronâ gemmatâ, bustum cum veste palmatâ, dextrâ globum, sinistrâ crucem.

VOT XXX MVLT XXXX. Imperator stans sinistrâ sceptrum, dextram porrigit figuræ semigenuflexæ, quæ aliquid ei offert sinistrâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Plac. Valentinianus cum coronâ ex margaritis, habitu Consulari, dextrâ tenet volumen, cum cruciculâ à tergo prominente.

VOT XXX MVL XXXX. Imperator habitu Consulari stans, dextram porrigit figuræ genuflexæ, sinistrâ crucem tenet : inter utramque figuram R. à sinistris in areâ M. in imâ parte CONOB. *Cham.*

(1) Nummus hic rarissimus pertinet ad annum 435. quo Valentinianus decennalia vota solvit, & Consul IV. fuit : quod Chalcographus cujus metalli esset hic nummus, non monuit, negotium facere non debet : aureum enim esse constat è literis in areâ & in imâ parte insculptis. Typus tam capitis, quam aversæ partis novus est : huic similis occurrit deinde in Leone, nisi quod in aversâ pedibus Consulis pulvinus subjectus non est ; sed cum epigraphe, VICTORIA AVGGG.

(2) Nummi hujusce modi cusi sunt anno 455. quo Valentinianus VIII. Consul fuit, ac Tricennalia vota solvit : atque ille postremus ejus vitæ annus fuit. Primum Consulatum Princeps hic intrà annum quo Cæsar, alterum intrà annum quo Augustus appellatus est, cepit : III. Consul quinquennalia vota solvit, IV. Decennalia : eadem ratio duorum sequentium Consulatuum : hos enim cepit, decimo quinto, & vicesimo Imperii annis : postremo cum votis XXV. & XXX. conjuncti sunt postremi duo ejus Consulatus. In Tricennalibus Plac. Valentiniani miserrima Romanorum conditio fuit, quod superiori anno Aëtium unum Imperii columen confoderat, ipse imbellis, ignavus, Principem stupris tantum agebat : qui tamen hic laboranti Reipublicæ opem ferens exhibetur : sed de adulatione monetariorum variis in locis dicendi occasio sese obtulit. Typi horum nummorum novi.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Caput Plac. Valentiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

GLORIA ROMANORVM. Victoria tunicata ac succincta, gradiens à sinistris dextrorsum, crucem magnam tenet dextrâ : in imâ parte A.. S. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani ut suprà, cui corona laurea exigua imminet.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria gradiens à finiftris dextrorfum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum finiftrâ: in imâ parte RM. *Regius. Ducang. MB.* Eadem epigraphe. Caput Plac. Valentiniani cum coronâ ex gemmis & lapillis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator ftans, pede dextro hoftem calcans, dextrâ crucem oblongam tenet, finiftrâ Victoriæ fignum globo impofitum: à dextris in areâ R. à finiftris V. in imâ parte COMOB. *Collegii.*

(1) Nummi Plac. Valentiniani ex argento inter rariores recenfendi funt: fuperior apud Mediobarbum defideratur, ficut & fequens, qui rariffimus eft.

## *NUMISMATA ÆREA*
## *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG. Valentinianus cum diademate ex margaritis, & palmâ verfus faciem defcriptâ, ad pectus cum paludamento.

BONIFATIVS. (1) Bonifacius curru quadrijugo triumphantis fpecie vectus, dextrâ fertum cum flagello, finiftrâ palmam: in imâ parte aliquot monogrammata. *Regius. Ducang. MB.*

(1) De hifce Placidii Valentiniani nummis plura fcripfit eruditiffimus Ducangius in præftantiffimo opere de inferioris ævi Numifmatibus; quæ hic exfcribere non pigebit: Præ cæteris autem, inquit, numifmatibus, maxime poft ævum Conftantini, quæ magnorum virorum, vel fortiffimorum Ducum honori quodammodo dicata, ab ipfis Auguftis cufa funt, non contemnendæ perinde raritatis eft P acidii Valentiniani æreus Medallio, quem ex Regio Th.fauro depromptum in eo opere exhibemus, in cujus antica facie idem confpicitur Auguftus cum diademate lapillis & margaritis contexto, incifufque ad vultus latus ramus palmeus. Averfa autem Bonifacium triumphantis fpecie exhibet: quadrigæ enim infidet ille, militari habitu, στέφανόν τε δάφνης ἀναδησάμενος, καὶ κλάδον κρατῶν, non ἐν τῇ δεξιᾷ, ut triumphantem defcribit Zonaras tom. 2. pag. 31. fed in finiftra; quâ præterea, ut eft apud Valerium Maximum, *triumphalis currus habenas retinet*: dextra verò unà cum corona laurea flagrum tenet. Currus ipfe quo vehitur, & quem quatuor trahunt equi, juxta illud Nafonis,

*Quatuor in niveis aureus ibis equis,*

ἐς πύργου περιφερῶς τρόπον, *inftar turris rotundæ* confectus cernitur; uti triumphantium currum repræfentat idem Zonaras. In inferiori nummi parte quatuor defcribuntur Monogrammata. Jam verò Bonifacius, quem ut *virum bellicis artibus præclarum prædicat Profper Aquitanus*, γενναιότατον vocat Olympiodorus apud Photium, tum primùm inclaruit. cùm Ataülphus Gothus Maffiliam, celeberrimam in Galliis urbem intercipere tentavit. Ejus enim confilio acriter obftitit Bonifacius, à quo vulneratus Ataülphus, vix falvus in fua fe tentoria recepit, Maffilienfibus Bonifacium liberatorem fuum extollentibus, ac prædicantibus; quod quidem geftum antequam Ataülpho nupta effet Placidia. At extinctis ipfo Ataülpho, & Conftantio Augufto Placidiæ conjugibus, eidem Auguftæ, cum à fratre Honorio Conftantinopolim relegata eft, folus penè fidem fervans, ex Africa, cui Prætor præerat, pecuniam fubmifit, obfequia fua impendit, nihilque non egit, ut intermiffam, fi non amiffam, recuperaret illa Auguftam dignitatem. Erat Bonifacius, inquit Olympiodorus, vir heroïcus, qui cum multis fæpè gentibus barbaris ftrenuè pugnavit, paucis interdum copiis adhibitis, interdum pluribus, nonnunquam verò & fingulari certamine: atque, ut verbo abfolvam, qui Africam à barbaris variifque nationibus Provinciam hanc incurfantibus liberavit. A Placidia deinde, quæ tum Auguftam receperat appellationem, ex Africa in Hifpanias evocatus anno 422. ut Caftino Magiftro militum contra Vandalos bellum gerenti adeffet, Caftino focium habere dedignante, in Africam eft reverfus: quod *Reipublicæ multorum laborum & malorum fequentium initium* fuit, ait Profper. Aëtius quippe Bonifacium, quocum occultas fovebat fimultates, cuique invidebat, ut poteftatis fuæ potentiori æmulo, ad Placidiam detulit, quafi Africam omnem fibi afferere cogitaret.: addiditque verum deprehendi poffe, fi Romam acciretur. Præmiferat interim Aëtius arcanas ad Bonifacium literas, per quas fignificabat infidiari fibi Imperatoris matrem, & eripere vitam velle. Cum igitur accitus Bonifacius venire renuiffet, miffi funt Mavortius, Galbio, & Saonecis Duces, qui bello cum Bonifacio contenderent: quibus cæfis, fuffectus eft Sigifvultus Comes. Gefta hæc anno 427. qua tum tempeftate evocati ex Hifpaniis à Bonifacio in auxilium Vandali in Africam trajecerunt, è qua nonnifi fub Juftiniano exacti funt. Aëtii interea dolo patefacto, Bonifacius à Placidia in Italiam revocatur. Venit ille, benigneque exceptus, & Magiftri Militum dignitate, qua tum potiebatur Aëtius, donatus eft anno 432. Scribit Procopius, & ex eo Theophanes, Bonifacium, priufquàm in Italiam reverteretur, precibus ac promiffis ampliffimis Vandalos, ut ex Africa decederent, fruftra perfuadere conatum; cum recufantibus bello contendiffe, & ab iis femel ac iterum bello fuperatum, ac demum auxilia conquifiturum in Italiam trajeciffe. Ingens exinde bellum inter Bonifacium reducem & Aëtium geftum eft, initoque prælio, Aëtius Bonifacium fecum congredientem vulneravit illæfus, qui tertio poft menfe ex vulnere, quo fauciatus fuerat, interiit..... Hæc neceffario præmittenda fuere, ut non modo quis effet Bonifacius in Medallione effictus, agnofceremus, fed etiam quando nummus idem cufus eft à Valentiniano: quod dubio procul poft Bonifacii ex Africâ reditum, & cum Magifter Militum dictus eft, factum exiftimare licet, non quòd ante hæc tempora nullam aliam bellicam expeditionem fufceperit, aut victoriam adeptus fit, ex quibus decerni eidem potuerit triumphus: quod prædicta refellunt: fed quòd à Valenti-

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

BONIFATIVS. Bonifacius capite radiato triumphantis specie in curru quem quatuor cervi trahunt, dextrâ elatâ sertum tenet cum flagello, sinistrâ verò lauri ramum. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe.

BONIFACIVS. Quadriga cervorum, in quâ Imperator, dextrâ lauream, sinistrâ palmam. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Pla: Valentiniani.

PETRONIVS MAXIMVS V C CONS. Petronius Maximus Senatorio, seu potius Consulari habitu in sellâ sedens, volumen tenet dextrâ, lævâ scipionem cum aquilâ. *Sirmondus.*

DN PLA VALENTINIANVS SPE AVG. Caput Pla. Valentiniani peculiari diademate cinctum, ad pectus cum stolâ: in areâ à sinistris palmæ ramus.

PLACEA S PETRI. (2) Hydraulicum organum, in cujus usum aquam hauriunt ministri duo hinc inde stantes: à sinistris Terminus radiatus, sive Terminus cum Solis capite basi insistens. *Reg. Christinæ.*

DN PLA VALENTINIANVS P F AVG.

RSVRDENIAE in nexu. (3) *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Pla. Valentiniani coronâ gemmatâ redimitum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. (4) Figura armata stans, dextrâ gestat labarum, sinistrâ Victoriolam, pede dextro premit galeam: à dextris in areâ R. à sinistris M. in imâ parte COMOB. *R E.*

niano ætate paululum provectiori cusus videatur Medallio, qui antea excudi non potuit, cùm antequam idem Valentinianus Augustus dictus esset à Theodosio Juniore anno 425. inter Placidiam Augustam & Bonifacium bella intercederent, quæ circa annum 422. cœpta, non nisi decennio post sunt sopita: qua tempestate, reverso Bonifacio, Valentinianus, qui tum ætatis, quem in nummo præfert, annum decimum tertium attigerat; seu potius mater Placidia, virum de Republica bene meritum, victoriis celeberrimum, innocentem & per calumniam falsò delatum, sibi demereri volens, hocce honoris & benevolentiæ symbolo exornavit. Sed quid denotent subjecta Monogrammata, quorum tum primùm, ni fallor, usus in nummis, fateor mihi prorsus ignotum, neque ipse fortè Apollo divinet. Similem nummum, sed aureum, descripsit Octavius Strada, in hoc ab æreo nostro diversum, quòd in aureo Bonifacii caput radiis cinctum appareat, currusque non ab equis, sed à cervis trahatur, quo modo Helagabalum *processisse in publicum quatuor cervis junctis ingentibus*, scribit Lampridius: & in Aureliani Augusti triumpho *currum extitisse quatuor cervis junctum, qui fuisse dicebatur Regis Gothorum*, Vopiscus: nisi quod cornua existimavit Strada, palmæ fuerint equorum capitibus affixæ, ut in aliis conspiciuntur, maximè Neronis, qui Euthymium præfert in aversa facie, & in eo quem in Honorio descripsimus, qui, PANNONI NIKA, pro inscriptione præfert. Severus in Epistola ad Salvium: *Scimus enim palmigeros bijuges, ubi è circo recesserint, quietissimè stabulari. Illos non jugi formido, non ambiguæ palmæ sollicitant, sed demum pacatis adfixi præsepibus, timere jam nesciunt hortatorem*, &c. Cervos autem ejusmodi πλατυκέρωτας, *palmatos* vocat Julius Capitolinus in Gordiano; quorum scilicet cornua natura finxit in palmas. Monogrammata non omninò eadem sunt quæ in æreo, quæ ob nummi fortean exiguitatem haud bene expressit Monetarius, aut minus percepit Strada. Hæc Cl. Ducangius, & quidem rectè, ut mea fert opinio, nisi quòd Placidiam ante annum 422. Augustam recepisse appellationem, eoque anno Bonifacium Africam occupasse, bellaque hunc inter & Placidiam intercessisse integrum fermè decennium scribit. Nimirum Placidia Augusta dicta est ab Honorio fratre anno 421. anno sequenti Bonifacius, cum Castinus ejus societatem in administrando bello adversus Vandalos respuisset, in Africam secessit. Erat tum Placidia summo in honore apud fratrem; sed anno 423. simultates inter eos exortæ pœnè in apertum bellum prorupere; Placidia denique ejecta Ravenna, Constantinopolim secessit, solusque Bonifacius tum Africæ Comes gravissimis difficultatibus conflictatæ pecunias subministravit, ejusque administratio utilis Imperio fuit usque ad annum 327. quo denique capiti suo cavere coactus est eâ ratione qua Ducangius scribit.

(1) Hunc rarissimum imò singularem nummum, qui desideratur in Mediobarbo, exhibet doctissimus Sirmundus in Notis ad Sidonium, & ex eo Ducangius in Dissertatione de inferioris ævi Numismatibus n. LXI. Hoc quidem numismate, inquit laudatus Ducangius, Petronium Maximum Consulem simili pene honore quo Bonifacium prosecutus est Valentinianus, quam ille accepti beneficii gratiam malè tandem rependit. Eo autem imperante bis dignitatem hanc obierat Maximus, ac primùm anno 433. cum Theodosio: iterum decennio post cum Paterno: unde Tironi Prospero in Chronico Pithœano, *vir* dicitur *gemini Consulatus & Patriciæ dignitatis.*

(2) Nummum hunc rarissimum, imò singularem, & qui in Mediobarbo deest, Camelus primus omnium exhibuit inter cæteros nummos Reginæ Christinæ, sed in eo legit PLATEA S PETRI. cæteraque jejune descripsit hunc in modum, *Instrumentum cum tribus figuris.* E Cimelio Reginæ Suecorum, in gazam Principis Odescalchi translatus est nummus, illicque conspectus est à R. admodum P. Daubenton, Societatis Jesu Sacerdote, qui nunc Catholico Regi à Confessionibus est; & ejus curâ ἔκτυπον nummi Parisios perlatum est ad Erud. Harduinum, qui illud nobiscum pro sua humanitate communicavit: porrò nummus hic eadem omninò magnitudine est qua cælatura. Hydraulicum organum hîc exhiberi diximus, Harduinum secuti, qui præterea monuit idem Vaillantio antea in mentem venisse: aliis tamen puteus est, cujus os cancellis circumscriptum est, in publicum usum adornatus Romæ jussu Plac. Valentiniani.

(3) Nummum hunc maximi moduli esse constat, cum eum è Strada exscripserit Mediobarbus.

(4) Nummus hic ad exemplum aurei fusus videtur: de tribus Plac. Valentiniani ætate Augustis diximus ad nummos aureos.

# LIC. EUDOXIA.

LICINIA EUDOXIA Theodosii Jun. & Æliæ Eudoxiæ filia, anno 423. nata est: Plac. Valentiniano nupsit anno 437. die 29. Octobris, eique filias duas Eudoxiam & Placidiam peperit. Valentiniano cæso anno 455. Petronio Maximo nupsit, quem ubi rescivit in prioris mariti mortem conspirasse, Gensericum in Italiam evocavit, ab eoque in Africam abducta est cum filiabus; illic mansit ad annum 462. quo Constantinopolim denique remissa dicitur una cum majore filiâ, quæ Olybrio nuptum collocata est: sed Placidiam Hunerico filio copulavit Gensericus.




## NUMISMATA AUREA.

LICINIA EVDOXIA P F AVG. Caput Lic. Eudoxiæ cum coronâ radiatâ in cujus medio crux à fronte, ab unâquâque parte capitis pendent margaritæ usque ad collum, quæ & ipsum collum ornant, ad pectus cum paludamento.

SALVS REIPVBLICAE. (1) Figura tunicata capite margaritis ornato sedens, dextrâ tenet globum crucigerum, sinistrâ crucem longam: à dextris in areâ R. à sinistris M. in imâ parte COMOB. *Farnesianus. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. (2) Figura radiata sedens, cætera ut suprà; à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *R E.*

(1) Cujus metalli sit hic nummus, non monuit Ducangius; sed aureum esse non è literis tantum constat; sed etiam quod simillimus in Farnesiano Museo aureus est.

(2) Liciniæ Eudoxiæ nummi eximiæ raritatis sunt: ipsius ornatus capitis novus, perinde atque aversæ partis typus.

# HONORIA.

JUSTA GRATA HONORIA Constantii & Gallæ Placidiæ filia, anno 417. aut sequenti nata est: anno 434. stuprum ab Eugenio Procuratore passa, Palatio ejecta, & ad Theodosium missa est: quo extincto, Attilam contrà Occidentalem Rempublicam incitavit anno 451. ejusque nuptiarum spem frustrà fovit. In Italiâ obiisse videtur, & quidem nupta, sed incertum quo anno: vide infrà notam ad nummos aureos.



## *NUMISMATA AUREA.*

DN IVST GRAT HONORIA P F AVG. Caput Honoriæ cum coronâ ex gemmis, cui altera corona imminet, ad pectus cum stolâ, & cum monili circà collum & inauribus.

BONO REIPVBLICAE. Victoria stans dextrâ tenet crucem longiorem; supernè stellula: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Honoriæ ut suprà, cum cruciculâ ad humerum dextrum.

BONO REIPVBLICAE. (1) Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, absque manu imminente, & cruciculâ ad humerum.

Crux in laureâ: in imâ parte COMOB. *M.*

Alius absque literis in imâ parte, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Honoriæ cum coronâ ex gemmis, ad pectus cum stolâ, & cruce ad humerum.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Honoriæ cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum stolâ gemmatâ.

SALVS REIPVBLICAE. Circà coronam lauream in quâ Christi monogramma: in imâ parte CONOB. *Regius Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT XX MVLT XXX. (2) Victoria stans dextrâ tenet crucem: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *R E.*

(1) Epigraphe nova, cui tamen adfinis occurrit in Victore: ille enim, & Maximus ejus pater BONO REIPVBLICAE NATI dicuntur. Epigraphe hujusmodi haud vanior videtur eâ, quæ in omnium Augustarum nummis prostat, SALVS REIPVBLICAE. mirum tamen eam adinventam esse in gratiam Honoriæ. Nummi hujusmodi rarissimi sunt, & in Mediobarbo desiderantur.

(2) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, & in Mediobarbo desideratur. Honoriam Augustam appellatam esse, cum ejus virginitatem Eugenius nondum delibasset; præterea post stuprum, cum Italia ejecta est, dignitatem amisisse vitamque privatam CP. vixisse, constans est hominum opinio: quamobrem, cum in ejus nummis mentio fiat Vicennaliorum Valentiniani, quæ anno 445. soluta sunt, videndum est quàm rectè proditum sit à nonnullis Scriptoribus, Honoriam anno 437. stupro infamem, Constantinopolim perductam esse. Haud dissimulandum tamen est, iniri posse rationem, qua tempora à Scriptoribus rectè, aut certè non malè consignata esse appareat. Nimirum hæc è Prisco excerpta reperimus in Excerptis de Legationibus pag. 39 Ὅτι ὡς ἠγγέλθη τῷ Ἀττήλᾳ, τὸν Μαρκιανὸν ἐς τὰ κατὰ τὴν ἕω Ῥωμαϊκὰ παρεληλυθέναι βασίλεια, μετὰ τὴν Θεοδοσίου τελευτήν· ἠγγέλθη δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τῆς Ὀνωρίας περὶ γεγενημένα· πρὸς μὲν τὸν κρατοῦντα τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων ἔστελλε τοὺς διαλεξομένους, μηδὲν Ὀνωρίαν πλημμελεῖσθαι, ἣν ἑαυτῷ πρὸς γάμον κατενεγγύησε· τιμωρήσειν γὰρ αὐτῇ εἰ μὴ καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἀπολάβῃ σκῆπτρα· ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἑῴους Ῥωμαίους, τῶν ταχθέντων φόρων ἕνεκα. ἀπράκτων δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν αὐτοῦ ἐπανελθόντων πρέσβεων (οἱ μὲν γὰρ τῆς ἑσπερίας ἀπεκρίναντο, Ὀνωρίαν αὐτῷ ἐς γάμον ἐλθεῖν μὴ δύνασθαι, ἐκδεδομένην ἀνδρί· σκῆπτρον δὲ αὐτῇ μὴ ὀφείλεσθαι· οὐ γὰρ θηλειῶν, ἀλλ' ἀρρένων ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀρχή &c. *Cum primum Attilæ nuntiatum est, Marcianum, Theodosio extincto, ad Imperium pervenisse, simul ea quæ Honoriæ acciderant, accepit, legatos misit ad Imperatorem Occidentis* (Pl. Valentinianum) *qui monerent ne qua injuria afficeret Honoriam, quæ sibi desponsa esset: hanc enim se ulturum, nisi etiam Imperium ipsi traderetur.* (Hæc interpres pessimè verterat) *Misit & ad Romanos in Oriente, tributorum constitutorum gratiâ, sed re infecta legati, utrinque reversi sunt. Etenim Occidentales retulere, Honoriam ipsi nubere non posse, quod alii viro jam tradita in manum esset: neque Imperium Honoriæ deberi: virorum enim, non mulierum Imperium Romanum esse*, &c. Hinc profectò intelligitur, Theodosio extincto, Honoriam in Italiam rediisse, nuptias cum Attila pepigisse, Imperiumque velut hæreditarium affectasse: Valentinianum verò cum Attilæ vim & impetum formidaret, Honoriam in matrimonium collocasse priùs quàm Barbari Legati in Italiam advenissent. Atqui hæc gesta esse constat anno 450. vigesimo quinto ex quo Plac. Valentinianus imperare cœperat; hoc igitur anno votorum XX. solutorum, ac XXX. susceptorum mentio in nummis quos Honoria cudi curaverat, fieri potuit. Quid verò si Honoria à fratre Augusta nunquam dicta sit, sed hunc honoris titulum ipsa sibi arrogarit ex Oriente redux, simulque Occidentalis Imperii partem sibi à Valentiniano tradi petierit? Profectò hoc ultimum Legatos Attilæ petiisse Priscus tradit; cætera conjecturâ tantum consequi possumus.

# ATTILA.

ATTILA Mundzici filius, Rouæ sive Rugilæ Hunnorum Regi successit una cum Bleda fratre, quîcum Illyricum adortus anno 241. sequenti etiam devastatâ Thraciâ, pacem denique Theodosio concessit, eâ lege ut

ſibi ſtatim ſex auri librarum millia, & mille annuæ ſolverentur. Anno 444. Bledam fratrem interfecit, Imperiique ſui fines plurimum deinde dilatavit, ac deinde Romanis ſemper infeſtus, Orientis divitias penè exhauſit; ſed Theodoſio extincto, cum Marcianus negaſſet rationem ſe habiturum tributi quod illi hactenus ſolutum fuerat, arma in Occidentem vertit, Honoriâ, ut ferunt, impellente, quæ ob ſtuprum infamis nubere ei volebat. Duas ejus expeditiones narrant Scriptores, primam anno 451. in Gallias, atque ibi in campis Catalaunicis commiſſo prælio fuſus eſt, ac debellari potuiſſet, niſi Aëtius Romanorum Dux veritus eſſet, ne Hunnis funditus deletis, Gothi in Galliis ſuſtineri non poſſent: alteram anno 452. in Italiam; in quâ Aquileiam ſolo æquavit, Mediolanum, Ticinum, aliaſque urbes devaſtavit, & Romam ipſam petens, S. Leonis Papæ qui ad Mincium amnem ei occurrit, legatione commotus patriam repetiit: ſed tertiæ etiam expeditionis adverſus Alanos ſuſceptæ meminit Jornandes, Attilamque à Thoriſmundo Gothorum Rege victum teſtatur. Utcunque ea res ſe habeat, cum anno 454. puellam duxiſſet, hauſto largiùs mero, vomitu ſanguinis periit.



## *NUMISMATA ARGENTEA.*

ATEVLA. Caput nudum imberbe, ad pectus nudum, cum alis, ut videtur, dextrorſum.

VLATOS. Equus à dextris ſiniſtrorſum, juxtà quem figura virilis: ſub eodem pentagoni figura; in imâ parte luna bicornis. *Fouc.*

Alius cum ⁀ in ſuperiore nummi parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

ATEVLA. Caput ut ſuprà.

VLATOS .... (1) Equus à ſiniſtris dextrorſum, capite erecto, ſub quo pentagonum: in imâ parte luna bicornis, intrà quam ſtella. *Brandenburg.*

ATEVLA. Caput barbatum.

VLATOS. Equus capite erecto ſuprà quem S. & inter equi pedes pentagoni figura. *MB.*

(1) Nummus hic à ſuperiori diverſus, quia deeſt figura virilis; à ſequenti, quia caput imberbe præfert, quod quidem Cupidinis eſſe Laurentius Begerus ex alis colligebat, negabatque Attilam hîc exhiberi, cujus ne mentio quidem, inquiebat, in nummo fit, ſed Ulati Ateulæ, quicumque is fuerit. Non omittendum quod doctiſſimus vir addidit, Ulatum familiæ nomen eſſe, cum in Inſcriptione Lugduni reperta, ſed ea mutila, & deformiter trunca apud Sponium Miſcel. pag. 170. C VLATTI legatur. Inſcriptionem ipſam proponere juvat,

C VLAT....
ASPR.....
HONO.....
FV.........
C VLATTI.


## *NUMISMATA ÆREA*
*incerti moduli.*

ATILA. Caput nudum.
Sine epigraphe. Leo gradiens. *Ducang.* *MB.*

ATHIL. Caput.
Sine epigraphe. Equus. *MB.*

# PETRONIUS MAXIMUS.

PETRONIUS MAXIMUS bis Conſul & Patricius factus eſt à Valentiniano; qui deinde uxori ejus ſtuprum obtulit; quod Maximus indignè ferens, eum in Aëtium velut novas res molientem incitat, deinde ſatellites ad Ducis cædem ulciſcendam hortatur. Valentiniano interfecto die 17. Martii anni 455. poſtero die tyrannidem Maximus invadit, deceſſoris viduam Eudoxiam intra paucos dies in conjugum ſuum tranſire cogit, & filio Palladio Cæſari creato Eudociam privignam deſpondet. Sed ubi Eudoxia reſcivit Valentiniani cædis conſcium fuiſſe Maximum, Genſericum Vandalorum Regem in Italiam accerſivit; cujus adventu nuntiato Maximus, cum ex Urbe trepidè fugeret, ad Urſo milite occiſus, & ab Eudoxiæ famulis dilaniatus, unco in Tiberim tractus eſt die 12. Junii, ſeptimo ſcil. & ſeptuageſimo, ex quo Imperium invaſerat.



## NUMISMATA AUREA.

DN FL ANICIVS MAXIMVS P F AVG. *MB.*

DN PETRONIVS MAXIMVS P F AVG. Caput Petronii Maximi cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. (1) Imperator paludatus pede dextro draconem calcans, dextrâ tenet longiorem crucem, ſiniſtrâ globum cum Victoriâ; à dextris in areâ R. à ſiniſtris M. in imâ parte COMOB. *Fontaine. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Imperator paludatus cum ſtemmate crucigero, cætera ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Imperator abſque ſtemmate crucigero, cætera ut ſuprà: à dextris in areâ R. à ſiniſtris N. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà abſque dracone: à dextris in areâ R. à ſiniſtris M. in imâ parte CONOB. *RE.*

PETRONIVS MAXIMVS.

VICTORIA AVGGG. . . . *MB.*

DN AN MAXIMVS P F AVG. Buſtum galeatum, dextrâ Victoriolam cum globo, ſiniſtrâ ſcutum in quo Chriſti monogramma.

VIRTVS AVGVSTI. (2) Victoria dextrâ crucem, ſiniſtrâ palmam: in imâ parte CON. *MB.*

(1) Tres Auguſti his in nummis idcirco numerari videntur, quod pacem Maximus colere volebat cum Marciano, qui in Oriente imperabat; præterea Auguſtæ loco habebat Eudoxiam Plac. Valentiniani uxorem, quam in matrimonium ſuum tranſire coëgit.

(2) Nummum hunc Mediobarbus è Strada exhibet; rariſſimum quidem, ſi genuinus eſt; ſed ob capitis epigraphen ſuſpectum: Maximus enim tam in nummo Plac. Valentiniani maximo, quem ſuprà exhibuimus, quàm in ſuis, quos quidem vidimus, Petronius, nuſquam Anicius appellatur. Hæc epigraphe tum primum juncta cum hoc typo occurrit.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN MAXIMVS P F AVG. Caput Petronii Maximi coronâ ex margaritis & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.


VICTORIA

VICTORIA ROMANOR. (1) Figura muliebris ſtolata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte, S M... *Fouc.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & in Mediobarbo deſideratur. De qua victoria Romanis gratulari potuerint Monetarii, vide Maximi vitam.

# MARCIANUS.

MARCIANUS humili loco natus in Illyrico, ſed militiæ clarus, ex Tribuno Imperator Orientis anno 450. die 24. Auguſti factus eſt ope Pulcheriæ, quæ etiam illi nupſit eâ lege ut virgini ſibi eſſe liceret. Maximis difficultatibus eâ tempeſtate conflictabatur Reſpublica, quòd Attila Hunnorum Rex, cui tributum annuum pendere ſpoponderat Theodoſius Jun. aliquot annorum penſiones poſcebat; præterea Dioſcorus Alexandriæ Patriarcha ambitione, & pravâ erga Eutychem charitate magnas turbas concitaverat: ſed cum Attilæ minis ſuperbum reſponſum reddidiſſet Marcianus, rationem ſe nequaquam habiturum tributi, quod à Theodoſio ſtipulatus fuerat, nec vires ſibi, nec animum ad impetum ejus ſuſtinendum defore, barbarum à bello ſibi inferendo deterruit; adverſus Dioſcorum verò Concilium Chalcedone ſtatim indixit, quo Eutychiana hæreſis profligata eſt anno 451. Hujus Imperatoris æquitatem, prudentiam, pietatem mirum in modum commendant Scriptores, ejuſque dictum memoriæ prodiderunt; tandiu pacem colendam Principi, quandiu per hoſtes licet; quamobrem Gepidas & Gothos, cum ab Hunnis poſt Attilæ mortem defeciſſent, in amicitiam facilè recepit, illiſque Daciam, his Pannoniam aſſignavit anno 456. nec aliâ de causâ Avitum in Occidente regnare paſſus eſt. Bellum tamen ab eo apparatum contra Vandalos ferunt, quod direptâ poſt Valentiniani cædem Româ, ejus etiam uxorem & filias in Africam tranſportaſſent; ſed his apparatibus intentum mors intercepit menſe Februario anni 457. quinque & ſexaginta annos natum, cum annos ſex, ac totidem propè menſes imperaſſet. Uxorem privatus duxerat, è quâ Euphemiam ſuſcepit, quæ Anthemio deinde Auguſto nupſit.




## *NUMISMATA AUREA.*

DN MARCIANVS P F AVG. Caput Marciani coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ: in imâ parte CONOB. *Quinarius. RE.*

Eadem epigraphe. Marcianus cum ſtemmate criſtato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ tenet ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum.

GLOR ORVIS TERRAR. (1) Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum crucigerum geſtat: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte TESOB. *Regius.*

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, & in Mediobarbo deſideratur, perinde atque cæteri ex auro, quibus notam (*MB*) non ſubjunximus. Huic nummus ſimillimus à nobis deſcriptus eſt in Theodoſio M. niſi quod illio deeſt nominis Chriſti monogramma in labaro.

Eadem epigraphe. Marcianus cum diademate ex unionibus, ad pectus cum paludamento.

MPSC. (1) seu monogramma cum cruciculâ supernè in coronâ laureâ. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Marcianus cum stemmate cristato à fronte, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. Victoria ad dextram gradiens, dextrâ tenet crucem longiorem: à sinistris in areâ stella: in imâ parte COMOB. *RE.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Declesves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà absque stellâ in areâ: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Marcianus capite galeato à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. Victoria stolata stans, dextrâ tenet crucem longiorem, sinistrâ stolam colligit: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Marciani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator stans, & pede dextro caput draconis calcans; dextrâ tenet longiorem crucem, sinistrâ globum cum Victoriâ: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *M. Cham.*

DN alii FL MARCIANVS AVG.

VICTORIA AVGGG. S. CONOB. Victoria dextrâ crucem gestans. *MB.*

DN MARCIANVS P F AVG. Marcianus cum stemmate cristato à fronte, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum.

VICTORIA AVGGG. A. Victoria stans: in imâ parte CONOB. *DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. B. Victoria stans dextrâ tenet crucem longiorem: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Regius. Brandenburg.*

DN MARCIANVS P F AV. (sic) Caput Marciani ut suprà.

VICTORIA AVGGG. E. (2) Typus ut suprà cum stellâ à sinistris in areâ: in imâ parte CONOB. *MMA.*

DN MARCIANVS P F AVG. Caput Marciani galeatum, & in galeâ alæ, dextrâ jaculum, sinistrâ scutum.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens, dextrâ lauream, sinistrâ globum suprà quem crux; ad latus stellula: in imâ parte CONOB. *MB.*

(1) Nummum hunc è Strada discimus aureum esse; nam Ducangius cujus metalli esset non monuit.

(2) Nummi hujusmodi cusi videntur, vivâ adhuc Pulcheriâ; tunc enim tres Augusti reipsâ fuere in nummis numerandi, cum Pulcheria non mariti, sed suâ dignitate fulgeret: potuit tamen post ejus mortem ratio haberi Eudoxiæ Valentiniani uxoris, quæ idcirco quia Theodosii filia erat, Augusta suo jure videbatur.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

DN MARCIANVS P F AVG.

L 81OGIIIVINOIV. Dea Pax dextrâ elatâ cum ramo, sinistrâ hastam.

(1) Nummum hunc ex Hulsio exscripsit Mediobarbus.

# PULCHERIA.

ÆLIA PULCHERIA Arcadii & Eudoxiæ filia, rarissimi exempli fæmina, & sæculi decus, Constantinopoli nata est anno 399. die 24. Augusti. Sedecim annos nata, Theodosium fratrem ad pietatem & humanitatem informandum suscepit, Orientemque deinceps ita administravit ut neminem muliebris Imperii pœniteret: sed anno 447. cum eam apud Principem calumniarentur Eudoxia Augusta & Chrysaphius Eunuchus, illeque incautus insidiis sororem Diaconissam ordinari jussisset, monente Flaviano sanctissimo viro Constantinopoleos Patriarcha in Hebdomum secessit, ibique privatam vitam degit ad annum 349. quo demum ut ad gubernacula iterum sederet, persuaderi se passa est. Theodosio anno 450. extincto, Marcianum Pulcheria ad Imperium evexit die 24. Augusti, eique in manum convenit;

eâ tamen lege, ut virgini ſibi eſſe liceret; mox Flaviani reliquias Epipâ, quo relegatus fuerat, in Urbem Regiam reportavit, Eutychianam hæreſim acerrimè exagitavit, Deiparæ ædem in eo tractu cui Blachernis nomen, celeberrimam conſtrui curavit, ac denique vitam hanc meliore commutavit anno 453. die 18. Februarii, cum annos quinquaginta quatuor, & quinque ſuprà viginti dies nata eſſet. Memoriam ejus non Græci ſolùm, verùm etiam Romani coluerunt.




## NUMISMATA AUREA.

AEL PVLCHERIA AVG. Caput Ael. Pulcheriæ diademate ex unionibus ornatum, cui coronam lauream manus ex alto imponit.

SALVS REIPVBLICAE. (1) Victoria ſedens clypeo inſcribit Chriſti monogramma: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

(1) Cujus metalli ſit hic nummus, Ducangius incertum qua de causâ, monere ſuperſedit; ſed aureum eſſe conjicimus ob literas quæ in imâ parte leguntur. Nummi Pulcheriæ rariſſimi ſunt.

## NUMISMATA ARGENTEA.

AEL PVLCHERIA AVG. Caput Pulcheriæ margaritis ornatum ad pectus cum ſtolâ, & monili ex margaritis circà collum.

Crucicula in coronâ: in imâ parte CONOB. *Ducang.*



## AVITUS.

MARCUS MÆCILIUS AVITUS, Arvernus, nobilique inter ſuos familiâ natus, militaribus artibus perinde atque civilibus ornatus fertur; cum enim in variis bellis fortiſſimi viri famam adeptus eſſet, idem Præfectus Prætorio Galliarum, Legatuſque ad Gothos pro pace anno 439. iterumque anno 450. pro auxiliis contrà Hunnos impetrandis, prudentiſſimus viſus eſt. Valentiniano interfecto, Magiſter Equitum in Galliis factus à Petronio Maximo, cum de hujus etiam cæde certior factus eſſet, Theodoricum Veſigothorum Regem, cujus amicitiam ſemper coluerat, novo fœdere ſibi devinxit, purpuramque Toloſæ ſumpſit die 10. Julii anni 455. mox Ugerni & Arelate conſenſu exercitûs Gallicani & Senatorum Imperator appellatus, peragratiſque Galliis & Pannoniis, Romam denique exeunte anno pervenit. Francos eâ tempeſtate regebat Meroveus fortiſſimus Princeps, qui auditâ Aëtii cæde pacem ruperat, regnumque ſuum, quod Somonâ terminabatur, uſque ad Moſellam, Matronam, Sequanamque protulerat: hic Aviti etiam imperio Auguſtam Trevirorum, prodente Lucio quodam Senatore, diripuit, ferroque & flammâ vaſtavit. In aliis provinciis fortunâ benigniori uſus eſt Avitus; Vandalorum enim claſſem ſexaginta navium in Agrigentino litore Ricimeris Comitis ductu demerſit: præterea Suevos, qui Carthagi-

nenſem & Tarraconenſem provincias depopulati erant, Veſigothi & Burgundiones Imperii amici & ſocii devicere die 5. Octobris anni 456. eorumque Princeps Rechiarius, qui graviſſimas clades Romanis ſæpè intulerat, è fugâ retractus & Theodorici juſſu interfectus eſt: ſed ſive Marcianus, qui tum Orienti præerat, Collegam in Imperio pati nollet, ſive aliâ de causâ, certè impellentibus aut veriùs cogentibus Majoriano, qui haud multo poſt ei ſucceſſit, & Ricimere, à quo deinceps Occidentis Principes ludibrio habiti ſunt, ſummam poteſtatem Avitus abdicavit Placentiæ eodem anno menſe Decembri, cum annum unum, & ſex fermè menſes imperaſſet, deindeque Placentinæ Eccleſiæ præfuit. Filiam habuit Papianillam, quæ C. Sollio Apollinari Sidonio viro nobiliſſimo nupſit, filiumque Ecdicium, victoriâ de Gothis ad Arvernorum municipium nobilem.




## *NUMISMATA AUREA.*

DN FL MAECILLI AVITVS P F AVG. *MB.*

DN AVITVS PERP AVG. (ſic) Caput Aviti cum diademate gemmato, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *Regius Ducang.*

DN AVITVS PERPE AVG. Caput Aviti ut ſuprà.

Crux in laureâ, cum CONOB. in imâ parte. *Declesves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Avitus paludatus & coronatus ſtans, & captivum reſupinatum calcans pede lævo, cruci oblongæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò ſignum globo impoſitum ſuſtinet ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. à ſiniſtris R. in imâ parte COMOB. *MMA.*

Alius cum M. à dextris in areâ, & D. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

DN AVITVS PERP AVG. Caput Aviti ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. à ſiniſtris R. in imâ parte COMOB. *M.*

DN AVITVS PA P F AVG. Caput Aviti ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. (1) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius. Ducang. MB.*

(1) Unus Aviti ætate Imperator in Oriente fuit Marcianus, Auguſta verò nulla; quamobrem duorum ſolummodò Auguſtorum mentio fieri debuiſſe videtur: ſed Eudoxiæ Valentiniani uxoris, tametſi inter Barbaros bello capta degeret, rationem fortaſſe habuit Avitus. Inſcriptiones duas Sirmondus ad Panegyricum Sidonii Avito dictum profert, in quibus ejus Principis Conſulatus memoria conſignata eſt; & utramque Romæ, ſed primam in Baſilicâ Lateranenſi repertam teſtatur, alteram in æde S. Agnetis via Numentana.

1.

DEP. TIMOTHEA
IN. PACE. D. KAL. NOV
CONS. D. N. AVITI.

2.

LOCVS. GERONTI. PRESB
DEPOSITVS. XIIII. KAL. IVL
CONS. EPARCHI. AVITI.

Solus hic Aviti nummus apud Mediobarbum extat.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN AVITVS P F AVG. Caput Aviti coronâ ex margaritis & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

VRBIS ROMA. (1) (ſic) Figura muliebris galeata ac ſtolata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, & in Mediobarbo deſideratur: epigraphe etiam ſingularis.

## *NUMISMATA Æ. III.*

M MAECIL AVITHVS P F AVG. Caput Aviti coronâ ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (1) Imperator laureatus ac paludatus, vultu dextrorsum converso stans, Victoriæ signum globo impositum sustinet dextrâ, labarum verò tenet sinistrâ. *Fouc.*

DN AVITHVS P F AVG. Avitus capite galeato à fronte, ad pectus cum loricâ; dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum.

VICTORIA AVGG. Imperator paludatus sedens à fronte, labaro adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum tenet sinistrâ. *Fouc.*

(1) Nummus hic ob capitis epigraphen singularis est, sequens ob aversæ partis typum, quem nusquam alibi videre memini: uterque in Mediobarbo desideratur.

LEONIS *utriusque, Verinæ, Majoriani, Libii Severi, Anthemii, Severi, Glycerii, Nepotis Numismata in unâ tabulâ exhibuit Cl. Ducangius; in quâ hæc notanda occurrunt.*

Numm. 3. DN LEO PERPT AVG. in descr. PERPET AVG.

Numm. 4. VICTORIA AVCCC. in descr. AVGGG.

Numm. 5. crucem in coronâ laureâ exhibet: in descr. tamen corona quercea dicitur.

Numm. 6. MAIORIANVS PF AVG. in descr. PP AVG.

Numm. 7. in descr. omittitur stella, quâ clypeus insignis est.

Numm. 8. P F AVG. in descr. PP AVG. præterea in aversâ parte, cœlatura coronam lauream exhibet, quæ quercea in descr. dicitur.

Numm. 9. P F AVG. in descr. habetur PP AVG.

Numm. 11. SEVERVS P F AVG. in descr. PP AVG. præterea in aversæ partis areâ R A. in descr. R V.

Nummi 13. & 14. habent etiam in tabulâ P F AVG. in descr. PP. AVG. sed præterea in illius aversâ parte corona quercea ne sit, an laurea dubitari potest, cum lauream exhibeat tabula, quæ dicitur quercea in descr.

Numm. 15. solitum occurrit inter tabulam & descriptionem discrimen: hæc enim PP AVG. habet, ubi illa PFAVG. exhibetur in aversâ parte suprà coronam lauream crux, quam Ducangius in descr. omisit.

Numm. 18. P F AVG. in descr. PP AVG.

Nummum 19. Ducangius exhibuit è Gretsero; qui nec è quo metallo esset monuit, & stellam quæ in aversâ parte cœlata est, non repræsentavit: aureum tamen, aut ad aurei exemplum fusum esse colligimus è literis quæ in imâ parte leguntur; præterea maximæ formæ è Gretseri cœlaturâ constat.

Numm. 20. F P AVG. perspicuè malè: in descr PP AVG.

Nummi 21. & 23. discrimen inter cœlaturam & descriptionem jam notatum præferunt: hæc quippe in utroque PP AVG. habet, illa pariter in utroque P F AVG.

Numm. 22. AVCCC. in descr. AVGGG.

Numm. 24. coronam lauream exhibet, quæ in descr. dicitur quercea.


LEO
MAIORIANVS
LIBIVS SEVERVS
ANTHEMIVS
LEO IVNIOR
GLYCERIVS
NEPOS
P. Giffart delin et sculp.

# LEO.

Leo genere Thrax, quem Scriptores quidam Magnum, alii Macelam appellant, vir insigni pietate, ex Tribuno & militaris præsidii Duce Selymbriæ, Imperator Orientis in Marciani mortui locum appellatus est anno 457. die 17. Februarii. Asparis Alani Magistri Militum per Thracias, cujus Procurator erat, operâ promotum ferunt: hic porrò ab eo stipulatus fuerat, filiam, & Cæsaream dignitatem uni è filiis suis dari: verum è duabus filiabus, quas è Verinâ susceperat Leo, majorem natu Ariadnam anno 458. collocavit Tarasicodisæ Isauro, cui deinde nomen Zenoni esse jussit, maximisque honoribus elatum, Orienti tandem præfecit anno 463. simul Basiliscum Verinæ fratrem exercitibus Thraciæ imposuit, ejusque operâ Gothos & Hunnos identidem tumultuantes compescuit: Asparem verò, & ejus liberorum natu maximum Ardaburium inter Patritios allegit, alios duos Consulatu extulit, Patricium anno 459. Hermenerichum anno 465. Occidentem eâ ætate Senatûs nomine administrabat Ricimer Patritius vir perfidiâ infamis, sed bello bonus: is ubi Italiæ vires effœtas vidit, Imperatorem à Leone petendum censuit, quamobrem missus ab eo Anthemius purpuram sumpsit vel die 12. Aprilis, vel mense Augusto anni 467. Paratum deinde bellum adversus Gensericum Vandalorum Regem, qui Italiæ, Siciliæ, Peloponnesi oras infestabat, instructaque classis ingens, in quam impensa feruntur librarum auri quadraginta septem millia. Huic classi præfectus Basiliscus, plurimas barbarorum naves continuò demersit, deinde in terram egressus Carthaginem recepit: sed avaro ac perfido Duci, hinc Genserico aurum, illinc Aspare Imperium ostentante, classem prodidit anno 468. ac Perinthum relegatus est. Eodem anno cæsus ab Anagasto qui Basilisco in Thraciâ suffectus fuerat, Denzyces unus ex Attilæ filiis, ejusque caput Constantinopolim allatum: simul Patricium Leo Cæsarem creavit, eique Leontiam alteram filiam despondit; demerendi Asparis causâ, an quo incautum facilius opprimeret, incertum est; profectò Asparis ambitioni satisfactum non est, cum interea Leo Jun. Imperatoris è majori filiâ nepos in certam spem Imperii educaretur; quamobrem anno sequenti cum Patricius in Zenonis locum missus esset Antiochiam, Zenoni Thracia attributa esset, milites in hunc ita concitavit, ut saluti suæ fugâ consulere coactus fuerit; atque hinc auctæ inter Leonem & Asparem simultates, eo denique prorupere, ut anno 471. Barbarus una cum Ardaburio filio interfectus sit: Patricio, cum accepto vulnere evasisset, abrogatum sit Cæsareum Imperium, ab eoque abducta sponsa Marciano Anthemii filio nuptum collocata sit: Hermenerichum Zeno ipse sicariis subduxit. Interea classe instauratâ Leo bellum adversus Gensericum renovaverat, missisque Heraclio Edesseno & Marso Isauro Ducibus, cum Occidentis copiis Anthemius Marcellinum Comitem præfecisset, Libyam Tripolitanam receperat, Vandalisque maximis cladibus attritis pacem concesserat anno 470. Post Asparis cædem, Ostrys ejus satelles, & Theodoricus Triarii filius, cujus sororem Aspar uxorem duxerat, devastatâ Thraciâ Constantinopolim obsederunt, pulsique à Zenone & Basi-

lisco, molesti tamen fuere ad annum usque 473. quo pax cum iis sancita denique est legibus ignominiosissimis, Gothis tria millia librarum auri quotannis pendi: Theodoricum hæreditate Asparis frui, duorumque maximorum exercituum, & Prætorianorum Ducem constitui. Haud multo post vivendi finem fecit Leo, cum Leonem nepotem Imperatorem appellasset: anno 474. mense Januario extinctum constat, dies incertus est: decimum septimum Imperii annum nondum expleverat.



## *NUMISMATA AUREA.*

D N LEO PERPET AVG. Caput Leonis coronâ ex lapillis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *Regius.*

D NO LEO. Leo manu crucem tenens.

VICTORIA. Crux. *MB.*

DN LEO PERPET AVG.

VICTORIA AVGG. Victoria stans, dextrâ crucem; ad sinistrum latus stella: in imâ parte COMOB. *MB.*

D NN LEO AVG. Capita Leonis avi, & Leonis nepotis se respicientia.

VICTORIA AVGGG. (1) Victoria stans, dextrâ crucem longiorem, sinistrâ globum cum Victoriâ: in imâ parte CONOB. *MB.*

DN LEO PERPET AVG. Leo cum stemmate cristato, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. (2) Victoria stans, dextrâ tenet longiorem crucem, sinistrâ palmam: à sinistris in areâ sidus solis: in imâ parte COMOB. *Farnesianus. Alletti.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Victoria gradiens, longiorem crucem dextrâ tenet: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Fontaine. Ducang. MB.*

DN LEO PERPETV AVG. Caput Leonis coronâ ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Leo coronatus & paludatus vultu à fronte stans, pede dextro veluti galeæ imposito, cruci adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *M.*

DN LEO PERPET AVG. Caput Leonis cum diademate ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Nummum hunc rarissimum Mediobarbus ex Hulsio exhibet.

(2) De nummis in quibus Principes Perpetui Augusti dicuntur, hæc monet Ducangius, Leonis ætate in nummis pro hocce titulo, PIVS FELIX AVGVSTVS, qui per PF solet efferri, hunc PERPETVVS AVG. poni cœpisse, qui interdum & crebrius per duplex PP. scribitur; additque doctissimus vir, Perpetuitatis titulum in Inscriptionibus & Numismatibus paulò recentioris esse ævi: simul aliquot Inscriptiones à Gal. Maximiano & Val. Constantio exhibet. Atqui Perpetuitatis titulus, ut cum Ducangio loquamur, non semel ante Leonem attributus est Imperatoribus, & quid.m jam inde à Valeriano: vel seriem nostram hanc vide: superioris voluminis pagg. 118. & 128. IMP C P VALERIANVS PP AVG. pagg. 300. & 302. IMP C M CASS LAT POSTVMVS PP AVG. pag. 472. IMP C M AVR PROBVS PP AVG. Idem occurrit etiam in nummis Diocletiani, Val. Maximiani, Val. Constantii, Carausii, Constantini M. Mag. Maximi: nec verò solum per PP. scriptus ante Leonem deprehenditur, sed etiam per PERP. in Avito paulò superiùs, in Jul. Constantio passim: in Probo etiam, PERPETVO IMP PROBO AVG. pagg. 471. & 479. PERPETVO IMP C PROBO INVICT AVG. pag. 474. Nummi quibus notam, (*MB*) non subjunximus, desunt in Mediobarbo.

VICTORIA

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ N. à sinistris P. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo, & Π. à dextris in areâ. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Leo cum insolenti calyptrâ, habitu Consulari, seu cum loro, dextrâ tenet volumen, sinistrâ longiorem crucem.

VICTORIA AVGGG. (1) Imperator habitu Consulari sedens, dextrâ tenet volumen, sinistrâ crucem: ad latera duæ stellulæ: in imâ parte THCOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Leo cum stemmate cristato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG A. Victoria stans dextrâ tenet crucem longiorem: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *RE. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. B. Victoria gradiens dextrâ tenet longiorem crucem: à sinistris in areâ stella: in imâ parte COMOB. *Regius.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Leo galeatus à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum humero dextro.

VICTORIA AVGGG. Δ. Victoria stolata stans crucem oblongam tenet dextrâ, stolam verò colligit sinistrâ: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Declesves.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG Z. Victoria stans, dextrâ crucem longam: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Leo cum stemmate cristato, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG H. Victoria stans dextrâ tenet longiorem crucem, sinistrâ palmam: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG Θ. Typus ut suprà, cum stellâ in areâ, & in imâ parte CONOB. *MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. G. Typus ut suprà cum stellâ à sinistris in areâ, & CONOB. in imâ parte. *M. MMA.*

Eadem epigraphe. Caput Leonis cum diademate ex unionibus, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria stans dextrâ tenet crucem, sinistrâ globum crucigerum: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Regius. Ducang. MB.*

DN LEO PERPETVVS AVG. Caput Leonis cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGVSTI. (2) Imperator habitu militari stans, dextrâ tenet globum crucigerum, sinistrâ labarum: à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COMOB. *Brandenburg.*

(1) Nummi cum hac epigraphe cudi potuere toto fermè Leonis Imperio: primum enim imperavit cum Majoriano, deinde cum Libio Severo, quo interfecto interregnum in Occidente biennii fermè fuit. Leonis Collega deinde fuit Anthemius: huic Olybrius, & postea Glycerius successere: quamobrem Augusti tres plerumque numerari potuere, cum ratio Verinæ Augustæ haberetur. Cæterum Leo Consul quinquies fuit: ac solo tertio Consulatu Collegam non habuit. Typum tam capitis, quàm aversæ partis fermè similem huic in Plac. Valentiniano jam vidimus; sed illic pedibus Consulis pulvinus subjectus est: præterea epigraphe diversa est, nimirum VOT X MVLT XX.

(2) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *incerti moduli.*

................ SALVS REIPVBLICAE. (1) Imperator dextrâ labarum, sinistrâ orbem tenens, captivum calcans.

(1) Nummus hic rarissimus est: cæteri nummi ærei quos Mediobarbus huic adjungit, ad Leonem nostrum non pertinent; sed vide nummos post Heraclium.

# VERINA.

ÆLIA VERINA Leonis uxor, filias duas peperit; privatâ quidem Ariadnam, quæ Zenoni nupsit, Augusta verò Leontiam; quæ Patricio Cæsari primum desponsa, deinde Marciano Anthemii Augusti filio

collocata eſt. Marito ſuperſtes, concorditer aliquandiu vixit cum Zenone genero: ſed anno 476. repulſam quandam paſſa, Baſiliſcum fratrem ad Imperium capeſſendum hortata eſt; & cum ne ille quidem impotenti fœminæ ſatisfaceret, gratiam cum Zenone anno ſequenti reconciliavit. Deinde Marciano alteri genero, qui civile bellum anno 479. in ipsâ urbe CP. commoverat, faviſſe inſimulata, in caſtellum Cappadociæ, cui Papyrio nomen, relegata eſt. Poſtremo cum Leontii tyranni partibus ſeſe adjunxiſſet, morbo correpta, vivendi finem fecit anno 484.



## NUMISMATA AUREA.

D N AELIA VERINA. *MB.*
AEL VERINA AVG. Caput Verinæ cum diademate ex unionibus.
Crux in coronâ laureâ. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Verinæ cum diademate ex duplici unionum filo, cui manus ex alto coronam imponit.
Crux in laureâ: (1) in imâ parte, CONOB. *Ducang. MB.*

(1) Nummi Verinæ rariſſimi ſunt.

# PATRICIUS.

PATRICIUS alter Aſparis Alani filius, Conſul anno 459. proceſſit; deinde alterâ Leonis Auguſti filiâ, cui Leontiæ nomen, ſibi deſponsâ, Cæſar creatus eſt anno 468. ſequentique Orientem adminiſtrandum ſuſcepit. Aſparem virum militiâ clarum, qui tres filios è totidem uxoribus ſuſceperat, divitiaſque ingentes comparaverat, à Leone, cum operam ei ſuam ad Imperium capeſſendum polliceretur, ſtipulatum ferunt, uni è filiis ſuis Leonis filiam, & Cæſaream dignitatem dari: ſed filiam, quam eâ ætate unicam habebat, Leo nuptum collocavit Zenoni Iſauro, Aſparemque & ejus filium natu maximum Ardaburium Patritiatu, alios duos Conſulatu extulit: inde ortæ ſimultates, cum Princeps fidem non omninò liberaret, eo prorupere, ut Aſpar inſidiis in eum graſſaretur, & Baſiliſco Imperium oſtentaret; quamobrem alterum denique ex illius filiis Cæſarem cooptavit Leo. Patricium porrò cæteris fratribus prælatum ferunt, quod eorum primus ad Catholicam fidem, cum antea Ariani eſſent, redierat: ſed cum deinde Aſpar Zenonem Thraciæ exercitibus impoſitum, fugâ ſibi conſulere coëgiſſet, hunc denique cum maximo filio Princeps interfici juſſit anno 471: tertius cui Hermenericho nomen, ſicariis ſubductus eſt à Zenone: Patricius verò incertum an occiſus ſit, certè ad necem quæſitus eſt; ſed nonnulli ſcribunt, accepto vulnere evaſiſſe, nec deinde quidquam de eo auditum.

# MAJORIANUS.

JULIUS MAJORIANUS, Majoriani illius, qui Magiſter Militum in Illyrico fuit Theodoſii Imperio, nepos fuit ex filiâ. Adoleſcens meruit ſub Aëtio, à quo domum deinde remiſſus, quod Principi acceptior foret; poſt hujus cædem in aulam à Valentiniano evocatus eſt; quo interfecto, & Maximo haud multo poſt è vivis ſublato, Magiſter Militum factus eſt ab Avito, quem ipſum, communicatis cum Ricimere conſiliis cum in ordinem redegiſſet exeunte anno 456. purpuram denique Leonis conſenſu induit propè Ravennam Kalendis Aprilis anni 457. Summa Avito familiaritas interceſſerat cum Theodorico Veſigothorum Rege; idemque Burgundionum Principum amicitiam comparaverat: quamobrem ubi auditum eſt in Galliis, Majorianum Avito ſuffectum eſſe, Burgundiones Lugduno urbe captâ, aut verius in eam à civibus recepti, Arvernos etiam ſibi adjunxerunt; Theodoricus verò Aſturicam & Palentiam urbes diripuit: ſed Lugdunum & Arvernos Majorianus ipſe recepit anno ſequenti, Alpibus aſperâ hyeme cum ingenti exercitu ſuperatis: Theodorico verò Ægidium Magiſtrum Militum oppoſuit, qui cum primam Veſigothorum impreſſionem ægrè ſuſtinuiſſet, Arelateque obſeſſus eſſet, poſtea præclaram victoriam S. Martini ope adeptus, mox confirmatus Francorum auxiliis, qui ejecto Rege Childerico, in ejus fidem & clientelam ſe dederant, barbaros ita terruit, cum eos alterâ etiam pugnâ viciſſet, ut pacem denique petierint anno 459. Vandalos etiam irruptionem in Italiam tentaſſe anno 457. devictoſque à Majoriano fuiſſe Apollinaris Sidonius memoriæ prodidit; ſed bellum propulſaſſe non contentus, cum inferre etiam vellet, comparato ingenti exercitu, & claſſe trecentarum navium adornatâ, Hiſpaniam menſe Maio anni 460. ingreſſus eſt, perlatoque nuntio de interceptâ ad Carthaginem Spartariam claſſe, pacem petenti Genſerico invitus conceſſit: mox Ricimeris Patricii fraude circunventus, die 7. Auguſti anni 461. interfectus eſt apud Dertonam, cum annos duos, totidemque dies ſuprà menſes quatuor imperaſſet.




## NUMISMATA AUREA.

DN IVL MAIORIANVS P F AVG. Chriſti monogramma in medio laureæ: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Majoriani coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ: in imâ parte COMOB. *Farneſianus.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DN IVLIVS MAIORIANVS P F AVG. Majorianus capite galeato & coronâ ex margaritis & gemmis cincto, ad pectus cum paludamento, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ.

Crux in coronâ laureâ: in imâ parte

COMOB. *Nummus minutissimus. Fouc. M. MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, sed in clypeo Christi monogramma.

VICTORIA AVGGG. (1) Imperator capite galeato paludatus, vultu à fronte, arietis veluti caput calcans pede lævo, cruci oblongæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò signum globo impositum sustinet sinistrâ: à dextris in areâ A. à sinistris R. in imâ parte COMOB. & stella. *Fouc.*

DN IVLIAS (sic) MAIORIANVS P F AVG. Majorianus cum galeâ cristatâ, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum in quo Christi monogramma.

VICTORIA AVGGG. Imperator stans pede dextro draconem poterens, dextrâ tenet crucem, sinistrâ Victoriam: à dextris in areâ A. à sinistris R. in imâ parte COMOB. *Regius.*

DN IVLIVS MAIORIANVS P F AVG. Caput Majoriani ut suprà.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà, cum iisdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius. RE. Fontaine. Ducang. MB.*

Alius absque literis in areâ, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Figura militaris stans, dextrâ labarum cum cruce, sinistrâ globum cum Victoriâ: à dextris in areâ A. sinistris K. in imâ parte COMOB. *MB.*

Alius cum A. à dextris in areâ, & R. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

Alius cum N. à dextris in areâ, & D. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

Alius cum R. à dextris in areâ, & V. à sinistris, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

Eadem epigraphe. Majorianus cum stemmate cristato, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet spiculum, sinistrâ clypeum, ut videtur.

VICTORIA AVGGG. Imperator paludatus, capite margaritis cincto, pede dextro draconem terens, dextrâ tenet crucem longiorem, sinistrâ globum cum Victoriâ: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Fontaine. Farnesianus.*

Eadem epigraphe. Majorianus cum stemmate cristato à fronte, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet volumen, sinistrâ crucem.

VOTIS MVLTIS. (2) Imperatores duo sedentes, dextrâ tenent volumen, sinistrâ crucem: inter utrumque RV. in imâ parte COMOB. *Regius.*

(1) Tres Augusti in nummis Majoriani, perinde atque in nummis Leonis, cujus Collega in Imperio fuit, numerari possunt, habitâ ratione Verinæ Augustæ. Nummi hujus Principis, quibus notam (*MB*) non subjunximus, desiderantur in Mediobarbo.

(2) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, & in Mediobarbo desideratur: Leonem & Majorianum Consules exhibet, ideoque cusus est anno 458. epigraphe nova est, votorumque pro utroque Principe susceptorum, dum Consulatum auspicarentur, meminit, nimirum ut Imperium Romanorum, cui eodem fermè tempore præesse cœperant, feliciter & concorditer administrarent, plurimosque Consulatus una inirent iis annis, quibus solenne erat annum à Principibus aperiri.

## NUMISMATA ARGENTEA.

DN MAIORIANVS P F AVG. Caput Majoriani cum galeâ cristatâ, dextrâ tenentis spiculum inversum, sinistrâ clypeum.

VOTIS MVLTIS. Figura militaris stans, dextrâ hastam tenet, sinistrâ clypeum. *Regius. Fauvel.*

DN IVLIVS MAIORIANVS P F AVG. Caput Majoriani ut suprà, dextrâ spiculum tenentis: in summitate brachii sinistri fibula in quâ Christi monogramma.

VOTIS MVLTIS. (1) Figura militaris stans, dextrâ hastam tenet, sinistrâ clypeum, in cujus medio stella. *Ducang. MB.*

(1) Nummi Majoriani ex argento rarissimi sunt: epigraphe simillima in auro occurrit, sed cum typo longè diverso. Vota hîc nuncupati tam pro Imperii, quàm pro Imperatoris incolumitate videntur, quòd Gallias Burgundiones & Vesigothi invaderent, Italiæque ipsi imminerent Vandali. Fortè etiam, cum Lugdunum & Arvernos anno 458. Burgundionibus eripuisset, Imperioque asseruisset Majorianus, Alpibus aspera hyeme superatis, huic Principi de victoria gratulantur Monetarii, & ut cæteras Provincias, quas barbari insederant, eodem virtutis ac felicitatis impetu recipiat, exoptare se testantur.

## NUMISMATA Æ. III.

DN IVL MAIORIANVS P F AVG. Caput Majoriani coronâ ex gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Victoria tunicata

ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Alletti.*

DN MAIORIANVS P F AVG. Caput Majoriani ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte P V. *Regius.*

DN IVL MAIORIANVS P F AVG. Caput Majoriani ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte CON. *Ducang. MB.*

Alius cum P V. in imâ parte. *Ducang. MB.*

. . . . . . . . . . . . . . .

VIRTVS AVGG. (1) Victoria gradiens. *MB.*

(1) Virtutem Majoriani, & dum adhuc privatus eſſet, & poſtea quàm ſummæ rerum præfuit, prædicari potuiſſe conſtat; vide Apollinaris Sidonii Panegyricum Majoriano dictum, & quæ in hujus vitâ de ejus rebus geſtis breviter ſcripſimus. Nummus hic rariſſimus eſt, Mediobarbus eum exſcripſit è Patini Indice. Nummi Majoriani ex ære rari.

# LIB. SEVERUS.

LIBIUS SEVERUS, Lucanus, Majoriano Ricimeris fraude interfecto die 7. Auguſti anni 461. ejuſdem operâ Imperator Ravennæ appellatus eſt die 19. Novembris, probante quidem Romano Senatu, at Leone qui Orientem regebat inconſulto. Hujus ætate amiſſum eſt, quidquid ferè in Galliis Romano nomine cenſebatur, cum Narbonem Veſigothis prodidiſſet Agrippinus Comes, Ægidius verò Militum Magiſter, quo hactenus Romana res in eâ provinciâ ſteterat, cæſis apud Aureliam Veſigothis, mox à Childerico Francorum Rege ſuperatus, denique ex inſidiis, ſeu veneno ſublatus eſſet anno 464. Vandalos tamen eodem anno fuſos fugatoſque à Marcellino ferunt, cum in Siciliam irrupiſſent; præterea die 6. Februarii ductu Ricimeris devictos fuiſſe in Italiâ haud procul Bergomo Alanos, eorumque Regem Beorgorem in acie cæſum; ſed anno ſequenti fato conceſſit Severus, cum annos tres, ac novem propè menſes imperaſſet. Fuere qui veneno ſublatum fraude Ricimeris fuiſſe ſcriberent: verùm Apollinaris Sidonius naturæ lege Divorum numerum auxiſſe teſtatur, perinde ac ſi in Divos poſt mortem relatus eſſet: utut ſit, Romæ obiiſſe conſtat.




## NUMISMATA AUREA.

DN LIBIVS SEVERVS P F AVG. Caput Lib. Severi coronâ ex gemmis ornatum, ad humeros.

Crux in coronâ: in imâ parte COMOB. *Quinarius. RE.*

DN LIBIVS SEVERVS P F AV. (ſic) Caput Lib. Severi cum coronâ ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *Nummus minutiſſimus. Cham. Fontaine.*

DN LIB SEVERVS P F AVG. Caput Lib. Severi coronâ ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ laureâ: in imâ parte CONOB. *Nummus minutiſſimus. Fouc.*

DN LIBIVS SEVERVS P F AVG.

SALVS REIPVBLICAE. Circà coronam, in quâ Chriſti monogramma: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. Victoria crucem aut labarum tenens : à dextris in areâ R. à finistris M. in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Lib. Severi cum diademate ex lapillis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Imperator paludatus, pede dextro draconem terens, dextrâ tenet crucem seu labarum, finistrâ Victoriam : à dextris in areâ A. à finistris R. in imâ parte COMOB. *RE. Cham.*

Alius cum R. à dextris, & A. à finistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Lib. Severi coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG.(1) Imperator paludatus & coronatus, pede dextro draconem terens, dextrâ innititur cruci longiori, finistrâ gestat globum cum Victoriolâ: à dextris in areâ R. à finistris M. in imâ parte COMOB. *M MA. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Lib. Severi coronâ ex lauro & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Typus ut fuprà : à dextris in areâ R. à finistris V. in imâ parte COMOB. *M. Declesves. Brandenburg.*

DN LIB SEVERVS P F AVG.

VICTORIA AVGGG. Typus ut fuprà : à dextris in areâ R. à finistris M. in imâ parte COMOB. *MB.*

DN LIBIVS SEVERVS P F AVG. Caput Lib. Severi coronâ ex gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Lib. Severus paludatus & coronatus, vultu à fronte, pede dextro veluti galeæ impofito, cætera ut fuprà : à dextris in areâ R. à finistris V. in imâ parte COMOB. *Fouc.*

DN SEVERVS P F AVG. Caput Lib. Severi ut fuprà.

VICTORIA AVGGG. Victoria gradiens, dextrâ tenet longiorem ac fpiffiorem crucem, lævâ palmam : in imâ parte COMOB. *Declesves. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Victoria stans dextrâ crucem tenet : in imâ parte CONOB. *Fauvel.*

DN SEVERVS P P AVG.

VICTORIA AVGGG. Typus ut fuprà, cum CONOB. in imâ parte. *MB.*

DN SEVEVS (fic) P F AVG. Caput Lib. Severi cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Typus ut fuprà cum CONOB. in imâ parte. *MMA.*

DN SEVERVS P F AVG. Caput Severi ut fuprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut fuprà : in imâ parte COMOB. *Regius.*

(1) Severi nummi ex auro, quibus notam (*MB*) non fubjunximus, defiderantur in Mediobarbo. Tres Augustos numerant Monetarii, Leonem fcil. Verinam ejus conjugem, & Severum ipfum.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN LIB SEVERVS P F AVG. Caput Lib. Severi cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

Christi monogramma in coronâ laureâ : in imâ parte BM. *Fouc. Nummus quinarii formâ.*

Alius cum RM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Ducang. MB.*

DN LIBIVS SEVERVS P F AVG. Caput Lib. Severi ut Suprà.

VICTORIA AVGGG. (1) Imperator paludatus à fronte, ferpentis caput dextro pede conculcans, cruci oblongæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò fignum fustinet finistrâ: à dextris in areâ R. à finistris M. in imâ parte COMOB. *Fouc.*

Alius cum R. à dextris in areâ, & V. à finistris, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

(1) Nummi Libii Severi ex argento rari.

# ANTHEMIUS.

PROCOPIUS ANTHEMIUS Constantinopoli natus est patre Procopio, viro nobiliffimo, qui Legatus pro pace ad Perfas anno 420. mox Magister Militum per Orientem & Patricius factus est : ejufdem avus ma-

ternus Anthemius, Præfectus Prætorio per tredecim annos, & Conſul fuerat, univerſamque Imperii molem Theodoſio Jun. adhuc impubere ſuſtinuerat: ipſe Illyrici Comes, deinde utriuſque Militiæ Magiſter, & Conſul, Euphemiam Marciani Auguſti filiam uxorem duxit: hoc deinde fatis functo, bellum adverſus Gothos & Hunnos geſſit, ac denique claſſi Helleſpontiacæ præfectus eſt. Simultates Leo Orientis Imperator tum fortè exercebat cum Romanis, quod ſe inconſulto Libium Severum Auguſtum nuncupaſſent, deinde eo mortuo, Senatui ac Ricimeri rerum ſummam commiſiſſent: ſed cum Italiam & Siciliam devaſtarent Vandali, & Ricimer Orientis auxiliis deſtitutus, imminentia mala differre quidem poſſet, avertere non poſſet, placuit Principem à Leone peti: quamobrem miſſus in Italiam Anthemius anno 467. Imperium tertio ab Urbe milliario ſuſcepit menſe Auguſto, vel, ut alii volunt, die 12. Aprilis, ſtatimque Ricimeri Patricio filiam nuptum collocavit. Bellum deinde totius Imperii viribus adverſus Vandalos inſtitutum, claſſiſque mille navium adornata eſt; ſed Baſiliſci, cui hujus belli ratio commiſſa erat, ſocordiâ, aut proditione ingentes illos ſumptus periiſſe produnt. Poſtremo ſimultates inter Anthemium & Ricimerem ortæ in apertum bellum proruperе: ac denique Anthemius Romæ interfectus eſt anno 472. die 11. Junii, cum annos quinque ac menſes tres imperaſſet.



## *NUMISMATA AUREA.*

DN ANTHEMIVS P F AVG. Caput Anthemii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Chriſti monogramma in coronâ laureâ. *Regius.*

Alius cum COMO. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Eadem epigraphe. Caput Anthemii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

Chriſti monogramma in coronâ querceâ: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

DN ANTHEMIVS VC.

Crux in coronâ laureâ: in imâ parte COMOB. (1) *MB.*

DN ANTHEMIVS PP AVG. Caput Anthemii cum coronâ ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte COMOB. *Cham.*

DN ANTHEMIVS PERPET AVG. Caput Anthemii ut ſuprà.

Crux in laureâ: in imâ parte COMOB. *Farneſianus.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DN ANTEHEMIVS (ſic) PERPET AVG.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *E ſchedis Vaillant.*

DN ANTHEMIVS PERPE AV. (ſic) Caput Anthemii cum coronâ ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *M MA.*

DN ANTHEMIVS P F AVG. Caput Anthemii ut ſuprà.

Crux in coronâ: in imâ parte CONOB. *Fauvel.*

DN ANTHEMIVS PERPET AVG. Anthemius cum galeâ criſtatâ à fronte, ad

(1) Nummus hic, ſi quidem rectè deſcriptus ſit, rariſſimus, imò ſingularis eſt ob capitis epigraphen: eum Mediobarbus exhibet è Muſeo ſuo. Anthemius in eo *Vir Clariſſimus* dici videtur, quòd nummus fortaſſe cuſus ſit, Anthemio Imperatore quidem deſtinato, & Romam miſſo, ſed nondum ſalutato à Romano ſive exercitu, ſive Senatu: quominus enim privato cuſus videatur, obſtat Domini Noſtri appellatio. In Plac. Valentiniano exhibuimus nummum maximi moduli, in quo hæc epigraphe occurrit, PETRONIVS MAXIMVS VC CONS. procul dubio *Vir Clariſſimus Conſul.* Nummos Anthemii, quibus nota (*MB*) ſubjuncta eſt, Mediobarbus jam exhibuit, cæteri in eo deſunt.

pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum in quo eques.

SALVS REIPVBLICAE Duæ figuræ militares galeatæ stantes à fronte, adnixæ hastis, globum crucigerum una tenent: inter utramque ad pedes Christi monogramma: in imâ parte COMOB. *RE.*

DN ANTHEMIVS P F AVG. Caput Anthemii ut suprà.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà, cum Christi monogrammate: in imâ parte CORNOB. *Regius. RE. Ducang. MB.*

Alius cum stellâ inter utramque figuram, & CORMOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Declesves.*

DN ANTHEMIVS PERPET AVG. Caput Anthemii ut suprà.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: inter utramque figuram hoc monogramma ꟽ in imâ parte COMOB. *Brandenburg.*

DN ANTHEMIVS P F AVG. Caput Anthemii ut suprà.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: inter utramque figuram hoc monogramma ꟽ. in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: inter utramque figuram Christi monogramma: in imâ parte CONOB. *MB.*

Alius cum ND. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

DN ANTHEMIVS PERPET AVG. Anthemius cum galeâ & coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum in quo eques.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà absque monogrammate: in imâ parte CONOB. *Fouc.*

Alius cum RN. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *MMA.*

DN ANTHEMIVS P F AVG. Anthemius cum galeâ cristatâ à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum in quo eques.

SALVS REIPVBLICAE. Duæ figuræ militares paludatæ dextras jungentes; quæ à sinistris est sinistrâ globum cum Victoriâ tenet: in aëre pendet laurea suprà quam crux: in laureâ PAX. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. Typus ut suprà: inter utramque figuram RM. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS REIPVBLICAE. (1) Duæ figuræ militares paludatæ, tenentes clypeum in quo PAX. *MB.*

DN PROC ANTHEMIVS P F AVG.

SALVS REIPVBLICAE. Duæ figuræ togatæ crucem una tenent: in imâ parte CONOB. *E schedis Vaillant.*

(1) Quatuor hîc typi inter se diversi exhibentur. Imperatores enim vel crucem, vel globum crucigerum, vel clypeum in quo scriptum PAX una tenent, vel dextras jungunt, & supernè in aëre pendet laurea, in qua PAX. omnes tum primum cum hac epigraphe conjuncti, postremi duo omninò novi. Pietatis Principum Leonis & Anthemii eximia monumenta, docent quid sentiendum sit de Damascio quodam scelerato & impio scriptore, dum Anthemium gentilem fuisse consiliaque de restituendo idolorum cultu cum Severo, quem idcirco quod secum sentiebat, Consulem fecerat, iniisse tradit. Christo Domino acceptum referunt Principes duo, quod concordia inter Occidentem & Orientem restituta sit, Imperiumque communibus consiliis regant. Sequens nummus ob capitis epigraphen rarissimus, imò singularis est: hic enim solus vera Anthemii nomina prodit.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN ANTHEMIVS P F AVG. Anthemius cum galeâ cristatâ à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum cui insculptus eques.

SALVS REIPVBLICAE. (1) Augusti duo stantes dextras jungunt, alter Victoriæ signum globo impositum sustinet: suprà PAX. intrà coronam, cui crux superposita est: à dextris in areâ R. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *Collegii.*

(1) Nummus hic, si quidem ex argento cusus sit, rarissimus est: sed fusum fuisse ad exemplum aurei opinor.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN ANTHEMIVS P F AVG. Anthemius cum galeâ cristatâ à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum in quo eques.


SALVS

SALVS REIPVBLICAE. Duæ figuræ militares galeatæ cum ſpiculo ſtantes, una tenent globum crucigerum : inter utramque figuram ND. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

(1) Nummus hic ad exemplum aurei fuſus videtur.

# OLYBRIUS.

ANICIUS OLYBRIUS vir natalibus clarus, qui Placidiam Plac. Valentiniani & Eudoxiæ filiam uxorem duxerat, Anthemio ſuffectus die 11. Julii anni 472. Imperium Occidentis menſes tres ac duodecim dies tenuit : morbo correptus eodem anno die 23. Octobris vitâ exceſſit. *Hujus* filia fuit Juliana Anicia, quæ Areobindo Patricio nupſit.



## NUMISMATA AUREA.

SIne epigraphe. Caput Olybrii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ : in imâ parte COMOB. *Farneſianus.*

DN ANICIVS OLYBRIVS AVG. Caput Olybrii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ laureâ : in imâ parte COMOB. *Decleſves. MB.*

DN ANICIVS OLIBRIVS AVG. Protome Olybrii cum camelaucio crucigero.

SALVS MVNDI. Crux in medio nummo : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Olybrius plenâ facie, cum diademate gemmato.

SALVS MVNDI. Crux in medio nummo : in imâ parte COMOB. *Regius.*

DN ANICIVS OLYBRIVS AVG. Caput Olybrii à fronte ornatum diademate more Regum, ad medium pectus cum paludamento.

SALVS MVNDI. (1) Crux in medio nummo : in imâ parte COMOB. *RE.*

(1) Epigraphe nova, pietatiſque Olybrii monumentum : duo nummi, quibus nota (*MB*) ſubjuncta eſt, ſoli in Mediobarbo occurrunt. Nummi hujus Auguſti rariſſimi ſunt.

# GLYCERIUS.

FLAVIUS GLYCERIUS Imperium Occidentis invaſit anno 473. die 5. Martii, Ravennæque coronatus eſt, hortante Gundibalo Burgundione, quem Olybrius anno ſuperiori Patricium fecerat : anno verò 474. die 24. Junii à Nepote Marcellini Patricii ſororis filio imperio expulſus poſt annum unum & menſes tres, in Portu Romano Epiſcopus Salonæ Dalmatiæ oppidi factus eſt.



## *NUMISMATA AUREA.*

DN GLYCERIVS P F AVG. CON. OB. in laureâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Glycerii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ : in imâ parte CONO. *Quinarius. RE.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DN GLYCERIVS PP AVG. Caput Glycerii ut ſuprà.

Crux in laureâ : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet longiorem crucem, ſiniſtrâ Victoriam globo inſiſtentem : à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Imperator paludatus ſtans, pede ſiniſtro veluti roſtro navis impoſito, cætera ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (1) Imperator paludatus ſtans, pede dextro veluti roſtro navis impoſito, cætera ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

DN GLYCERIVS P F AVG.

VICTORIA AVGGG. Victoria gradiens. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. Imperator paludatus ſtans, & draconem pede dextro terens, cruci oblongæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò ſignum globo impoſitum ſuſtinet ſiniſtrâ : à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. in imâ parte COMOB. *MB.*

(1) Duorum vel trium Auguſtorum mentionem facere poterant Monetarii, cum Glycerius ad Imperium provectus eſt; Verinam enim Auguſtis duobus adjungerent, aut eam ſilentio prætermitterent, perinde erat : poſtquam Leo Jun. Imperator à patre appellatus eſt, trium Auguſtorum mentio fieri debuit; Leone mortuo, unius Leonis Junioris; ſed ille patrem Zenonem ad Imperii communionem vocavit menſe Februario anni 474. ita tres Auguſti fuere uſque ad menſem Junium, quo Glycerius in ordinem redactus eſt : hujus tamen Principis nummos, qui tres Auguſtos ſimul jungant, hactenus non vidimus; nec Mediobarbus, qui duorum victorias prædicent : utrique rariſſimi ſunt.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN GLYCERIVS P F AVG. Caput Glycerii coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ : in imâ parte CONOB. (1) *Nummus deauratus. Fauvel.*

(1) Nummus hic, ſi quidem ex argento ſit, rariſſimus eſt; ſed probabile eſt ad exemplum aurei cuſum fuiſſe adulterinum.

# LEO JUN.

LEo Zenonis & Ariadnæ filius, natus videtur anno 459. Imperator deſignatus anno 473. ab avo materno Leone, ſequenti ineunte fatis functo ſucceſſit, matriſque hortatu patrem menſe Februario ad Imperii communionem adſcivit, ac poſt decem circiter menſes morbo correptus, exceſſit è vitâ menſe Novembri, decimo ſeptimo ætatis anno. Sunt qui Leonem ab Ariadnâ matre ſervatum, cum hunc Zeno occidere vellet, & in Clericum attonſum, uſque ad Juſtiniani tempora vixiſſe ſcribant, quod fabulæ ſimillimum videtur. Quicquid ſit, ſatis conſtat adoleſcentem hunc pravè inſtitutum, fœdis libidinibus infamem jam tum fuiſſe, cum fatis functus eſt.



## NUMISMATA AUREA.

DN FL LEO IVN PERPET AVG. *MB.*

DN LEO ET ZENO PP AVG. Leo Jun. cum ſtemmate criſtato, dextrâ tenet ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

SALVS REIPVBLICAE ⊖. (1) Imperatores duo ſedentes cum nimbo circà eorum capita, qui à dextris eſt minor: inter utrumque crucicula: ſupernè ſtellula; in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

DN LEO PERPET AVG. Leo Jun. cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſceptrum, ſiniſtrâ crucem.

VICTORIA AVGGG. (2) Figura ſedens ſiniſtrâ tenet crucem: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte THSOB. *RE.*

DN LEO ET ZENO PP AVG. Caput Leonis Jun. cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſtans coronam lauream tenet dextrâ, globum crucigerum ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtellâ: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB. Alletti.*

(1) Typus hic pro novo haberi poteſt, tametſi alii propemodum ſimiles antea occurrant: Zenonem à Leone filio ad Imperii communionem vocatum aliunde conſtat, & nummus hic teſtatur: eadem epigraphe in nummis Anthemii conſignata eſt, cum ſe una cum Leone M. à quo Imperator Occidentis deſtinatus erat, exhiberi curaret, ſeque Auguſtum bono Reipublicæ factum indicare vellet: itaque ea mens fuiſſe Monetariorum videtur, ut docerent Leonem Jun. ſaluti Reipublicæ conſuluiſſe, dum Zenonem patrem partem curarum & dignitatis capeſſere juſſit. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(2) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & Leonem Jun. exhibet in habitu Conſulari; quamobrem non loricam, ſed ſtolam decuſſatam gerit, nec ſceptrum, ſed volumen dextrâ tenet: idem averſâ parte ſedet ſtolâ decuſſatâ indutus, cum volumine in dextrâ, & cruce in ſiniſtrâ: vide ſimiles typos in Leone avo, & Plac. Valentiniano. Leo Jun. Conſul fuit ſine Collega anno 474. & primis quidem anni diebus adhuc in vivis erat Leo M. cujus, ſimulque Glycerii mentio fieri potuit: Zenone verò Auguſto poſt menſem à Leonis morte nuncupato, tres etiam Auguſti fuere, cum Glycerius, ut ſuprà diximus, Occidentem regeret, ac poſt eum Julius Nepos; ſed cuſum fuiſſe nummum ante, quàm Zeno imperaret, probabilius eſt. Nummus hic, perinde atque ſuperior, in Mediobarbo deeſt.

## NUMISMATA ÆREA
### *incerti moduli.*

DN LEO PERPET AVG. Buſtum galeatum, dextrâ lauream, ſiniſtrâ ſcutum.

VICTORIA AVGG. (1) ƐΘCONOB. Victoria ſtans, dextrâ crucem.

(1) Nummum hunc inter æreos Mediobarbus recenſet è Strada, ſed aureum eſſe conſtat è literis CONOB.

*ZENONIS, Romuli Auguſti, & Baſiliſci Numiſmata in eandem aneam tabulam inciſa ſunt curâ Cl. Ducangii, ſed cum aliquot mendis, quas hìc pro more noſtro, ne quem fallant, indicamus.*

Numm. 1. & 2. in clypeo inſculptum equitem vides: at præterea monet Ducangius captivum ab equo proculcari, cujus nulla ſunt in cœlaturâ veſtigia: in primi etiam averſâ parte habetur A V C C C. in deſcr. AVGGG. in ſecundi VICTOPIA. pro VICTORIA.

Numm. 8. in clypeo inſculptus eſt hoſtis ſupinus jacens, quem equus pedibus proculcat: at ejus captivi mentio non fit in deſcr.

Numm. 9. è quo metallo ſit, non indicatur, nec poteſt dignoſci è literis areæ.




## ZENO.

ZENO genere Isaurus, Rousombladeotæ filius, Ariadnam Leonis & Verinæ filiam uxorem duxit anno 458. tuncque nomen mutavit, nam antea Tarasicodisas appellabatur. Anno 463. Orienti Præfectus, anno 469. Thraciæ exercitibus impositus est : ibi seditionem militum passus, Serdicam fugere coactus est : restitutus tamen Ostrym & Theodoricum Gothorum Duces una cum Basilisco Thraciâ exegit. Zenonem sibi succedere volebat Leo; sed ubi Senatum sibi adversari videt, Leonem Jun. Zenonis & Ariadnæ filium Imperatorem creavit anno 474. Hic avo extincto, patrem mense Februario ejusdem anni ad communionem Imperii vocavit, ac post decem menses immaturâ morte præreptus est : ita Zeno solus deinceps imperavit. Primum huic bellum fuit cum Gothorum Rege Balamero, cui Pautaliâ Illyrici parte cedere coactus est anno 476. hac curâ defunctum excepit civile bellum cum Basilisco, quem Verina soror, Zenonis socrus huic irata, ad imperium capessendum hortata erat; fugatus è Regiâ urbe Zeno, & in Isauriâ ipsâ, quo confugerat, penè oppressus ab Illo & Trocondo, cum hos sibi adjunxisset, ac deinde Armatum corrupisset, Constantinopolim recuperavit mense Augusto anni 477. post viginti menses quàm inde ejectus fuerat, Basiliscum cum uxore & filio fame mori coëgit, Armatum Magistri Militum dignitate ornatum obtruncavit, ejus filium Basiliscum, quem Cæsarem ex pacto creaverat, Lectorem ordinari præcepit. Bellum deinde anceps & va-

rium gessit anno 479. cum Theodorico Balameri filio, qui Romanorum, prout è re suâ esse existimabat, hostis aut amicus, anno 384. Magister Militum Præsentalis factus, sequenti etiam Consul processit, mox anno 387. bellum iterum movit, ac biennio post relictâ Illyrico Italiam hortatu Zenonis ipsius invasit, cum in hac Imperium Romanum jam extinctum esset ab anno 476. Interea varii motus contra Zenonem extitere. Primum Marcianus Anthemii filius, qui Leontiam alteram Leonis filiam uxorem duxerat, Imperium sibi uxoris jure adrogabat: itaque rem gnaviter aggressus anno 479. Zenonem intrà unum diem penè in ordinem redegit: sed postridie Illi Magistri fraude superatus, Presbyter ordinatus, & in Papyrium castellum relegatus est, cum eodem amandata Verina; nec multo post Illum quoque instigante Ariadnâ, Zeno occidere voluit, quem ubi præter spem, amputatâ duntaxat auriculâ evasisse vidit, Orientis Ducem constituit. Hic injuriæ memor, Verinam carcere liberatam impulit, ut Leontium Patricium Augustum apud Tarsum crearet, Longinum Zenonis fratrem captum in carcerem compegit; sed Verinâ anno 424. extinctâ, Leontius & Illus à Zenonis Duce Joanne Scytha victi sunt, ac se Papyrio castello clauserunt; quo post annos quatuor expugnato, ambo denique Constantinopolim abducti sunt, ac perfidiæ pœnas capite luerunt anno 488. Zenonem Catholicæ fidei addictissimum fuisse satis constat usque ad annum 482. sed eo anno novam fidei formulam promulgavit, ita callidè conceptam, ut in eam hæretici perinde atque Catholici consentire possent, quamobrem memoriam ejus Sancti Patres damnarunt. Postremo crudelitatem ad hæreticam impietatem addidit, cæso Pelagio Patricio, idcirco quod in schola Silentiariorum olim fuisset, è quâ scholâ futurum sibi Imperii & conjugii successorem audierat. Epilepsiâ correptum, quam ex crapulâ contraxerat, vitâ excessisse tradunt Scriptores: sed sunt qui vivum adhuc infossum narrant; & ab Ariadnâ vetitum extrahi, ibidem miserabiliter extinctum. Quicquid sit, interiisse constat anno 391. die 9. Aprilis, anno ætatis sexagesimo quinto, cum annos 17. ac menses sex imperasset.




## *NUMISMATA AUREA.*

DN ZENO PERP AVG. Caput Zenonis coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte COMOB.

*Farnesianus.*

DN ZENO PERP AVG. Caput Zenonis cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ : in imâ parte COMOB. *Regius. RE. Fontaine.*

Alius cum CO ≋ OB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *M MA.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

DN XENO (ſic) PERP AVG. Caput Zenonis ut ſuprà.

Crux in coronâ : in imâ parte CONOB. *Fauvel.*

DN ZENO PERP AVG. Caput Zenonis cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ : in imâ parte CONOB. *Cham.*

ZENO PERP P F AVG.

Crux in laureâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

DN ZENO PERP AVG.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, dextrâ crucem : in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. A. Typus ut ſuprà, cum CONOB. in imâ parte. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. à ſiniſtris P. in imâ parte COMOB. *MB.*

Alius cum R. à dextris in areâ, & V. à ſiniſtris, eodem typo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Zenonis cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. Victoria ſtolata ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ ſtolam colligit : in imâ parte CONOB. *Regius.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

DN ZENO ET LEON OVCAE. Imperatoris protome cum camelaucio, dextrâ ſpiculum ad humerum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. (1) Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

DN ZENO ERP (ſic) AVG. Caput Zenonis cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORAIAGGG. (ſic) Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *Fouc.*

DN ZENO PERP AVG. Zeno cum ſtemmate criſtato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *RE.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

DN ZENO PERP F (ſic) AVG. Caput Zenonis ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. V. (ſic) Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *M MA.*

DN ZENO PERP AVG. Caput Zenonis galeatum & cum coronâ ex margaritis & gemmis, cætera ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. B. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *M.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. E. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in area ſtella : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG Ƨ. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ : in imâ parte CONOB. *M.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG S. Typus ut ſuprà : in imâ parte CONOB. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Zenonis cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVGGG Z. (2) Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *Declesves.*

Eadem epigraphe. Zeno cum galeâ & coronâ ex margaritis ac gemmis, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

(1) Capitis epigraphen ſic Ducangius & Mediobarbus legerunt ; ſed acutiſſimus Harduinus rectè diſtinxit, ET LEO NOV CAES. Idem tamen dum Leonem novum Cæſarem idcirco dictum fuiſſe ſcripſit, quod ex alia eſſet gente quàm ex Julia, ſive Cæſarum ; ſed in eandem nuper inſertus, ob matrem Cæſarum ſtirpe prognatum ; falſæ rei falſiſſimam rationem prodidit : quæ enim de Cæſaribus omnibus cognatione inter ſe conjunctis commentus eſt, nemo ignorat nulla Scriptorum authoritate ſubnixa eſſe, contraque plurima opinioni illi adverſari : Leonem verò non Novum, ſed Nobiliſſimum Cæſarem hoc in nummo appellari facilè intelligent, qui in Theodoſio utroque & in Marciano nummos inſcriptos GLORI ORVIS TERRARVM. viderint. Leo qui Cæſar hîc appellatur quin idem ſit, qui Auguſtus ab avo Leone dictus eſt anno 473. ac ſequenti Zenonem patrem ad Imperii communionem vocavit, nemo hactenus, præter unum fortè Harduinum, dubitavit : cum tamen qui Auguſtus fuerit, Cæſarem dici novum eſt, & eo magis mirum, quod in aliis nummis Leo Jun. Zenoni præponatur. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis, repertus eſt Tornaci in tumulo Childirici Regis.

(2) Variæ rationes iniri poſſunt, quibus duorum triumve Auguſtorum mentionem in nummis Zenonis factam tueamur ; quod vel Verinæ, vel Ariadnæ, vel Theodorici Gothorum in Italia Regis ratio quando-

VICTORIA AVGGG H. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ : in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG I. Victoria alata coronâ radiatâ, dextrâ crucem tenens : in imâ parte CONOB. *MB.*

DN ZENO PER F AVG. Zeno cum galeâ criſtatâ, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG ✠. Victoria ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ ſtolam colligit : in imâ parte COMOB. *Fontaine.*

DN ZENO PERP AVG. Caput Zenonis cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVGGG. (1) Victoria ſeminuda ſpoliis inſidens, clypeo inſcribit XXXX. à ſiniſtris in areâ Chriſti monogramma : in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, globum crucigerum ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *Brandenburg. Alletti.*

que habita ſit; ſed hæc haud tanti ſunt ut in iis immoremur. Inſcriptionem hanc Zenonis ætate propoſitam Romæ exhibet Sponius pag. 277. Miſcell.

SALVIS DOMINO NOSTRO ZENONE
AVGVSTO ET GLORIOSISSIMO REGE
THEODORICO VALENTINIANI V. C. ET INL.
EX COM. DOMESTICO SACRI PALATII
IN ATRIO LIBERTATIS......
QVAE VETVSTATE.......
VE CONFEC........

(1) Vota hoc in nummo ita ſcripta ſunt in clypeo, ut prorſus incertum ſit an pro Quadragenalibus haberi debeant; non enim omnes numeri denarii notæ ſimul junctæ, ſed ſingulæ ſeorſim ſcriptæ ſunt, in quatuor, ut vocant, lineis. Profectò à menſe Februario anni 474. quo Zeno imperare cœpit ad menſem Aprilem anni 491. quo in vivis eſſe deſiit, haud plures annis 17. ac menſibus 3. numerantur; quamobrem vota XXXX. ab eo ſuſcepta eſſe vix adducor ut credam, quippe quæ anno Imperii vigeſimo, aut ad ſummum decimo-nono nuncupari mos erat. Rectè igitur Begerus ea vota ad Imperii primordia retulit; vota ſcilicet non illo annorum quo ſolebant, ambitu circunſcripta, ſed quot exoptari poterant, & ut in Majoriano, MVLTA : quod etiam conſtat è ſimili nummo Baſiliſci, quem nemo neſcit annum ac menſes ſeptem imperaſſe. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & in Mediobarbo deſideratur, ubi etiam non extant, quicunque notam (*MB*) non habent.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN ZENO PERP AVG.
Crux in laureâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Zenonis cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

Sine epigraphe. (1) Victoria gradiens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Regius. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

Sine epigraphe. (2) Figura militaris capite radiato, vultu dextrorſum converſo ſtans, pede dextro proræ navis impoſito, haſtæ adnititur dextrâ, pharetram verò, ut videtur, geſtat ſiniſtrâ : à dextris in area M. à ſiniſtris D. *Ducang. MB. Alletti.*

Alius cum N. à dextris in areâ, & D. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Nummus Quin. formâ.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

Sine epigraphe. Figura turrita & armata ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ clypeum : à dextris in areâ M. à ſiniſtris Δ. *R E.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

Sine epigraphe. (3) Aquila ramo inſiſtens expanſis alis. *Regius. Ducang. MB.*

DN ZENO PERP AVG. (ſic) Caput Zenonis ut ſuprà.

(1) Nummum hunc, & alium infrà cum Aquila, Mediobarbus exhibuit cum hac epigraphe, DN ZENO ET LEON OV CAES. & hunc quidem à ſe ex Ducangio exſcriptum monuit, alteri nullam de muſeo, vel libro in quo eum repererat, notam ſubjecit. Atqui in Occone non extat, ac prætereà deſcriptum è Ducangii tabulis inde conſtat, quod Ducangii nummum alibi non laudet : quamobrem hîc aut à Mediobarbo, aut à librario peccatum eſſe nemo diffitebitur.

(2) Non pharetra hæc eſt, ac ne quidem clypeus, ut dicitur in ſequenti nummo, quem ab hoc diverſum non eſſe arbitror, ſed cornucopiæ, ut è nummis ſimilibus in Julio Nepote, Romulo Auguſto, Baſiliſco infrà deſcriptis conſtat. Typus hic novus eſt.

(3) Typus hic novus in nummis Latinis, ſed in Ægyptiacis paſſim occurrit : in hujus nummi capitis epigraphe deſcribenda turbavit Mediobarbus, ut ſuperiùs monuimus.

Sine epigraphe. Aquila ſtans, & circà caput ingens corona laurea. *Frad.*

DN ZENO PIRP. NC.

Sine epigraphe. (1) Aquila expanſis alis ramo inſiſtens, ſuprà cujus caput crux. *MB.*

DN ZENO PERP AVG. Zeno à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIA AVGGG. (2) Victoria ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem: in imâ parte CONOB. *RE.*

(1) Capitis epigraphe malè lecta à Mediobarbo: loco enim NC. ſcriptum eſt ut in ſuperiori nummo, & in aliquot ſuprà, AVG. A. & V. ſimul junctis.

(2) Nummi hujus Auguſti ex argento rari; ſed hunc ad exemplum aurei fuſum fuiſſe opinor.

## *NUMISMATA Æ. II.*

IMP ZENO SEMPER AVG. Caput Zenonis laureatum, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMA. (1) Victoria ad ſiniſtram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò trophæum geſtat ad humerum ſiniſtrum: à dextris in areâ S. à ſiniſtris C. in imâ parte XL. *Cham.*

IMP ZENO FEL PERP. Caput Zenonis ut ſuprà.

INVICTA ROMA. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Regius.*

(1) Nummus hic ob capitis epigraphen rariſſimus, fortè etiam ſingularis eſt. Eandem epigraphen, & eundem, ut quidem exiſtimo, nummum Occo olim viderat: ſequens verò in Regium Theſaurum tranſlatus eſt è Muſeo Car. Patini, qui in eo VICTORIA ROMA. perperam legit, ac Mediobarbum fefellit. Nummum in quo Julianus *ſemper Auguſtus* dicitur, ſuo loco exhibuimus. Nummi Zenonis ex ære rariſſimi ſunt.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DN ZENO PERP AVG. Caput Zenonis galeatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGGG. (1) Victoria tunicata procedens à ſiniſtris dextrorſum, labarum in quo nominis Chriſti monogramma tenet dextrâ, captivum verò capillis apprehenſum tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

(1) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

DN ZENO SEMPER AVG.

Epigraphe exeſa. Victoria dextrâ ſertum. *Occo.* (1)

. . . . . . . . . . . . . . .

. VICTORIA ROMA. Victoria gradiens.

(1) Ita Occo: verum Mediobarbus VICTORIA. ſcripſit, perinde atque epigraphe hæc eſſet. Nummus hic idem videtur, quem è cimelio *Cham.* ſuprà exhibuimus; ſequens verò à Patino malè lectus eſt; & ex ejus Muſeo in Regium Theſaurum tranſlatus, ubi epigraphen INVICTA ROMA. legimus; hunc inter Numiſmata Æ. II. vide.



# NEPOS.

FLAVIUS JULIUS NEPOS Nepotiani & ſororis Marcellini Patritii filius, pulſo Glycerio Imperator Occidentis appellatus eſt anno 474. die 24. Junii; pacem cum Gothis fecit, eiſque Arvernorum urbe ceſſit: cum Ecdicio Magiſtro Militum, qui Gallias hactenus propugnaverat, Oreſtem ſuffeciſſet, ab Oreſte ipſo imperio expulſus eſt, & in Dalmatiam fugatus anno 475. die 28. Auguſti, cum annum unum ac tres circiter menſes imperaſſet,

rasset, anno 480. haud procul Salonis in villâ à Viatore & Ovida comitibus suis interfectus est die 9. Maii.



## NUMISMATA AUREA.

D N IVL NEPOS P E AVG. (sic) Caput Jul. Nepotis cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

Crux in coronâ. *Cham.*

DN IVL NEPOS P F AVG. Caput Nepotis ut suprà.

Crux in laureâ: in imâ parte COMOB. *Fouc. MMA. Fontaine. Brandenburg.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

FL IVL NEPOS P F AVG. alii, PERP P F AVG.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *MB.*

DN IVL NEPOS P F AVG. alii, PERP P F AVG.

VICTORIA AVGGG. (1) Victoria crucem tenens: à dextris in areâ M. à sinistris V. in imâ parte COMOB. *MB.*

DN IVLIVS NEPOS AVG. Jul. Nepos cum galeâ cristatâ, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ tenet spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum.

VICTORIA AVGGG. (2) Victoria stans, dextrâ tenet crucem longiorem, sinistrâ stolam colligit: à sinistris in areâ stella: in imâ parte COMOB. *RE.*

DN IVL NEPOS P F AVG. Caput Nepotis ut suprà, sed in clypeo eques.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ M. à sinistris D. in imâ parte COMOB. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ H. à sinistris P. in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ R. à sinistris V. & stella: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Alius absque stellâ, eodem typo utrâque ex parte. *Farnesianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Typus ut suprà: à dextris in areâ V. à sinistris D. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe.

VRBS ROMA. (3) Roma galeata sedens, dextrâ hastam, sinistrâ Victoriolam. *MB.*

(1) Inscriptionem sequentem exhibet Sirmondus ad Sidonii lib. VIII. Epist. VII.

SALVO. D. N<br>IVLIO. NEPOTE<br>PP. AVG. N

AVDAX. V. C<br>PRAEFECTVS<br>VRB. FECIT

(2) Augusti tres Zenonis ac Nepotis imperio numerari potuere, quod Verinæ aut Ariadnæ ratio habetur.

(3) Nummus hic rarissimus est.

## NUMISMATA ARGENTEA.

D N IVL NEPOS P F AVG. Caput Nepotis coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

Sine epigraphe. (1) Figura militaris stans, pede dextro proræ navis imposito, dextrâ hastam, sinistrâ cornucopiæ tenet: à dextris in areâ R. *Bau.*


Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOT V. MVLT XX. in coronâ laureâ. *Ducang. MB.*

(1) Nummus hic rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo.

# ROMULUS AUGUSTUS.

ROMULUS AUGUSTUS Oreſtis Patricii & Magiſtri militum filius, Imperator à patre conſtitutus eſt Ravennæ die 31. Octobris anni 475. hoc regnante Euricus Viſigothorum Rex, rupto fœdere quod cum Nepote ſanxerat, quicquid Romanum adhuc erat in Galliis invaſit, nec multo poſt Italia ipſa Romana eſſe deſiit: nam Odoacer Erulorum & Turcilingorum Rex à Nepotis fautoribus in Italiam accitus, captâ Româ, Italiæ Regem ſe appellavit die 23. Auguſti anni 476. Oreſtem Placentiæ die 28. ejuſdem menſis, Paullum ejus fratrem Ravennæ die 4. Septembris cecidit, ac denique Romulum Auguſtum in Lucullanum Campaniæ caſtellum relegavit, cum decem fermè menſes imperaſſet.



## NUMISMATA AUREA.

DN AVGVSTVLVS PERP P F AVG. *MB.*

DN FL MOMYL AVGVSTVS P F AVG. *MB.*

DN FL MOMYL AVGVSTVL P F AVG. Caput Romuli Auguſti coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte COMOB. *Farneſianus.*

DN MOMVLVS AVGVSTVL P F AVG.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *MB.*

DN ROMVLVS AVGVSTVS P F AVG. Caput Romuli Auguſti cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN ROMVLVS AVGVSTVS. Caput Romuli Auguſti coronâ gemmatâ & radiatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte CONOB. *RE. Quinarius.*

..... L AVGVSTVS P F AV. (ſic) Caput Romuli Auguſti cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Sine epigraphe. Figura militaris galeata, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ: à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. *Ducang. MB.*

DN ROMVLVS AVGVSTVS P F AVG.

VICTORIA AVGG. (1) CONOB. Victoria ſtans, dextrâ crucem tenens. *Occo.*

DN MOMVLVS AVGVSTVL P F AVG.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans dextrâ crucem tenens: in imâ parte CONOB. *MB.*

DN MOMVLVS AVGVSTVS P F AVG.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà, cum CONOB. in imâ parte. *MB.*

DN ROMVLVS AVGVSTVS P F AVG. Romulus Auguſtus cum galeâ criſtatâ, ad pectus cum loricâ à fronte, cum ſpiculo & clypeo.

VICTORIA AVGGG. Victoria ſtans cum cruce longiore à dextris in areâ R. à ſiniſtris M. in imâ parte COMOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Victoria ſeminuda crucem dextrâ tenens: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

(1) Nummum hunc Occo referebat ad Romulum Maxentii filium, ſed ad Romulum Auguſtum Oreſtis Patricii filium pertinere conſtat. Hunc poſtremum Occidentis Imperatorem aliquot Scriptores Auguſtulum appellavere, eamque appellationem Antiquarii quidam videre ſibi viſi ſunt: horum autem oculos hîc caligaſſe oportet, perinde atque in Momuli, vel Momyli nomine, quod eidem tribuerunt, cum *Romulus* haud obſcurè ſcriptum ſit in nummis quos vidimus: ſed omnium minimè veniam meretur Mediobarbus, qui nummum Ducangii curâ in æs incilum corrupit, & MOMULUS in eo contra cœlaturam & deſcriptionis fidem legi voluit. De numero Auguſtorum his in nummis conſignato nihil pro certo affirmari poteſt: hoc unum conſtat in Oriente Zenonem primum, deinde Baſiliſcum, qui filium Marcum brevi ſibi adjunxit, imperaſſe. Nummi hujus Auguſti rari ſunt.

# BASILISCUS.

BASILISCUS Verinæ Leonis uxoris frater, Thraciæ exercitibus impoſitus anno 463. aliquot victoriis inclaruit; quamobrem belli adverſus Genſericum ſuſcepti anno 468. adminiſtratio huic commiſſa eſt; ſed cum plurimas barbarorum naves demerſiſſet, terrâque & mari victor, Carthaginem etiam recepiſſet, Genſerici muneribus, ac pollicitationibus Aſparis Patricii qui Imperium illi oſtentabat, corruptus, claſſem hoſtibus prodidit. Idcirco Perinthum relegatus, inglorius & infamis vixit ad annum 471. quo ſeſe adjunxit Zenoni, ut Oſtrym & Theodoricum Triarii filium è Thraciâ exigeret. Leone extincto, Thraciæ iterum præfuiſſe videtur, ibique adverſus Zenonem rebellavit menſe Januario anni 476. hortante Verinâ ſorore, quæ etiam generum in fugam vertit; ſed ſtatim atque Auguſtus Conſtantinopoli appellatus eſt, malè parto Imperio per tyrannidem abuſus eſt, & Petrum Fullonem ac Timotheum Ælurum hæreticos in eas ſedes, unde ejecti erant, reſtituit. Porrò cum audiſſet Zenonem in Iſauriam profugum armis Imperium repetere velle, Illum & Trocundum fratres huic ſtatim oppoſuit Baſiliſcus; iique parum abfuere quin imparatum opprimerent; ſed affecto bello cum munera ſibi promiſſa repræſentari vellent, Baſiliſcus verò moras necteret, Zenoni reconciliati ſunt anno 477. Horum defectione perturbatus Baſiliſcus, belli adminiſtrationem in Armatum fratris aut ſororis filium tranſtulit; ſed hunc quoque pollicitationibus Zenonis corruptum haud multo poſt audivit. Ita ab omnibus deſertus, ad Eccleſiam confugit, cum Zeno Conſtantinopolim jam recepiſſet; indeque Limnas in Cappadociâ relegatus, ſubductis alimentis, fame mori coactus eſt menſe Auguſto anni 477. Uxorem Zenonidem habuit, Eutychianâ labe infectam, à quâ malorum omnium quæ in Imperio geſſit, initium ortum ferunt: ex eâ Marcum filium ſuſceperat, quem Cæſarem primum, deinde Imperatorem appellavit; ſed uxor & filius eodem genere mortis, quo ipſe, perierunt.



## *NUMISMATA AUREA.*

DN BASILISCVS P F AVG. Caput Baſiliſci cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ: in imâ parte COMOB. *Regius.*

DN BASILISCVS PERP AVG. Caput Baſiliſci barbati cum diademate ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ : in imâ parte COMOB. *Farneſianus.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

DN BASILISCVS P AVG. Caput Baſiliſci cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

Crux in laureâ : in imâ parte CONOB. *M.*

DN BASILISCVS PP AVG. Caput Baſiliſci cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria ſpoliis inſidens à dextris ſiniſtrorſum, clypeo inſcribit XXXX. à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris Chriſti monogramma : in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN BASILISCVS P F AVG. alii, FL & PERP.

VICTORIA AVGGG. Victoria ſtans, dextrâ crucem cum ſtellâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

DN BASILISCVS P F AVG. Baſiliſcus cum galeâ & coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum loricâ a fronte, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. Victoria ſtans crucem oblongam tenet dextrâ, ſtolam verò colligit ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *RE.*

DN BASILISCVS PRET AVG. (ſic) Caput Baſiliſci ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & COMOB. in imâ parte. *Fontaine.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Ducang. MB.*

DN BASILISCVS PP AVG. Caput Baſiliſci ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ : in imâ parte CONOB. *Fouc.*

DN BASILISCVS ET MARC P AVG. Caput Baſiliſci ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. (2) Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ : in imâ parte CONOB. *Regius. Ducang. MB.*

DN BASILISCVS P F AVG. Caput Baſiliſci ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. B. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ : in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

DN BASILISCVS PRET AVG. (ſic)

VICTORIA AVGGG. B. Typus ut ſuprà cum ſtellâ in areâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

DN BASILISCI ET MARC P AVG. (ſic) Baſiliſcus cum ſtemmate criſtato loricatus, ſpiculum tenet dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. Γ. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ : in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN BASILISCI ET MARC P AVG. (ſic) Caput Baſiliſci ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. Є. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ : in imâ parte CONOB. *Regius. Fontaine.*

DN BASILISCVS ET MARC P F AVG.

VICTORIA AVGGG. E. Typus ut ſuprà cum ſtellâ in areâ : in imâ parte CONOB. *MB.*

DN BASILISCVS PP AVG. Baſiliſcus cum ſtemmate criſtato loricatus, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. H. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ : in imâ parte CONOB. *Regius.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & in Mediobarbo deſideratur : nummum huic ſimillimum in Zenone jam vidimus : in utroque vota nuncupantur pro ſalute Imperatoris, quem diu ac feliciter vivere exoptant.

(2) Nummi in quibus Marcus cum Baſiliſco patre conjungitur, inter rariores recenſendi ſunt. Quis tertius Auguſtus cum his in averſâ parte prædicetur, haud ſatis ſcio : Romulus Auguſtus quidem anno 476. quo Baſiliſcus Imperium capeſſivit, in Italiâ regnabat ; ſed in ordinem redactum priùs fuiſſe, quàm filium Marcum Baſiliſcus Auguſtâ dignitate augeret, probabile eſt : præterea cum in his nummis tres Auguſti victores ſemper dicantur, hoc eſt uſque ad menſem Auguſtum anni 477. alium quemdam à Romulo quæramus neceſſe eſt, quippe quem conſtat menſe Auguſto anni 476. inter Auguſtos, ſive Principes numerari deſiiſſe. Igitur vel Zenonis erit Baſiliſci uxor, ſi quidem Auguſta unquam fuit : vel potius ejus ſoror Verina. Nummos quibus notam (*MB*) non ſubjunximus, eos ſcito in Mediobarbo deſiderari.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN BASILISCVS P F AVG. Caput Baſiliſci coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Sine epigraphe. (1) Figura militaris ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet, pede dextro proræ navis impoſito : à dextris in areâ R. à ſiniſtris V. *Bau.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

## BASILISCUS.

BASILISCUS Armati filius, ſuperioris Baſiliſci conſobrinus fuit. Cum Zeno Imperium armis repeteret, Armatum Baſiliſcus adverſus eum miſit, jurejurando in ſacrum baptiſma concepto devinctum: verum Zenoni, cum ejus filio Cæſaream dignitatem dare, ipſum Magiſtri militum munere augere ſpopondiſſet, ſeſe adjunxit. Capto deinde Baſiliſco, ut promiſſa repræſentaret Zeno, Baſiliſcum Cæſarem menſe Auguſto anni 477. creavit, eumque ſibi adſidere in ludis Circenſibus, & præmia aurigis diſtribuere voluit: ſed Armati in avunculum perfidiâ perpenſâ, hunc poſt paucos dies obtruncari, Baſiliſcum verò Lectorem ordinari præcepit; atque hic poſtmodum Cyzici Præſul, Eccleſiæ utilem operam impendit.

## MARCIANUS.

MARCIANUS Anthemii, qui Romæ imperavit filius, Leontiam alteram Leonis & Verinæ filiam uxorem duxit. Verinâ impellente, ut quidem creditum eſt, civile bellum intrà Conſtantinopolim ipſam adverſus Zenonem commovit anno 479. hujus cauſam obtendens, quod ſua uxor, Ariadnâ quidem quæ Zenoni nupſerat, minor, at patre jam imperante nata eſſet; & juvantibus fratribus Romulo & Procopio, Zenonem ita acriter urſit, ut parum abfuerit quin intrà unum diem Palatio ſimul & Imperio potiretur; ſed partam propè victoriam inertiâ & luxu corrupit; dum enim in ipſo diſcrimine ſomno indulget, ſubductâ maximâ copiarum parte, poſtridie victus ad Eccleſiam Apoſtolorum confugit, ibique Zenonis juſſu Preſbyter ordinatus,in caſtellum Cappadociæ, cui Papyrio nomen relegatus eſt.

## LEONTIUS.

LEONTIUS poſtremus fuit tyrannorum, qui civile bellum adverſus Zenonem commoverunt. Patriciatûs dignitate jam ornatus erat, cum eum Verina & Illus ad Imperium invadendum hortati ſunt. Tarſi coronatus anno 482. bellum anceps & varium geſſit uſque ad annum 484. quo à Joanne Scythâ Zenonis Duce victus eſt, ac ſe Papyrio caſtello clauſit; quo poſt quatuor annos expugnato, rebellionis pœnas capite luit anno 488. cum ſexennium fermè imperaſſet.

*Cum aliquot nummi Italiæ Regum ad nostram ætatem pervenerint, eosque in suas series compegerint Ducangius & Mediobarbus, vitas eorum breviter describere, iisque post Imperatorum quorum ætate vixerunt, Numismata locum dare visum est.*

## ODOACER.

ODOACER Herulorum Rex, Italiam ab extremis Pannoniæ finibus adortus est anno 476. cum Scyris auxiliaribus, cæsisque Oreste & Paullo fratribus, Romulo Augusto in Lucullanum castellum relegato, Italiæ Regem se appellavit die 23. Augusti: sequenti anno Patricius factus à Zenone, Rugorum gentem postea debellavit, & in Italiam transportavit. Anno verò 489. Theodoricus Gothorum Rex Odoacrum ad Isontium fluvium primum, deinde ad Veronam superavit; sequenti tertiò victum, & Ravennæ clausum obsedit per triennium, postremo pace fraudulentâ deceptum, cujus ea conditio erat ut Italiam communiter obtinerent, obtruncavit anno 493. Odoacri frater Onoulfus saluti suæ fugâ consuluit.


## ANASTASIUS.

ANASTASIUS Dyrrachii natus, ex Silentiario, cum nondum adscriptus esset in Senatum, Imperator factus est die 11. Aprilis anni 491. operâ Ariadnæ Zenonis conjugis, quam post quadraginta luctûs dies uxorem duxit. Priusquàm Imperium capesseret, quod Zenonis Henotico, & Eutychianis favere insimularetur, professionem fidei accuratissimè scriptam Patriarchæ Euphemio chirographo suo testatam dedit: deinde tamen Catholicos oppugnavit, suisque artibus effecit, ut omnes penè Præsules inter se dissiderent. Quo tempore Zeno vitâ excessit, Constantinopoli degebat Longinus ejus frater, qui Imperium sibi velut hæreditarium adrogabat: hunc Anastasius in Isauriam expulit, una cum cæteris Isauris, centum fermè & quinquaginta hominum millibus, quos ille operâ Longini alterius Selinuntii, & Lilingis fortissimorum virorum ad rebellionem impulit; atque inde bellum Isauricum conflatum, quod anno demum 297. confectum est, Lilinge in acie cæso, captis & capite plexis Longinis duobus, Isaurorum reliquiis in Thraciam transportatis. Biennio post, hoc est Christi 499. Bulgari primum in Romanos fines excurrere ausi, Thraciam depopulati sunt: præterea Persæ Orienti infesti Amidam urbem munitissimam intrà octoginta dies expugnarunt anno 502. prodentibus eam monachis, quos victor Cabades extemplo jussit occidi; ac deinde bellum variis cladibus tractum ad annum 505. quo tandem Celeris Magistri Officiorum virtute fractus Cabades, pacem annorum septem cum Romanis pepigit, ac mille auri libris acceptis, Amidam, aliaque oppida restituit: quæ pax tamen non obstitit, quominus Alamundarus eorum Saracenorum qui Persis parebant Princeps, Orientem deinceps vastaret. Varias

deinde turbas Anastasius ipse haud levi suo periculo excitavit, quod Trisagium hymnum cum appendice nefariâ, *Qui crucifixus es pro nobis*, publicè cani in Ecclesiâ jussisset: graves quippe ex eo non semel ortæ populi seditiones, scelestum Principem tandem ad quærendas latebras impulerunt: sed Constantinopolitanis reconciliatus Macedonii Patriarchæ operâ, hunc ipsum per summam perfidiam mox fefellit, ac deinde in exilium ejecit anno 511: nec multo post solitis artibus ludificatus est Vitalianum Ducem Fœderatorum. Hic anno 512. à Scythiæ, Mœsiæ, cæterarumque regionum illius tractûs incolis invitatus ad Catholicas partes tuendas, ab Anastasio defecit, cum ille iterum intrà urbem in Catholicos grassaretur; quamobrem auditâ Constantinopoli ejus rebellione Imperator una cum Areobinda Patricio appellatus est; sed Areobindas populi acclamationibus se fugâ subtraxit, nec videtur Vitalianus Augusti titulum unquam sumpsisse: Anastasius verò cum sese populo obtulisset nudo capite, compositâ ad misericordiam oratione eum ita demulsit, ut diadema iterum sumere juberetur. Porrò captæ à Vitaliano Anchialus, Odyssus, cæsa uno conflictu sexaginta hominum millia, captus Hypatius Magnæ Anastasii sororis, & Secundiani Patricii filius; eique suffectus Cyrillus Militum Magister, & ipse in hostis potestatem venit. Extremis periculis conflictabatur Anastasius, cum exercitum jam ad Urbem Vitalianus admoveret: itaque pacem ab eo supplex petiit anno 514. & quidem impetravit eâ lege, ut Heracleam accerseret Episcopos omnes quos in exilium ejecerat, illicque Synodus ex auctoritate Romani Pontificis haberetur, quo via iniretur Ecclesiæ turbas sedandi: verum tametsi pacem hanc non Imperator solum, sed etiam magnates omnes jurejurando confirmassent, nostrorum tamen studia elusa sunt, adeoque Vitalianus haud multo post in ordinem redactus est, eique successor datus Rufinus. Scribit Evagrius navali prælio certatum esse, victumque à Marino Syro fuisse Vitalianum: Zonaras verò, speculis ex ære fabricatis conflagrasse Vitaliani naves, insignemque contigisse victoriam, quam pax illa secuta est. Utut sit, cum Anastasius hæresim Eutychianam propugnare perseveraret, fulmine, ut plerique produnt, exanimatus periit die 9. mensis Julii anni 518. annos 27. ac tres fermè menses imperavit: majorem octogenario decessisse tradunt Marcellinus & Jornandes, Theodorus Lector & Victor Tununensis annos 88. ei attribuunt: si verò auctorem Chronici Alexandrini audis, annos 90. ac menses quinque vixit. Non inutilem omninò Principem fuisse quidam volunt, quod gravissimis tributis oppressæ Reipublicæ subvenit, atque imprimis *Chrysargyrum* vectigal, quod tam capitibus singulis, quàm jumentis, pecoribus, canibus impositum fuerat, adeoque ex rebus fœdissimis capiebatur, anno Imperii nono sustulit. Tyrannorum qui deinceps ab Imperatoribus legitimis defecerunt, vitas singulis capitibus non complectemur, nisi Constantinopoli à Patriarchâ coronati fuerint; tametsi enim eorum qui rebellarunt plerique, ideo rebellarunt ut Augusti dicerentur, Augustos tamen non priùs dictos fuisse constat, quam aut à Patriarcha CP. aut ab aliquo Præsule coronam accepissent.

*Anastasii Numismata Ducangii curâ in æs incisa exhibet sequentium tabellarum prima, in quâ lectorem monendum esse duximus; nummo tertio, qua corona quercea dicitur à Ducangio, eam exhiberi lauream in cælaturâ; in qua præterea Christi monogramma vix agnosci potest: deinde in nummi quinti descriptione omissas esse literas, quas hîc in areâ expressit chalcographus.*





## NUMISMATA AUREA.

DN ANASTASIVS P F AVG.
Christi monogramma cum duabus stellis in coronâ laureâ. *MB.*

DN ANASTASIVS.
Corona laurea in cujus medio stella. *MB.*

DN ANASTASIVS P F AVG. alii PERP P F AVG.
VICTORIA. Victoria dextrâ crucem gestans : in imâ parte CONOB. *MB.*

DN ANASTASIVS P AVG. Caput Anastasii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum,

tum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Δ. (1) Victoria stolata & succincta gradiens à dextris sinistrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: in imâ parte CONOB. *Fouc.*

DN ANASTASIVS P F AVG. alii, PERP P F AVG.

VICTORIA AVGG. Θ. R. A. COMOS. *MB.*

DN ANASTASIVS PERP AVG.

VICTORIA AVGGG. Figura stans dextrâ crucem; à tergo stella: in imâ parte CONOB. *MB.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Anastasius capite galeato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ tenet clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. Victoria stans dextrâ tenet crucem longiorem: à sinistris in areâ stella: in imâ parte COMOB. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Anastasii galeatum, ut suprà.

VICTORIA AVGGG. Victoria stans dextrâ tenet crucem longiorem, sinistrâ stolam colligit: à dextris in areâ R I. à sinistris stella: in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

DN ANASTASIVS P P AVG. Caput Anastasii ut suprà.

VICTORIA AVGGG. A. Victoria stans cum cruce longiore & spissiore: à sinistris in areâ stella: in imâ parte COHOB. *Regius.*

Alius cum COMOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MMA. Brandenburg.*

Alius cum CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. Γ. Typus ut suprà absque stellâ: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Anastasius cum stemmate cristato, ad pectus cum loricâ à fronte, cum spiculo & clypeo in quo eques.

VICTORIA AVGGG. A. Victoria stolata stans, dextrâ tenet crucem oblongam, sinistrâ stolam colligit: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *Declesves.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anastasii ut suprà.

VICTORIA AVGGG. Δ. Typus ut suprà, cum stellâ à sinistris in areâ, & CONOB. in imâ parte. *Fouc.*

DN ANASTASIVS P P AVG. Caput Anastasii ut suprà.

VICTORIA AVGGG. Θ. Typus ut suprà: à dextris in areâ stella: in imâ parte COMOB. *MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. I. Typus ut suprà: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONOB. *M.*

DN ANASTASIVS PERP AVG.

VICTORIA AVGGG. I. Figura stans dextrâ crucem; à tergo stella: in imâ parte CONOB. *MB.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anastasii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVST RA. (sic) Victoria dextrorsum gradiens, manu coronam gerit: in imâ parte CONOB. ***Cham.***

DN ANASTASIVS P AVG. Caput Anastasii cum diademate ex gemmis & cruciculâ in vertice, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (2) Victoria stans dextrâ coronam gestat, sinistrâ orbem crucigerum. *Regius.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anastasii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà: à sinistris in areâ stella: in imâ parte COMOB. *Ducang. MB.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anastasii ut suprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà absque stellâ in areâ: in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Alius cum stellâ à sinistris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Declesves.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anastasii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVTORVM. (sic) Victoria gradiens à dextris sinistrorsum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ: à sinistris in areâ ꝶB. in imâ parte COHOB. *MMA. Nummus minutissimus.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anastasii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento, suprà caput stella.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut suprà absque monogrammate in areâ; in imâ parte COMOB. *Farnesianus.*

Alius cum stellâ à dextris in areâ, &

(1) Duos quidem illâ ætate Augustos agnoscimus, Anastasium ipsum, & Ariadnam ejus conjugem; trium verò quî mentio fieri potuerit, alii viderint; cum Theodoricus Italiæ Rex Augustus nunquam dicatur. Nummi Anastasii ex auro, quibus notam (*MB*) non subjunximus, desiderantur in Mediobarbo.

(2) Nummi hujuscemodi inter rariores recensendi sunt ob typum.

CONOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

DN ANASTASIVS P A ΓAV. (sic) Caput Anaſtaſii cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AGVSTORVM. (sic) Typus ut ſuprà abſque ſtellâ in areâ : in imâ parte CONOB. *Fauvel.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anaſtaſii cum coronâ ex margaritis & gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà : in imâ parte CONOB. *Declesves. Nummus minutiſſimus.*

Alius cum Y. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DN ANASTASIVS P R. Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

VICTORIA AVSTORVM. (sic) Victoria ut ſuprà abſque palmæ ramo : à ſiniſtris ☧ S *Fouc.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ND. cum S. ſuprà, & infrà C. in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

DN ANASTASIVS P F AVG. alius, PERP P F AVG.

VICTORIA AVGVSTORVM. ſtella & CONOB. *MB.*

DN ANASTASIVS PP AVG.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria dextrâ lauream, ſiniſtrâ crucem : in imâ parte CONOB. *MB.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anaſtaſii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (1) Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *Fontaine.*

(1) Hi nummi ob typum cum rarioribus adnumerandi ſunt.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN ANASTASIVS P A. Caput Anaſtaſii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

DN BADVELA REX. (1) in coronâ. *Brandenburg.*

DN ANASTASIVS P F AV. Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

DN BADVILA REX. in coronâ. *Bau. Alletti.*

DN ANASTASIVS AVG. Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

DN BADVILA REX. in coronâ. *Regius.*

DN ANASTASIVS P F AG. (sic) Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

DN BADVILA REX. in coronâ. *Fontaine, Quin.*

DN ANASTASIVS P. Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

DOMNVS THEIA P REX. (2) in coronâ. *E ſchedis Hard.*

DN ANASTASIVS P AVG. Caput Anaſtaſii coronâ ex margaritis & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

INVICTA ROMA. Victoria tunicata ac ſuccincta, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, pal-

(1) De hujuſcemodi nummis, in quibus Baduila vel Baduela Rex commendatur, hæc monet Begerus : unius Baduelæ meminiſſe Jornandem, quem Mediobarbus, Pomponium Lætum ſecutus, haud diverſum à Totila facit, Jornandes tamen non ipſum eſſe Totilam, ſed cum Totila hoſtile opus in Italia peregiſſe memorat : eum porrò Baduelam ſub Juſtiniano vixiſſe : quamobrem vix intelligi poſſe, qua ratione idem in Anaſtaſii nummis occurrat ; nec tamen id errori monetariorum adſcribendum eſſe, nec inde colligi poſſe Baduelas duos fuiſſe, quorum prior ſub Anaſtaſio, alter ſub Juſtiniano vixerit : quippe inter hos duos Principes intervallum temporis haud adeo magnum eſſe. Atqui non Pomponii Læti, ſed Jornandis ipſius fidem ſecutus eſt Mediobarbus, cum Baduelam à Totila diverſum non eſſe ſcripſit ; eadem enim de Baduela tradit Jornandes, quæ de Totila Græci auctores memoriæ prodidere : nec ſatis ſcio, quî potuerit Begerus ex eo colligere, Baduelam *cum Totila hoſtile opus in Italia peregiſſe* ; cum Totilam Jornandes nuſquam nominet ; ſed Errario ſive Ararico interfecto, Baduilam juvenem, ejus Hildibaldi, qui paucos menſes Gothicam rem adminiſtraverat, nepotem Gothorum in Italia Regem factum eſſe ſcribat. Quod verò deinde addit Begerus, Baduelam qui in his nummis commendatur, haud diverſum videri poſſe ab eo qui Juſtiniani ætate regnavit, quam rectè ſcriptum ſit alii fortaſſe perpendent : nos hæc tantum monebimus, inter annum 518. quo Anaſtaſius vivere deſiit, & annum 541. quo Baduela Totila Gothis Italiæ imperitare cœpit, annos tres ac viginti interceſſiſſe : Baduelam eo anno juvenem dici, juvenemque in nummis quos infra exhibebimus, videri : quin idem ſit, quem Græci Totilam appellant, dubitari vix poſſe : denique Anaſtaſii ætate Theodoricum in Italia ſine Collega regnaſſe. De Baduela quædam infrà monemus ad nummum Juſtini ex Æ. II. cum epigraphe FLVRENS SEMPER. Nummi hujuſmodi inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(2) De Theia Rege haud minus incerta, quàm de Baduela prodi poſſunt. Nummus rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo ; ſequens cum rarioribus adnumerandus eſt.

mæ ramum ſiniſtrâ : à dextris in areâ s. à ſiniſtris c. *Fouc. Nummus Quin. formâ.*

DN. ANASTASIVS AVG. *literis inverſis.* Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

INVICTA ROMA. Monogramma conſtans è literis R-D. S. O. in mediâ nummi areâ : in imâ parte ſtella. *Fouc. Nummus Quin. formâ.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

INVICTA ROMA. Monogramma ut ſuprà : ſupernè crux. *Fontaine*, *Quin. MB.*

DN ANASTASIVS .... *literis inverſis*, Caput Anaſtaſii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad humeros.

NINVITA ROMA AG. (1) (ſic) Monogramma ut ſuprà : ſuprà crux ; infrà ſtella. *Brandenburg.*

DN ANASTASIVS AVG.

Monogramma in quo R. D. S. D. in laureâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Anaſtaſii cum diademate ex unionibus, ad pectus cum paludamento.

Monogramma conſtans è literis R-D. S. O. cum cruce ſuprà, in coronâ. (2) *Regius. Fontaine. Quin.*

Eadem epigraphe. Caput Anaſtaſii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

Sine epigraphe. Corona laurea in cujus medio ſtella. *Regius.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

Sine epigraphe. Typus ut ſuprà. *Fouc. Nummus Quin. formâ.*

Eadem epigraphe. Anaſtaſius capite galeato & coronâ gemmatâ ornato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIA AVGGG. (3) Victoria ſtolata ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ ſtolam colligit ; in imâ parte CO-MO. *RE.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anaſtaſii cum coronâ gemmatâ, ad pectus cum paludamento.

VOT VNIVITM. in coronâ : in imâ parte .... *Cham.*

................

VOTVM MVLTVM (4) in coronâ. *E ſchedis Vaillant.*

(1) Epigraphe nova, ſed corrupta ; ſcribendum enim erat INVICTA ROMA AVG. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, nec extat in Mediobardo, in quo deſiderantur cæteri Anaſtaſii nummi ex argento, quibus notam (*MB*) non ſubjunximus.

(2) Rectè doctiſſimus Begerus monuit, ex iis literis confici nomen Theodorici, qui Anaſtaſii ætate Italiam Regis nomine tenebat.

(3) Anaſtaſii ætate duos tantum Auguſtos reperio, ipſum, & Ariadnam ejus conjugem. Nummus hic rariſſimus eſt ex argento, nec apud Mediobarbum extat.

(4) Hæc epigraphe, ſi quidem rectè deſcripta ſit, nova eſt, nummus ipſe ſingularis ; fortè Monetarius ſcribere voluit VOT V MVLT X. ut in ſuperiori nummo, in quo VOT V. adhuc apparet, cætera perturbata & confuſa ſunt : verum ſic quoque nummi hujuſmodi rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anaſtaſii cum diademate, ad pectus cum paludamento.

M. magnum cum cruciculâ ſuprà : in imâ parte COM. (1) *RE.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anaſtaſii coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum paludamento.

M. magnum cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura A. ad latera ſtella : in imâ parte CON. *Fontaine. Ducang. Alletti.*

Alius cum B. infrà inter crura, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. RE. Ducang.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anaſtaſii ut ſuprà.

M. magnum cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura B. ad latera ſtella : in imâ parte CON. *RE.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anaſtaſii cum diademate, ad pectus cum paludamento.

M. magnum cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura Γ. ad latera ſtella ; in imâ parte CON. *Bau.*

Alius cum Δ. infrà inter crura, eodem typo utrâque ex parte. *DeC.*

Alius cum Є infrà inter crura, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Bau.*

(1) Nummi hujuſmodi, in quibus literæ Є. I. K. M. majori forma in media area ſculptæ ſunt, cum cruciculis, ſtellis, aliiſque literis, tum primùm occurrunt.

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anastasii ut suprà.

M. magnum cum cruciculâ suprà, & infrà crura . . . ad latera stella : in imâ parte CON. *Cham.*

## NUMISMATA Æ. II.

Θ ANAϨTAϨIOVϨ. (sic) Caput Anastasii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA (1) I. magnum, seu columna crucigera in medio nummo. *Fouc.*

Alius cum AN XI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anastasii ut suprà.

K. magnum in medio nummo, cum cruce à dextris. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

K. magnum in medio nummo, cum cruce à dextris, & Γ. à sinistris. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

K. magnum in medio nummo, cum cruce à dextris, & Є. à sinistris. *Frad. Alletti.*

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anastasii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ suprâ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

M. magnum cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura A. ad latera stella : in imâ parte CON. *Frad. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura Є. ad latera stella : in imâ parte CON. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura stella: ad latera stella : in imâ parte NIC. *Ducang.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anastasii coronâ ex margaritis & gemmis redimitum, ad pectus cum paludamento.

M. magnum cum cruce suprà, in medio nummo : in imâ parte CON. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

M. magnum in medio nummo, cum cruce suprà, & infrà inter crura stellâ : ad latera stella : in imâ parte NIK. *Regius.*

(1) Nummi hujusmodi rari sunt ; sed qui AN XI. habet in imâ parte, rarissimus est, & desideratur in Mediobarbo : annorum nota tum primùm in nummis consignari cœpta est.

## NUMISMATA Æ. III.

DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anastasii coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDI. (1) I. magnum, seu columna in medio nummo. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

Є. magnum in medio nummo, cum A. à sinistris. *Bau.*

DN ANASTASIVS P F AVG. Caput Anastasii ut suprà.

I. CONCORD. I. magnum, seu columna in medio nummo, cum I. à dextris, & N. à sinistris. *Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

K. magnum in medio nummo : à dextris in areâ N I. cruce oblongâ intermediâ. *Regius.*

DN ANASTASIVS PP AV. Caput Anastasii coronâ ex margaritis redimitum, ad pectus cum paludamento.

K. magnum, typo & literis ut suprà. *Brandenburg.*


DN ANASTASIVS PP AVG. Caput Anastasii ut suprà.

K. magnum, typo & literis ut suprà. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

K. magnum in medio nummo, cum cruce oblongâ à dextris, & Γ. à sinistris. *Bau.*

(1) Nummus hic, & duo sequentes rari sunt : proximus etiam in Mediobarbo deest. Hæc epigraphe cum hoc typo tum primùm, deinde in Justiniano occurrit.



## NUMISMATA ÆREA
*incerti moduli.*

DN ANASTASIVS PP AVG.
CONCORDI. circà columnam.
DN ANASTASIVS P F AVG.
K. in medio nummo.
Eadem epigraphe.
K. & ſtella in medio nummo.
DN ANASTASIVS P F AVG.
M. magnum cum ſtellâ ſuprà, & ad latera, & inter crura A. in imâ parte CON.
DN ANASTASIVS PERP AVG.
M. magnum cum ſtellâ ſuprà, & ad latera: in imâ parte CON.
DN ANASTASIVS PP AVG.
M. magnum cum ſtellâ ſuprà, & ad latera: in imâ parte CON.
DN ANASTASIVS PP AVG.
M. magnum, cum cruciculâ ſuprà: in imâ parte NIC.

# ARIADNA.

ARIADNA Leonis & Verinæ filia natu major, Zenoni Iſauro nupſit anno 458. eique Leonem Jun. vulgò dictum peperit: qui anno 474. Imperator creatus, hujus hortatu patrem ad Imperii communionem vocavit, nec multo poſt immaturâ morte præreptus eſt. Zenonem in Iſauriam expulſum ſecuta eſt anno 476. gravi hyeme, matre nequicquam dehortante; hic deinde reſtitutus precibus uxoris donavit Baſiliſcum Cæſarem ejus conſobrinum, quem occidere parabat. Sed concordiam inter eos perpetuam non fuiſſe tradunt Scriptores, imò quidam Zenonem cum ſontico morbo laboraret, vivum adhuc per imprudentiam infoſſum fuiſſe, deinde cum expergefacti vox audita eſſet, ab Ariadnâ vetitum extrahi; atque ita uxoris ſcelere miſerabiliter periiſſe ſcribunt. Utut ſit, Zenone die 9. Aprilis anni 491. extincto, Anaſtaſium poſt duos dies in ejus locum ſuffectum fuiſſe conſtat operâ Ariadnæ, quæ etiam poſt quadraginta luctûs dies in manum ei convenit, ſæpèque, ſed fruſtra à Catholicis vexandis eum dehortata, vitâ denique exceſſit anno 515. ſexaginta annis, ut ſcribit Marcellinus, in aulâ exactis.

*Hanc ſive Inſcriptionem, ſive nummi partem Mediobarbus exhibet è Goltzio.*
FL ARIADNES AVGVSTA.

# THEODORICUS.

THEODORICUS AMALUS, incertum Balameri an Theodemiri filius, Oſtrogothorum Rex, Romanorum, prout è re ſuâ eſſe exiſtimabat, amicus aut hoſtis, graviſſimas clades eis intulit: Magiſter Militum Præſentalis factus anno 484. ſequenti etiam à Zenone adoptatus Conſul proceſſit. Cum Gothos feroces vix ac ne vix quidem in officio retineret, Italiam anno 489. invaſit, Odoacrumque Italiæ Regem ter acie victum, & Ravennæ per triennium obſeſſum, tandem per fas & fidem deceptum inter epulas obtruncavit anno 493. Deinde ut novum Regnum vicinorum Principum affinitatibus firmaret, Chlodovei Francorum Regis ſororem Audofledam uxorem duxit; filiarum alteram Alarico Viſogothorum, alteram Sigiſmundo

Burgundionum Regi collocavit. Anno 507. Alarico Chlodovei manu in acie cæſo, Theodoricus Narbonenſem ſecundam & Alpes maritimas occupavit, mox Francos à Carcaſſonis obſidione depulit, & Narbonenſem primam omittere coëgit, ac deinde tutelâ Amalarici ſuſceptâ, Viſigothorum Regnum per præfectos adminiſtravit; poſtremò Burgundionum Regnum cum Francis dilaceravit ac diſtraxit. Principio Rempublicam ita geſtam à Theodorico fuiſſe conſtat, ut cum optimis Principibus comparari poſſe videretur; ſed vergente in ſenium ætate, ad crudelitatem & barbariem deflexit: Symmacho verò & Boëtio interfectis, miro quodam portento territus, quod cum piſcis ipſi in menſâ appoſitus eſſet, Symmachi caput videre ſibi viſus fuiſſet, haud multo poſt interiit, anno Chriſti 526. die 30. Auguſti. Annum 34. à cæde Odoacri in Italiâ regnabat: quamvis porrò Arianam ſectam teneret, Romanæ Eccleſiæ jus & libertatem ſummâ fide tutatus eſt, præterquam extremo anno.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *incerti moduli.*

D N THEODORICVS S.... circum v. in medio nummo. — INVICTA ROMA. (1) Caput galeatum.

(1) Nummum hunc rariſſimum, imò ſingularem Mediobarbus è Strada in ſuam ſeriem tranſtulit.

*UTriuſque Juſtini, Euphemiæ, Juſtiniani, Gothorum in Italiâ Regum, & aliquot Francorum Regum Numiſmata, quæ ad eandem fermè ætatem pertinerent, quatuor tabulis exhibuit Cl. Ducangius, in iis hæc notanda occurrunt.*

TAB. I. Numm. 1. VICTORIA AVCCC. in deſcr. AVGGG.

Numm. 2. in averſâ parte CONOB. in deſcr. COMOB.

Numm. 4. capitis, & ejus quæ eam ambit epigraphes deſcriptionem omiſerat Ducangius.

Numm. 6. corona laurea ne eſt, ut in tabulâ, an, ut in deſcr. quercea?

Numm. 8. P F AVG. in deſcr. PP AVG. utrum rectius?

Numm. 9. in hoc literæ peſſimè inſculptæ; quamobrem haud mirum videtur Ducangium quâ ratione eas deſcriberet, incertum fuiſſe.

Numm. 10. Non haſtam crucigeram, ut ſcribit Ducangius, dextrâ tenet Victoria, ſed haſtam in cujus apice Chriſti monogramma, ad ejus quod in cœlo è luce conflatum vidit Conſtantinus, formam proximè accedens, ut ex iis conſtat, quæ ad nummum aureum Conſtantini inſcriptum VICTORIA CONSTANTINI AVG. monuimus.

Numm. 11. hîc quoque corona, utrum laurea, an quercea ſit, incertum eſt, quod querceam Ducangius dicat, lauream exhibeat tabula.

Numm. 12. ſub literâ M. legitur Δ. quæ in deſcr. omiſſa eſt.

Numm. 18. B CONCO PDI. literæ peſſimè ſculptæ ſunt, ſed B. omiſit Ducangius, & CONCORDIA ſcripſit.

Numm. 19. PP AG. in deſcr. PP AVG.

Numm. 20. corona laurea eſt in tabulâ, in deſcr. quercea.

Numm. 21. ſtellæ mentionem in deſcr. non facit Ducangius.

Numm. 22. de coronâ, ut in nummo 20. præterea Chriſti monogramma peſſimè expreſſum eſt: eadem dicenda ſunt ad nummum 23.

TAB. II. Numm. 1. & 2. corona laurea eſt in cœlaturâ, in deſcr. quercea dicitur.

Numm. 4. PP AG. in deſcr. PP. AVG.

Numm. 6. VICTORIA CVSTOR. in deſcr. AVGVSTOR.

Numm. 8. & 9. de coronâ eadem quæ ſæpè monuimus: præterea in hujus deſcr. litera S. quæ in monogrammatis medio conſpicitur, omiſſa eſt.

Numm. 11. & 12. ſolitum hîc in coronâ diſcrimen occurrit.

Numm. 18. incertum cujus metalli ſit; æreus videtur; & quidem maximæ formæ, cum è Strada exhibuerit eum Ducangius.

Numm. 20. 22. 23. 24. & 25. in coronâ turbat pro more Ducangius, cum eam ſemper querceam dicat, idem lauream ſemper exhibeat.

Nummi 23. 24. & 25. monogrammata exhibent; quorum primum ſatis conſtat perperam à Ducangio aut deſcriptum, aut cælatum: non enim R. ſolum, ſed etiam B. illic in tabulâ conſpici videtur: præterea per literæ D. lineam rectam tranſverſa linea ducta eſt: in eo verò monogrammate, quod cælatum eſt in duobus poſterioribus nummis, ratio habenda videtur ejus lineæ quæ literas RD. conjungit, ut inde emergat litera H. Sed in hoc maximè peccavit Cl. Ducangius, quod tres hoſce nummos retulit ad Juſtinum Juniorem, cum ex ipſis monogrammatis, ſub quibus Theodorici nomen latere nemo neſcit, ad Juſtinum Seniorem pertinere eos conſtet. Cujus metalli eſſent nummi 23. & 24. non monuit Ducangius.

Nummus ultimus peſſimè in æs inciſus eſt: hîc enim nullæ literæ inter ſe junctæ ſunt, legendumque eſt ANNO ut in deſcr. legit ipſe Ducangius.

TAB. III. Numm. 12. Monogramma è literis M. & A. conſtat, nec id fugere debuit Ducangium.

Numm. 14. corona quæ dicitur in deſcr. quercea, in tabulâ laurea eſt: idem diſcrimen inter tabulam & deſcriptionem occurrit in nummo 16. & in nummo 20. in quo præterea deſcr. habet THEODAHATVS, cælatura THEODAHATHVS.


Numm. 21. 22. 23. 24. & 26. perinde atque plurimi è ſuperioribus, malè aut expreſſi, aut deſcripti ſunt: ubi enim coronam lauream cælavit chalcographus, ibi coronam querceam deſcribit Ducangius.

TAB. IV. Numm. 1. VICTORA AVGVSTOR. in deſcr. VICTORIA AVGVSTORVM.


Numm. 2. AVCCCI. in deſcr. AVGGGI. præterea in areâ BO. in deſcr. litera O. omiſſa eſt.

Numm. 3. AVCCCI. in deſcr. AVGGGI.

Numm. 5. CHILDRICVS. in deſcr. CHILDERICVS.


IVSTINVS THRAX
EVPHEMIA
IVSTINIANVS
CONOB
CORMOB
CON
CAR
VOT MVLT HTI
ROMA
NIKO
KART
P. Giffart del. et Sculp


p. 619.
II
ANNO XIIII
CAR
DN IVSTINIANVS PP AVG
KAR
DN IVSTINIANI PP AVG
VICTORIA CVSTOR
CONO
DN IVSTINIANVS PP AVG
VICTORIA AVGVSTI
CONOB
DN IVSTINIANVS PP AVG
PK
IVSTINVS
IVNIOR
ΑΛΕΞ
DN IVSTINVS PP AVG
VICTORIA AVGVSTORV
CONOB
VICTORIA AVGVSTORVM
CONOB
ACONCORDI
GNA
ANTX
CON
DN IVSTINVS AVG
DN IVSTINVS PP AVG
DN IVSTINVS PP AVG
ANNO II
CON
NIKO
NIKO
NIKO
CON
P. Giffart del. et fecit.


p. 621.
III
ANNO GI II B NIKO
ANNO GI II B CON
ANNO X KYZ
ANNO XII B KYZ
XX ROM
ANNO II III
ANNO GI Γ THEUP
ANNO GI II Γ THEUPo
ANNO IIII
DNIV VITA
ANNO VIII S KAR
N M
XXXN
GOTHORVM IN ITALIA REGES
INVICTA ROMA
DN THEODORICVS
V
DN IVSTI NIAN AVG
DN ATHAL ARICVS REX
INVICTA ROMA
DN ATHAL ARICVS S C X
DN ATHAL ARICVS REX
DN THEO DAHATVS REX
VICTORIA PRICPVM S C
VICTORIA PRINCIPVM S C
VICTORIA PRINCIPVM S C
DN IVSTI NIAN AVG
DN THEODA HATHVS REX
INVICTA ROMA
DN THEODA HATHVS REX
DN IVSTI NIAN AVG
DN VVIT ICES REX
INVICTA ROMA
DN VVIT ICES REX
DN BADV ELA REX
DN BADV ELA REX
FLVREAZ ZEMPER X
DN BADV ILA REX
P. Giffart delin. et sculp.




# JUSTINUS.

JUSTINUS Bederianæ in confinio Thraciæ & Illyrici natus, inter Prætorianos allectus sub Leone, iis deinde præfectus est ab Anastasio, post cujus mortem quæ die 19. Julii anni 518. accidit, Imperium capessivit præter omnium expectationem, cum senex jam esset ac literarum expers; præterea Anastasii propinquorum magnus esset numerus ac summus splendor. Sumptâ purpurâ Amantium Cubiculariis præpositum, qui Catholicis infestissimus fuerat, interfecit, Vitalianum in pristinum statum restituit, sanctos Præsules Ecclesiis suis reddidit, denique fidem Chalcedonensis Synodi confirmavit: sed Vitalianus anno 420. in ipso Consulatu occisus est, incertum repente orto populi tumultu, Justini dolo, an Justiniani sororis filii factione. Eodem anno Legati à Cabade Persarum Rege missi, filium natu minimum Chosroëm à Justino adoptari petierunt, quod per Justinianum & Proclum Quæstorem perficere non licuit: post biennium verò, cùm Lazorum Rex Tzathius Constantinopolim veniens, Christiana Sacra suscepisset, ac regiis insignibus donatus esset, id ægrè ferens Cabades bellum Romanis indixit. Porrò belli hujus administrationem commissam fuisse Sitto & Belisario, ab iisque Persarmeniam latè vastatam esse Procopius tradit; sed interea recrudescente vulnere, quod olim in pugnâ acceperat, & malè conglutinatum fuerat, vitâ excessit Justinus Kalendis Augusti anni 527. post quatuor menses quam Justinianum ad Imperii communionem vocaverat. Annos novem, ac dies viginti tres imperavit, Ecclesiæ juxtà atque Reipublicæ utilis Princeps.




## *NUMISMATA AUREA.*

DN IVSTINVS P AVG. ANNO II.
*MB.*

DN IVSTINVS P AVG. ANNO III. (1)
*MB.*

(1) Cum Justini nummos συνδεμωτέρως descripsisset Goltzius, & ex aversâ parte selegisset annorum no-

DN IVSTINVS PP AVG.

M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ ſuprà, & alterâ à ſiniſtris in areâ: à dextris ſtella: inter crura B. *MB.*

DN IVSTINVS P F AVG.

VICTORIA AVGG. CC. CONOB. Victoria. *MB.*

Eadem epigraphe. Juſtinus cum ſtemmate criſtato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. A. (1) Victoria ſtans dextrâ tenet crucem longiorem: à dextris in areâ ſtella. *Regius.*

Alius cum COMOB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Fontaine. Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG. A. Victoria dextrâ crucem tenens; ad latus ſtella: in imâ parte CONOB. *MB.*

Eadem epigraphe. Juſtinus cum ſtemmate criſtato, ad pectus cum loricâ à fronte, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

tas, cæteris, puta M. aut K. & crucibus ut inutilibus omiſſis; exiſtimavit Occo, Juiſtini nummos à Goltzio conſpectos fuiſſe, in quibus non Juſtini nomen ſolum, ſed etiam annum quo cuſi ſunt, inſcriptum eſſet circà caput, Occonemque Mediobarbus ſecutus eſt.

(2) In nummis Juſtini Thracis & Juſtini Junioris diſcernendis graviſſimis difficultatibus conflictatum ſe fuiſſe monet Ducangius in Differt. num. 71. additque: Eos qui Imperatorem plenâ facie exhibent cum camelaucio, clypeo, ſpiculo, vel globo, Seniori adſcripſimus, quòd cum ſatis ſint bene expreſſi aut formati, non ea nobis videntur ætate cuſi, qua barbaries in orbem Romanum invecta eſt, maximè ævo Juſtiniani & Juſtini nepotis, quod præ cæteris evincunt eorum nummi, peſſimè effigiati, ſi quidem Juſtini Jun. ſint quos ei adfinximus, luſcâ plerique facie; ſed levi, fateor, conjectura: cum in iis qui plena facie ſunt, extet æreus, qui cuſus annotatur Conſtantinopoli anno decimo Imperii, quem vix attigit, cum anno nono, menſe ſecundo extinctum prodat Marcellinus Comes, tametſi cuſus dici poteſt decimo ineunte Imperii. Qui verò Juſtini Imperatoris nomina, eumque una cum uxore Auguſta in eadem ſella ſedentem præferunt, indubitanter Juniori attribuimus, cum in iis ſint qui annum Imperii quo cuſi ſunt duodecimum adſcriptum habeant, adeo ut inde firmari poſſit annus Imperii Juſtini Junioris, quo exceſſit, de quo controverſia eſt apud veteres Scriptores. Ex eo etiam abundè docemur errare quoſdam, tradentes in hiſce nummis Juſtinum Seniorem, & Juſtinianum exhiberi, cum Juſtinianus Cæſar ſub annum Juſtini ſextum, Auguſtus verò menſibus quatuor ante ejuſdem obitum renuntiatus ſit, ac proinde Collega Imperii exhiberi non potuerit anno ſecundo Imperii avunculi, uti præferunt ii nummi: qui præterea Seniori non poſſunt adſcribi, cum Euphemiam Auguſtam ſuperſtite Juſtino Seniore conjuge extinctam palam ſit ex Scriptoribus. Deinde in his nummis uxor Imperatori adjungitur anno Imperii duodecimo, quem non attigit Senior, ſed Junior, cui Sophia uxor ſuperſtes fuit. Feminam eſſe quæ Juſtino adjungitur, (nam in pleriſque adeo ſunt attritæ ac evanidæ effigies, ut certum aliquid ſuper hac re elici vix queat) oſtendit diverſitas geſtaminis: nam Juſtinus globum crucigerum dextrâ gerit, Imperatrix verò crucem oblongiorem ſceptri vice, non verò ramum aureum margaritis & unionibus diſtinctum, quomodo deferre ſolitas Auguſtas ſeneſcente Græciâ tradit Codinus de Offic. cap. 17. num. 25. Nam qui ex Octaviano Sada proferuntur ab Alemanno, malè à ſcalptore deſcripti ſunt, cum & in iis Juſtinus barbatus, & quæ adjungitur effigies veluti adoleſcentis effingantur: priori crux, alteri virga, in dextra, utrique verò in ſiniſtrâ globus tribuantur: cum Juſtinianus, quem exhiberi putat idem Scriptor, non adoleſcens, ſed plenâ jam ætate & Cæſar & Auguſtus dictus ſit: ita ut quos Alemanno inſpiciendos præbuit Sada, non diverſi ſint ab iis nummis, quos adſcripſimus Juſtino Juniori. Verùm longè major eſt difficultas in enodandis aliquot aliis æreis, quos hiſce ſubjunximus, hac tantummodo fulti ratione, quod ejuſce ætatis videantur. cum ex characteribus qui in iis deſcribuntur, licet in quibuſdam ſat perſpicuis, vix quicquam divinari poſſit. In iis verò bini effinguntur Imperatores; vel ſaltem Imperator, cui adſidet Auguſta conjux, nam facies in omnibus, (octo vidimus) ac veſtes ferè evanidæ ſunt, uterque ſimili diademate conſpicui globum crucigerum in medio ſuſtentant; altero dextra, altero ſiniſtra bacillum ſeu ſceptrum geſtantibus. Omnes penè Theſſalonicæ cuſi characteres anomalos repræſentant, quidam hoſce malè formatos, VTLLVT—T9PP AVC. quidam ASS—VNV V, alii—ACVC SC. alii—OSIAN. alii denique—ALOGNO. In poſtica autem horum facie anni Imperii adſcribuntur IIV. IIIII. VI. & VII. adeo ut Juſtino Seniori & Juſtiniano adſcribi vix debeant, cum Juſtinianus, ut diximus, anno Juſtini 6. aut 7. Cæſar dictus ſit ab avunculo, uti teſtatur Victor Tunnenſis: *Poſt Conſulatum* II. *Juſtini & Apionis, Juſtinus Auguſtus Juſtinianum nepotem ſuum ad Senatorum ſupplicationem invitus Cæſarem facit.* Incidit autem Conſulatus Juſtini ſecundus in annum 524. quo Julii 9. Imperii annum ſeptimum inibat: unde conficitur anno ejus quinto Juſtinianum ut avunculi collegam in nummis effingi non potuiſſe. Sed de hiſce nævis lector ac inſpector ipſe per nos licet decernat. Iis præterea nummis duos aut tres alios æreos ſubjunximus, Juſtinoque adſcripſimus, nulla alia fermè conjectura, quàm quòd Imperatorem & Imperatricem exhibeant cum hiſce characteribus, DN IV—AAI. & hiſce, infrà eaſdem effigies, VITA. in averſâ verò facie K. cum hiſce, ANNO VIII. KAR. Unde colligitur Karthagine cuſum fuiſſe, ac proinde ſaltem ante annum 698. quo in Saracenorum poteſtatem venit Carthago, Leontio imperante: niſi per IV. Juſtinianus Rhinotmetus intelligatur, antequam à Leontio Imperio deturbatus fuiſſet. Tertium nullis characteribus inſignem, alterâ facie Imperatorem, alterâ Auguſtam exhibentem, quòd eorumdem videantur ac priores, pariter ſubdidimus, ut liceat cuique perinde de iis judicium ſtatuere. Hæc Cl. Ducangius ita accuratè ſcripta reliquit, ut hoc unum ſuperſit ad nummos Juſtini, de quo monendus ſit lector, tres hic Auguſtos nuſquam non prædicari, cum duo duntaxat fuerint, ipſe nimirum & Euphemia ejus uxor: quamobrem Theodorici Italiæ Regis habitam rationem videri: quod doctiſſimo Begero ſuboluit.

VICTORIA AVGGG. B. Victoria ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem, læva orbem crucigerum : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *M.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Δ. Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & COMOB. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. Δ. Victoria ſtans dextrâ tenet longiorem crucem, ſiniſtrâ ſtolam colligit : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGGG. ς. Victoria ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem, lævâ orbem crucigerum : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Juſtini ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. ς. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & CONOB. in imâ parte. *Ducang. MB.*

DN IVSTINVS P F AVG. Caput Juſtini ut ſuprà.

VICTORIA AVGGG. ς. Figura ſtolata & galeata ſedens, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum crucigerum : in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN IVSTINVS PP AVG. Juſtinus cætera ut ſuprà, dextrâ tenet globum cum Victoriâ ſertum porrigente, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. ς. Typus ut ſuprà : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

Eadem epigraphe. Juſtinus cætera ut ſuprà, dextrâ tenet Victoriam, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGG. Z. Typus ut ſuprà cum CONOB. in imâ parte. *MMA. Brandenburg.*

DN IVSTINVS P F AVG. Juſtinus cætera ut ſuprà, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ tenet clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGGG. Θ. Victoria ſtans dextrâ tenet longiorem crucem, ſiniſtrâ globum crucigerum : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *Regius.*

DN IVSTIN ET IVSTINI PP AVG. Imperatores duo cum nimbis ſedentes, uterque orbem tenens.

VICTORIA AVGGG. I. (1) Typus ut ſuprà cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, & CONOB. in imâ parte. *Regius.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Juſtini coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTOR. Victoria ſtolata & ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, veluti trophæum geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte CONOB. *Fouc. Nummus minutiſſimus.*

DN IVSTINVS P F AVG. Caput Juſtini ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Typus ut ſuprà, cum CONOB. in imâ parte. *Declesves.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGVSTORV. (2) Orbis cui crux inſiſtit : à dextris in areâ A. à ſiniſtris R. in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſtans, ſiniſtrâ crucem ; ad latus ſtella. *MB.*

DN IVSTINVS AVG. Caput Juſtini cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſtans, dextrâ tenet ſertum, ſiniſtrâ crucem : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *RE. Quin.*

DN IVSTINVS P F AVBG. (ſic) Caput Juſtini ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ad ſiniſtram gradiens coronam lauream tenet dextrâ : in imâ parte CONOB. *MMA.*

DN IVSTINVS P F AVG. Caput Juſtini ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria ſtans coronam lauream tenet dextrâ, globum crucigerum ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONOB. *Regius. Farneſianus.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGVSTORVM A COMOB. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ, ad latus. *MB.*

(1) Nummus hic ob capitum epigraphen & typum rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo, apud quem non extant cæteri nummi ex auro, quibus notam (*MB*) non ſubjunximus. Juſtinianum, cum publicam rem diù adminiſtraſſet, & anno 525. Cæſareâ dignitate auctus eſſet, Auguſtum denique nuncupatum anno 527. Kalendis Aprilis fuiſſe, Juſtinum verò eodem anno Kalendis Auguſti vita exceſſiſſe tradunt Scriptores : ita ſumma poteſtas quatuor menſibus penes Juſtinum & Juſtinianum fuit: intrà quod tempus haud dubium quin nummus hic cuſus ſit.

(2) Nummus hic ob typum inter rariores recenſendus eſt.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Justini cum diademate ex margaritis, ad pectus cum veste peculiari.

Christi monogramma inter duas stellas in coronâ. *Brandenburg.*

DN IVSTINVS AVG.

Christi monogramma cum duabus stellis in medio nummo. *MB.*

DN IVSTINVS P AVG. Caput Justini coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento.

DN ATHALARICVS. (1) in coronâ. *Fauvel.*

DN IVSTINVS P F AVG. Caput Justini radiatum, ad pectus cum paludamento.

Epigraphe exesa. Crux in mediâ nummi areâ. *Fouc.*

DN IVSTINVS P P AVG. Caput Justini cum diademate ex margaritis, ad pectus cum veste peculiari.

Monogramma CN. in coronâ. *Brandenburg. Alletti.*

DN IVSTINVS AVG.

Monogramma C. N. in coronâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Justini cum diademate ex unionibus, ad pectus cum paludamento.

Monogramma constans è literis R-D. S. O. (2) cum cruce suprà, in coronâ. *Regius. Fontaine, Quin. Ducang. MB.*

Eadem epigraphe.

Monogramma hoc, R-I-D. cum cruce suprà, & infrà, in medio nummo. *MB.*

Eadem epigraphe.

Monogramma hoc, R S D. cum cruce suprà, in laureâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Justini coronâ ex margaritis cinctum, ad pectus cum loricâ.

Monogramma constans è literis R-D. S. O. (3) cum cruce suprà, in coronâ. *Brandenburg.*

DN IVSTINVS P F AVG. Justinus capite galeato, & coronâ ex margaritis & gemmis ornato, ad pectus cum loricâ à fronte, spiculum gestat dextrâ humero dextro, clypeum verò sinistrâ.

VICTORIA AVGGG. Victoria tunicata & succincta vultu dextrorsum converso stans, crucem longiorem tenet dextrâ, tunicam verò sustollit sinistrâ : à dextris in areâ stella : in imâ parte CONOB. *Fouc. Nummus auro & argento mixtus.*

Eadem epigraphe. Caput Justini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

VICTORIA AVGVSTORVM. (4) Victoria sedens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum sinistrâ : in imâ parte CONOB. *RE.*

(1) Nummus hic rarissimus, imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo. Athalaricus Gothis in Italiâ imperitare cœpit anno 526. mense Augusto: sequenti anno Kal. Augusti Justinus extinctus est.

(2) Monogramma hoc esse Theodorici Italiæ Regis jam monuimus in Anastasio. Nummum hunc Cl. Ducangius ad Justinum Jun. referebat : quam rectè, nemo non videt.

(3) Quin ab hoc monogrammate diversa non sint ea, quæ Mediobarbus suprà exhibet, nullus dubito.

(4) Nummi hi duo ex argento inter rariores recensendi sunt, & desiderantur in Mediobarbo.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN IVSTINVS P P AVG. Caput Justini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

ANNO PRIMO. (1) & in medio nummo XP. *RE.*

DN IVSTINVS PP AG. (sic) Caput Justini ut suprà, cum cruciculâ in medio pectore.

M. magnum cum cruciculâ suprà : altera à sinistris, à dextris stella. *Frad.*

DN IVSTINVS P AVG. Caput Justini ut suprà, absque cruciculâ.

M. magnum cum cruciculâ suprà, & ad latera : in imâ parte COM. *Bau.*

Alius cum CON. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Justini ut suprà.

M. magnum cum cruciculâ suprà, & stellâ ad latera, & inter crura B. in imâ parte CON. *Bau.*

Alius cum Є. inter crura, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

DN IVSTINVS P F AVG. Caput Justini ut suprà.

M. magnum, cum cruciculâ suprà, & stellâ ad latera : in imâ parte THESSAL. *Ba.*

(1) Nummus hic rarus est, & desideratur in Mediobarbo.

## NUMISMATA Æ. II.

DN IVSTINVS A. —— Caput Justini coronâ gemmatâ cinctum, à fronte, ad pectus cum cruce in pectoris medio.

FLVRENS SEMPER. (1) (sic) Figura militaris sinistrorsum conversa stans, hastæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi positum tenet sinistrâ. *Fouc.*

DN IVSTINVS PP AVCI. (sic) Caput Justini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura B. ad latera crucicula: in imâ parte ANT. *Fouc.*

DN IVSTINVS PP AVC S. (sic) Caput Justini ut suprà.

M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura Δ. ad latus dextrum stella, ad sinistrum ϐ. in imâ parte ANTIX. *Fouc.*

DN IVSTINVS PP VII. (sic) Caput Justini ut suprà.

M. magnum in medio nummo cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura Γ. ad latera stella: in imâ parte CON. *Fouc.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Justini ut suprà.

M. magnum, typo & literis ut suprà. *Regius.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Justini ut suprà.

M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura I. ad latera ✠. in imâ parte NIKΓ. *Regius.*

(1) Epigraphe nova, quæ in Baduela deinde occurrit, & quidem rectiùs quàm hîc scripta, FLOREAS SEMPER. Qui nummos Anastasii viderit, in quibus Baduelæ Regis mentio fit, ac præterea eandem in Justino Seniore, & Baduela epigraphen repererit, quæ nusquam occurrit in aliorum Principum nummis: hinc fortasse colliget, Baduelam quendam Gothis imperitare cœpisse sub Anastasio, Justinianoque imperante (nam in ejus etiam nummis Baduelæ mentio fit) vivere desiisse: simul contendet Jornandem in errorem impegisse, cum Baduelam pro Totila obtrudit. Vide suprà nummos Anastasii argenteos. Nummus hic rarissimus, imò singularis est, & desideratur in Mediobarbo.

## NUMISMATA Æ. III.

DN IVSTINVS PP VI. (sic) Justinus cum stemmate cristato à fronte, dextrâ tenet globum crucigerum, sinistrâ clypeum in quo eques.

ANNO I. (1) K magno intermedio cum cruciculâ suprà: in imâ parte TES. *Regius. Ducang.*

DN IVSTINVS PP AV... Justinus cum coronâ gemmatâ, à fronte ad pectus, dextrâ quiddam ignotum tenet: à sinistris in areâ crux.

ANNO II. Cippus cum cruce: à sinistris stellæ duæ: in imâ parte THЄVP. *Fouc.*

DN IVSTINVS PP VI. (sic) Justinus cum stemmate cristato à fronte, dextrâ tenet globum crucigerum, sinistrâ clypeum in quo eques.

ANNO X. K. magno intermedio: in imâ parte CON. *Ducang. Alletti.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Justini coronâ gemmatâ cinctum, ad humeros cum paludamento, sinistrorsum.

Christi monogramma in medio nummo: à dextris in areâ A. à sinistris Є. *Fouc. Frad. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

Э. cum figurâ muliebri sedente à sinistris dextrorsum. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

Є. cum cruce in medio nummo. *Fouc.*

DN IVSTINVS P F AVG. Caput Justini ut suprà.

Є. cum cruce in medio nummo. *Frad.*

DN IVSTINVS PP VI. (sic) Justinus cum stemmate cristato à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ tenet globum crucigerum, sinistrâ clypeum in quo eques.

I. magnum, cum stellâ hinc & inde, in coronâ querceâ. *Bau. Ducang.*

DN IVSTINVS PP AVG. Caput Justini coronâ gemmatâ cinctum, ad pectus cum paludamento, sinistrorsum.

V. magnum in coronâ. *Frad.*

DN IVSTINVS P AVG. Caput Justini ut suprà.

V. magnum, cum stellâ hinc & inde, in coronâ. *Bau.*

(1) Nummus hic, & sequentes, in quibus anni notà scripta est, rari sunt.

## NUMISMATA ÆREA
*incerti moduli.*


DN IVSTINVS PP AVG. AN IIII.
DN IVSTINVS P F AVG V.
DN IVSTINVS PFAVG ANNO VI.
DN FL ANIC IVSTINVS P AVG ANNO VII.
DN FL IVSTINVS PP ANNO VIII. (1)
DN IVSTINVS P F A. Duæ figuræ sedentes.
ANNO G M. NIKO. Cum cruce.
DN IVSTINVS PP AVG.
ANNO X. in medio nummo M. magnum, inter cujus crura B. in imâ parte NIKO.
..............
ΓΕ. in mediio nummo.
DN IVSTINVS PP AVG.
M. magnum cum cruciculâ suprà, & stellis ad latera, in medio nummo.
Eadem epigraphe.
M. magnum in medio nummo, cum cruciculâ suprà, & ad latus sinistrum, ad dextrum stella, & inter crura A.
DN IVSTINVS P F AVG.
M. magnum in medio nummo cum crucicula suprà & ad latera: in imâ parte ANTX.
DN IVSTINVS PP AVG.
M. magnum in medio nummo, cum crucicula suprà: in imâ parte CON.
DN IVSTINVS P F AVG.
M. magnum in medio nummo cum cruciculâ suprà, & ad latus sinistrum, ad dextrum stella, & in imâ parte NIKM.
.............
VICTOR... Imperator stans crucem tenens.

(1) Hos nummos omnes Mediobarbus ex Occone exscripsit, Occo è Goltzio, qui annorum notas tantum in aversâ parte occurrentes descripsit, cæteris omissis, ut ad nummos aureos suprà monuimus.



# EUFEMIA.

ÆLIA MARCIANA EUFEMIA, si Procopium audis, barbaris parentibus nata, mancipium Justini fuit, ante quàm conjux; cæteri Scriptores Lupicinam appellant, ac nomen mutasse tradunt, cum maritus ad Imperium pervenit: matrimonium ejus infœcundum fuit; marito adhuc superstite fatum implevisse videtur; sed incertum quo anno.




## NUMISMATA AUREA.

DN AEL EVPHEMIA .... *MB.*
DN AEL MARC EVFEMIAE P F AVG. Caput Eufemiæ margaritis ornatum, ad pectus cum stolâ.
VICTORIA AVGGG. Victoria stans dextrâ tenet crucem longiorem, sinistrâ stolam colligit: à sinistris in areâ stella: in imâ parte COMOB. *RE.*
DN AEL MARC EVFEMIAE PP AVG. Caput Eufemiæ ut suprà.
VICTORIA AVGGG. (1) Typus ut suprà cum stellâ à sinistris in areâ: in imâ parte CORMOB. *Ducang. MB.*

(1) Nummi Eufemiæ rarissimi sunt: sed videndum num ad Justini uxorem pertineant; cum enim eâdem fermè, hoc est Leonis ætate altera Euphemia fuerit Marciani filia, Anthemii conjux, probabilissimum est eam Marcianam vocatam, Augustæque titulo ornatam fuisse; quamobrem si quis ei nummos hosce tribuere voluerit, me in sententiam ejus libentissimè iturum esse profiteor.

# HILDERICUS.

HILDERICUS Vandalorum Rex in Africâ locum ſibi hîc vindicat, quia aliquot ejus nummi ad ætatem noſtram pervenere; præterea materno genere Romanus fuit, quippe Hunerico & Eudociâ Plac. Valentiniani filiâ natus. Anno 423. die Maii 25. Thraſamundo patrueli ſucceſſit, ſtatimque Africæ Præſules Catholicos in eas ſedes, unde ejecti erant reſtituit; atque ita annos ſeptem ac menſes tres regnavit, ut omnibus in amore eſſet. Pacem cum Romanis coluit, adeoque arctiſſimo amicitiæ vinculo conjunctus cum Juſtiniano fertur. Regno dejectus menſe Auguſto anni 530. à Gelimere, & in carcerem conjectus, poſt biennium ejus juſſu interfectus eſt, cum Romani Africam armis repeterent.



## *NUMISMATA ARGENTEA.*


DN HILDERICVS REX. Caput imberbe diadematum, ad pectus cum paludamento.

FELIX CART. Figura muliebris ſtans, ambabus manibus ſpicas frumentarias tenens. *MB.*

DN HILDERIK REX. (ſic) Caput Hilderici ut ſuprà.

FELIX KART. Typus ut ſuprà. *RE. Ducang. MB.*

(1) Nummi Hilderici rariſſimi ſunt: de hac epigraphe, & de Carthagine non uno loco diximus.



# JUSTINIANUS.

JUSTINIANUS Justini sororis filius, Imperator ab avunculo factus Kalendis Aprilis anni 527. huic fatis functo Kal. Augusti successit. Bellum adversus Persas susceptum à Justino fuerat in Lazorum gratiam; quorum Rex Tzathius Christianis sacris susceptis, fœdus cum Romanis inierat: hoc bellum variis cladibus tractum est ad annum 532. quo pax eâ lege facta est, ut bellum in Lazicâ interim gereretur. Eodem anno atrox seditio Justinianum adorta est: Hypatius, Pompeius & Probus Anastasii Imp. nepotes hanc moverunt, ac per dies quinque urbem Regiam ferro atque igni depopulati sunt: sed Belisarii & Narsetis operâ repressi, & capti die 19. Januarii ante fores Palatii, quod Justinianus munierat, rebellionis pœnam capite luerunt; plebs verò quæ iis favebat disjecta, ac triginta hominum millia ad minimum cæsa feruntur. Sequenti anno, Christi 533. Vandalicum bellum in Africâ susceptum est. Vandalis regnabat Gelimer, conjecto in carcerem Hilderico Rege, cui summa cum Justiniano familiaritas intercesserat. Hunc maximis cladibus afflictum, ac denique Carthagine obsessum vivum cepit Belisarius Justiniani Dux, & Constantinopolim adduxit anno sequenti; atque ita nullo fermè negotio extinctum est Vandalorum Regnum: sed bella deinde cum Mauris assidua fuere, ibique Justiniani Duces duo cæsi, Salomon & Areobindas; Mauros tamen anno 551. debellatos produnt Scriptores. Vandalicum bellum excepit Gothicum, quod ad annum 553. perduravit. Athalarico Gothorum Rege immaturâ morte prærepto, sceptrum ejus mater Amalasuntha transtulerat in Theodahatum consobrinum, à quo haud multo post interfecta est. Hujus nece graviter commotus Justinianus, Belisarium jussit Siciliam invadere, eaque primo belli anno, Christi 535. in Romanorum potestatem universa rediit: sed sub ingressum Belisarii in Italiam, Witigem in Theodahati locum Gothi substituerunt; eoque Duce bellum anceps & varium diù gesserunt. Miserrima eâ ætate Romanæ urbis rerum olim Dominæ conditio fuit, quæ recepta à Belisario anno 536. deinde à Gothis annum unum ac dies novem obsessa est: sed Witiges anno 540. Ravennæ captus, & Constantinopolim perductus est. Haud omittendum videtur; quod apud Procopium reperimus; sub initium belli Theodahatum ad conciliandos sibi Francos, eâ Galliæ parte, quam Gothi tenuerant, iis cessisse, idque ratum habuisse Witigem, & Gothorum præsidia inde deduxisse: quamobrem extremo Witigis anno, Christi 539. cum is Ravennæ obsideretur, Theodebertus Francorum Rex in Italiam irrupit cum centum millibus armatorum, atque ab Romanis fusus, grassante insuper morbo, recessit. Affecto Gothico bello, Persicum redintegratum est anno 540. cum ad pacem violandam Chosroëm Persarum Regem perpulisset Witiges, missis ad eum duobus Liguribus Sacerdotibus: quamobrem in eum missus est Belisarius, ac denique quinquennales induciæ anno circiter 545. instauratæ sunt: sed interea Gothorum Rex creatus Ildibaldus, deinde Eraricus, ac postremo Totilas Baduela, qui collapsam in Italiâ Gothicam rem restituit, ac sæpiùs fusis Romanis Ducibus, Romam ipsam recepit

recepit anno 546. die 17. Decembris, mœnia ejus evertit, Romanosque in Campaniam captivos abduxit. Tum belli administratio iterum commissa Belisario & Joanni, qui Romam instaurarunt, victoresque Gothos fortissimè represserunt: sed cum ille in Persidem rediisset anno 549. Roma à Totila rursus capta, ac munimentis firmata est, ne in Justiniani potestatem rediret. Tandem anno 552. Narses spado, genere Persa, Dux egregius, Totilam acie vicit, eoque à suis obtruncato Theiam, in quo Gothorum in Italiâ Regnum desiit anno 553. Biennió antea Sclavi ad Hadrianopolim victores, mox ingenti clade prostrati fuerant. Gothici belli reliquias collegit Theodebaldus Theodeberti filius, ac Bucellinum & Leutharim Duces in Italiam misit: sed illum Narses ad Casilinum fluvium fudit anno 455. eoque prælio cæsa cum Bucellino triginta fermè hominum millia: Leutharis verò cum vastatâ Italiâ in Venetiam ultrà Padum se recepisset, magnâ prædæ & copiarum parte amissâ in furorem incidit, ac deinde miserabiliter interiit. Interea bellum cum Persis gerebatur vario eventu, ita tamen ut Romani propiores victis fuerint, cum quinquennalibus induciis anno 551. factis, tributum Persis pendere coacti sint. Regnabat in Lazicâ Gubazes Romanorum amicus & socius, qui Justiniani Ducibus invisus, quod eorum ignaviam apud Imperatorem accusasset, falsoque delatus, & per insidias interemptus est. Ea res Lazorum animos alienavit, & ad Persas adjunxit sub annum Christi 555. sed novum Regem, cui Tzathio nomen, Lazis dedit Justinianus, ac deinde Persæ magno conflictu superati sunt, in quo decem eorum millia cæsa esse Agathias prodit. Secundum hanc victoriam quæstio de Gubazis nece habita est, & in ejus auctores animadversum: mox instauratæ induciæ, donec plenior pax sancita esset, quæ denique in annos septemdecim convenit Christi anno 562. Hac fermè ætate Hunnorum gens funditus deleta est, cum Thraciam aliquandiu perterruisset, adeoque anno Christi 559. Græciam depopulata esset: horum ultimus Princeps fuit Zabergas, qui acceptâ à Justiniano magnâ auri copiâ, cæsus est ab aliis barbaris, dum patriam repeteret. Bulgari quoque Thracias anno 560. invasisse feruntur; sed Belisarii virtute repressos testatur Victor. Variæ etiam seditiones intrà Constantinopolim ortæ feruntur, in quibus describendis immorari non est animus. Fato functus est Justinianus anno 565. die 14. Novembris, extremâ jam ætate, cum paulo antea in Eutychianam hæresim impegisset, prætereaque in alteram quæ Christi carnem etiam ante resurrectionem pati aliquid, aut corrumpi potuisse negabat. Variis moribus, & ex virtutibus ac vitiis temperatum produnt auctores: famam tamen magnam sibi comparavit cùm in bello, quod in pristinam dignitatem Imperium penè restituit, tùm etiam in pace, quod omnium Principum edicta, ac Jurisconsultorum responsa in Codice & Digestis collegit, quibus libris penè universa Romani Imperii scientia continetur; præterea urbem Regiam pulcherrimis ædificiis ornavit, plurimasque urbes aut condidit aut instauravit: sed ejus uxor Theodora plurimum ejus existimationi nocuit. Annos natus erat tres circiter suprà octoginta: imperavit verò à Justini morte annos 39. menses 7. dies 17.



ANNO
XIII
B
NIK
Æ·M·
CON


Æ· M·



ANNO
B
CON


CH·
Æ·M·


ANNO
X
XX
IIII
RAVEN
NA


Æ· II·




AV.



## NUMISMATA AUREA.

DNS VICTORIA. (ſic) Juſtinianus barbatus cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus cum paludamento, globum crucigerum tenet dextrâ.

IVSTI RV PRINPI (1) (ſic) in mediâ areâ crux : à dextris A. in imâ parte CONOB. *Fouc.*

DN IVSTINIAN AVG. Caput Juſtiniani coronâ peculiari ex margaritis redimitum.

Monogramma conſtans è literis T.H.E. D. A. S. O. (2) in coronâ. *Brandenburg.*

DN IVSTINIANVS PPP. (ſic) Juſtinianus cum galeâ criſtatâ à fronte, ad pectus cum paludamento.

N.... CTORPP. (ſic) Victoria tunicata & ſuccincta ſtans à fronte, crucem tenet dextrâ, coronam verò lauream ſiniſtrâ : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte CONO. *Fouc. Nummus minutus.*

DN IVSTINIANVS PP AVG. Juſtinianus cum paludamento, & ſtemmate gemmato ac crucigero, dextrâ globum crucigerum tenet.

VICTOR AVGVST. Crux inſiſtens gradibus : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

DN IVSTINIANS VPPC. (ſic) Caput Juſtiniani coronâ ex margaritis & gemmis cinctum, ad pectus cum paludamento, ſuprà quod crux.

VICTORIA AVGTINI. (ſic) Victoria tunicata & ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ : in imâ parte OINƆ. *M.*

D IVƧTINIANVƷ C. (ſic) Caput Juſtiniani cum diademate ex gemmis, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVƧTI. (ſic) Victoria gradiens dextrâ tenet coronam, lævâ orbem crucigerum : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte CONO. *Regius.*

DN IVSTINIANVS PP AG. (ſic) Caput Juſtiniani cum diademate ex unionibus, & cruciculâ in fronte, alterâ ad pectus.

VICTORIA AVGVSTI. Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ coronam tenet : in imâ parte CONOB. *Ducang. MB.*

DN IVSTINIANVS PP AVG.

VICTORIA AVGG. C. Θ. Victoria alata, dextrâ crucem, ſiniſtrâ globum. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGGG N. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Juſtinianus cum galeâ criſtatâ à fronte, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORIA AVGGG. Victoria ſtans dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ globum : à dextris in areâ ſtella : in imâ parte COMOB. *M.*

DN IVSTINIANVS PF AVG.

VICTORIA AVGGG A. Victoria ſtans, dextrâ crucem. *MB.*

(1) Eum nummum Ducangius ad Conſtantem Heraclii nepotem retulit: ſed vide infrà nummos ex Æ. 2. Nummi Heraclii ex ære maximæ formæ rari.

## NUMISMATA Æ. II.

DN ERACLIO CON . . . . Heraclii & Conſtantini ejus filii capita nuda à fronte, ad pectus cum trabeâ: ſuprà utriuſque caput in mediâ nummi areâ crux.

ANNO . . . . M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura A. in imâ parte ALEξAN. *Fouc.*

DN HRACL. (ſic) Imperator paludatus à fronte, dextrâ tenet globum crucigerum.

ANNO II. M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura Є. in imâ parte CON. *Ducang.*

DD NN ЄRACLIVS ЄRA CON. Duæ figuræ Imperatorum palliatæ ſtantes, dextrâ tenent globum crucigerum; quæ à dextris eſt altior.

ANNO III. (1) M. magno intermedio, cum A. infrà inter crura: in imâ parte CON. *Ducang.*

DN HERACL . . . . . Heraclius cum ſtemmate criſtato, dextrâ globum crucigerum tenet, ſiniſtrâ ſceptrum, ut videtur.

ANNO IIIII. M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura Є. in imâ parte CON. *Regius.*

DD NN HЄRACLIVS ЄT HERA CON PP A. Duæ Imperatorum protomæ, & quæ à dextris eſt, Auguſtæ: media habitu Conſulari, ſeu cum loro; cum tribus cruciculis ſuprà ſingula capita.

ANNO VIII. M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura A. in imâ parte RA. *Ducang.*

DD NN HERACLIVS HERA CONS P F A. Imperatorum capita & tertium Auguſtæ, ut ſuprà, cum cruciculis in vertice.

ANNO VIII. (2) typo & literis ut ſuprà. *Regius.*

DN HЄRA ЄT ЄRA CONS PP. Duo Imperatores ſtantes cum ſtemmate crucigero: qui à dextris eſt altior, dextrâ tenet crucem oblongam, ſiniſtrâ elatâ; qui à ſiniſtris, dextrâ geſtat globum crucigerum, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ.

ANNO XII. M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura T. in imâ parte CON. *Brandenburg.*

DD NN HERACLIVS HERA CONS P F A. Imperatorum capita, & tertium Auguſtæ, cum cruciculis in vertice.

ANNO XVI. M. magno intermedio, cum A. infrà inter crura: in imâ parte RAV. *Regius.*

DD NN HЄRACLIVS ЄT HЄRA CON PP A. Tria capita ut ſuprà, cum tribus cruciculis in vertice.

ANNO XVI. M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà in imâ parte RAV. *Ducang.*

Sine epigraphe. Tres Imperatores ſtantes, dextrâ tenentes globum crucigerum: ſuprà capita Imperatorum, qui medii latera obſident, crucicula.

ANNO XЧII. M. magno intermedio, cum Chriſti monogrammate ſuprà inter duas cruciculas: in imâ parte KΥΠΡ. *Regius. Ducang.*

Sine epigraphe, cum eodem typo.

ANNO XX. (3) M. magno intermedio: ſuprà monogramma hoc ☧. infrà inter crura A. in imâ parte RAV. *Regius. Ducang.*

(1) Ex hoc nummo intelligitur, rectè proditum eſſe à Scriptoribus, Heraclium Conſtantinum Imperatorem à patre appellatum eſſe anno 613. ineunte; tum enim Heraclius tertium Imperii annum numerabat, à die 6. Octobris anni 612.

(2) Ad annum Heraclii nonum pertinet ſequens Inſcriptio, quam Pagius exhibet anno Chriſti 618.

DEPOSITVS DIE QVARTA DECIM AVGVSTI IND. SEPTIMA
ET EIVS FILIVS THEODORIC. . . . VIXIT M. VII. DEPOSITVS
IDVS OCTOBRIS IMPP. DD. NN. PIISSIMIS AVGG HE-
RACLIO ANNO NONO. P.C. EIVSDEM DN. ANNO OCTAVO.
ATQVE HERACLIO CONSTANTINO NOVO FILIO IPSIVS ANNO
SEPTIMO INDICT. SEPTIMA.

(3) Nummos hoſce duos, præterea alios duos ex Æ. 3. & unum ex Æ. M. cum annorum notis, necnon tres ex auro, in quibus pariter tres Auguſti ſimul ſtantes exhibentur, Cl. Ducangius ad Conſtantem retulit, peſſimo conſilio: primùm enim annis Imperii XIII. & XVII. unum Imperii Collegam habuit Conſtantinum, qui deinde Pogonatus dictus eſt: contra anno XX. tres habuit, cum ante biennium filios duos Heraclium & Tiberium Auguſtâ dignitate cohoneſtaſſet. Hic eſt igitur Heraclius ipſe cum filiis duobus, Heraclio

DD NN HERACLIVS ET HERA CONST. Duo Imperatores, quorum qui à dextris est altior, sedentes, cum stemmatibus crucigeris, dextrâ tenent globum crucigerum: inter utriusque caput crucicula.

DEVS ADIVTA ROMANIS. Crux pedata, globo & gradibus insistens in medio nummo. *Ducang.*

DN HERACLIVS ET ERA CONST P F A. Typus ut suprà.

DEVS ADIVTA ROMANIS. (1) Crux globo & gradibus insistens in medio nummo. *Regius.*

Constantino, & altero quodam; cum enim variis annis liberos è Martina altera conjuge susceptos Augustos creasset, horum mentionem facere supersederunt Scriptores, quòd patre adhuc vivo fatis functi sint, Augusti quidem, sed nomine tenus.

(1) Nummi cum hac epigraphe rarissimi sunt.

## *NUMISMATA Æ. III.*

DDD NNN AAA VVV CCC. Tres Imperatores: suprà crucicula.

AC SOL.... (1) Figura muliebris stans, dextrâ bilancem, sinistrâ cornucopiæ tenet: à sinistris in areâ stella: in imâ parte CONS. *Regius.*

Sine epigraphe. Tres Imperatores stantes cum stemmatibus crucigeris, singuli globum crucigerum dextrâ tenent.

ANN. infrà M. magnum, cum monogrammate literarum RH. à dextris, & stellâ à sinistris; infrà inter crura O. in imâ parte CON. *Regius. Ducang.*

DN HERACLIVS PP AVG. Caput Heraclii cum coronâ ex margaritis, ad pectus cum paludamento.

ANNO II. I. magno intermedio cum cruciculâ suprà: in imâ parte TES. *Bau.*

Sine epigraphe. Tres Imperatores palliati cum stemmatibus crucigeris, singuli globum crucigerum dextrâ tenent.

ANNO XIII. (2) M. magno intermedio, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura Γ. in imâ parte CON. *Ducang.*

DDN HER IA. (sic) Duæ Imperatorum protomæ cum stemmatibus crucigeris; tertia quæ à dextris est, Augustæ.

H K. (3) simul juncta in medio nummo; suprà XX. infrà RAV. *Ducang.*

DN ERACLI ET ERA CON. Duo Imperatores cum stemmate crucigero sedentes, dextrâ globum crucigerum; qui à dextris est altior: inter utriusque caput crucicula.

INDICTIONE ΤIII. Crux globo insistens in medio nummo: in imâ parte XX. *Ducang.*

DN ERACLI.... Duo Imperatores sedentes, dextrâ tenent globum crucigerum.

INDICTIONΕΤIII. (4) Crux globo insistens in medio nummo: in imâ parte XX. *Regius.*

Sine epigraphe. Duo Imperatores stantes cum stemmatibus crucigeris, quorum alter crucem longiorem, alter globum crucigerum tenet.

M. magnum cum monogrammate literarum TKω. suprà, inter duas figuras Imperatorum: in imâ parte SC. *Regius.*

DN ERACLIO PP AVG. Heraclius ad pectus, globum crucigerum tenet dextrâ.

XX. cum cruciculâ suprà in circulo: à dextris stella, à sinistris E. in imâ parte KRTS. *Fouc.*

DN ERAKLIO PP AV. Heraclius cum stemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum.

X. X. cum cruciculâ suprà: à dextris stella, à sinistris E. in medio nummo: in imâ parte KRTS. *Regius.*

DD NN HERACLIVS ET HERA CONST PP AVG. Duo capita Imperatorum, quorum alterum viri, alterum pueri cum stemmatibus crucigeris: suprà inter utriusque caput crucicula.

X X. stellâ intermediâ in medio nummo: in imâ parte RAV. *Ducang.*

DN HERACLIVS ET HERA RA. Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utriusque caput.

(1) Nummum hunc rarissimum, qui in Mediobarbo desideratur, inter Heraclii nummos describimus, non nostrum, sed ejus qui illum in Regium thesaurum intulit, judicium secuti; nam cujus Imperatoris sit haud proclive est affirmare; præterea aversa pars, in quâ Æquitas depicta est, hujus ætatis nequaquam videtur.

(2) De eo nummo, & superiori in quo tres stant Imperatores nonnulla monuimus ad nummos Æ. 2. quod utrumque Ducangius ad Constantem retulerit.

(3) Monogramma hoc est Heraclii, perinde atque in Foca ΦΚ. monogramma Focæ est: nummus hic rarissimus est.

(4) Nummi hujusmodi cusi sunt anno 621. exeunte, vel ineunte sequenti; ac tum primum hæc epigraphe in nummis occurrit: antea enim Indictionis in imâ tantum nummorum parte mentio fit, & quidem in uno Mauricio.

X X.

X X. ſtellâ intermediâ in medio nummo: in imâ parte RAV. *Regius.*

DN HERACLIO AVG. Duo capita Imperatorum, alterum viri, alterum pueri, cum ſtemmatibus abſque cruce.

XX. in medio nummo: in imâ parte ROM. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

X X. cum cruce ſuprà, in coronâ laureâ: in imâ parte ROM. *Fouc.*

DN GRACLIO AVG. Capita duo Imperatorum ut ſuprà, cum ſtemmatibus crucigeris.

X X. in medio nummo, cum ſtellâ ſuprà: in imâ parte ROM. *Ducang. Ban.*

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

DN HERACLIVS PP AVG.

ANNO I. in medio nummo M. magnum: in imâ parte IO.

DN HERACL PERP AVG. Caput cum buſto, dextrâ globum crucigerum.

ANNO I. in medio nummo M. magnum cum cruciculâ ſuprà, & Δ. inter crura. in imâ parte CON.

DN HERACL PERP AVG.

XXI. in medio nummo: in imâ parte TES.

## EUDOCIA.

FLAVIA vel FABIA EUDOCIA, Rogati nobilis Afri filia, Heraclio nupſit anno 610. menſe Octobri, eique Eudociam anno 611. 20. Aprilis, Heraclium Conſtantinum ſequente anno die Maii tertiâ peperit; ipſa eodem anno die 14. Auguſti immaturâ morte prærepta eſt.

## MARTINA.

MARTINA Martino & Mariâ Heraclii ſorore nata, avunculo nupſit anno 613. eique liberos decem peperit: mares ſex, Conſtantinum, Flavium, Theodoſium, Heracleonam, Davidem, Marinum; feminas Auguſtinam, Martinam, Febroniam, & quartam cujus nomen intercidit. Poſt Heraclii mortem Martina Imperio præfuit, cum Conſtantino privigno & Heracleona filio; ſed illum veneno, ut quidem creditum eſt, brevi ſuſtulit, ipſa non multo poſt Imperio dejecta, truncatâ linguâ, in exilium ejecta eſt.

## HERACLIUS II.

HERACLIUS CONSTANTINUS, Heraclii Imp. & Eudociæ filius, natus eſt anno 612. die 3. Maii, ſequenti die 22. Januarii Auguſtus appellatus eſt. Heraclio anno 641. die 11. Februarii mortuo, Imperium Heraclius Conſtantinus adminiſtravit unà cum fratre Heraclio & Martinâ ſocru; ſed poſt centeſimum ac tertium diem, diuturno morbo conflictatus, ut quidem ſcribit Nicephorus, ut verò prodit Theophanes, veneno hauſto, interiit die Maii 25. Uxorem duxerat Gregoriam Nicetæ Patricii filiam cognatam ſuam, è quâ Heraclium Conſtantem & Theodoſium ſuſcepit.

## NUMISMATA Æ. III.

DN ERACLIO KONST. Duo capita Imperatorum cum ſtemmatibus.

XX. (1) in medio nummo : in imâ parte ROM. *Ban.*

DN ERA CONST. Imperator cum ſtemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum.

M. magnum in medio nummo : à ſiniſtris in areâ NЄb. in imâ parte SCIG. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

X. X. in medio nummo, cum cruciculâ ſuprà : à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte KRTS. *Ducang.*

(1) Hi nummi cujus eſſent, non monuit Ducangius, ideoque ad Heraclium ab eo relatos fuiſſe probabile eſt, quippe qui ejus numiſmatibus ſubjuncti ſint : ſed eos ad Heraclium Conſtantinum pertinere vel ipſa capitis epigraphe docet. Nummi Heraclii Conſtantini rariſſimi ſunt ; hic etiam ſingularis ob ejus & Heracleonæ capita.

# HERACLIUS III.

HERACLIUS, vulgò HERACLEONAS, Heraclii Auguſti & Martinæ filius, in Lazicâ ſive Colchide natus eſt anno Chriſti 626. Quinquennis Cæſar creatus, deinde Auguſtus factus, poſtremo ſedecim annos natus ſub tutelâ matris imperium adminiſtrare cœpit die 11. Februarii anni 641. cum Conſtantino fratre ; quo poſt tres circiter menſes Martinæ fraude veneno ſublato, Valentinus quidam bellum civile commovit ; quod ut averteret Heracleonas, Heraclium fratris filium, qui deinde Conſtans dictus eſt, & fratrem Davidem, quem Tiberium appellavit, in communionem Imperii adſcivit circà menſem Septembrem : mox ipſe in ordinem redactus, & narium clade deformis in exilium ejectus eſt, cum ſex fermè menſes à fratris morte imperaſſet.

# TIBERIUS.

TIBERIUS Heraclii & Martinæ filius, Cæſar à patre appellatus eſt anno 640 : anno 641. circà menſem Septembrem Imperialem coronam à CP. Patriarcha accepit ; nec deinde quidquam de eo proditum memoriæ eſt : morbo ſtatim periiſſe, aut in ordinem redactum fuiſſe cum Heracleona fratre probabile eſt.

# CONSTANS.

CONSTANS ſive CONSTANTINUS, Heraclii Conſtantini & Gregoriæ filius, Heraclii nepos, Imperator ab Heracleonâ patruo appellatus eſt anno 641. circà menſem Septembrem, eoque mox in exilium ejecto, Imperium in ſolidum tenuit. Hic in religionis cultu avi quàm patris ſimilior, Monothelitas fovit, & eos qui hæreſi adverſabantur, ſanctiſſimos viros Martinum Papam, Abbatem Maximum, Anaſtaſium utrumque, diris ſup-

pliciis cruciatos in exilium ejecit: quamobrem hujus impietati infensum numen Romanum Imperium à Saracenis lacerari permisit. Capta ab iis Alexandria & universa Ægyptus, cujus veluti accessio Cyprus Insula fuit. Africa quoque tributum iis pendere coacta, cum Gregorium Patricium, qui illic rebellaverat, cecidissent; postremo Constantem ipsum navali prælio vicere anno 654. eodem scil. quo Catholicis infestissimus fuit. Saracenorum victorias parumper interrupere dissidia inter eorum Principes orta, quorum alter Mavias duorum annorum inducias cum Constante pepigit; sed compositis rebus, idem Mavias Africam invasit anno 666. ac deinceps bella assidua Saraceni illic gessere, quibus postremo Romanum nomen in eâ Provinciâ extinctum est. Interea Constantinum filium Constans ad Imperii societatem vocavit anno 654. ac post quinque annos alios filios duos Heraclium & Tiberium Cæsareâ dignitate ornavit; sed eodem tempore fratrem Theodosium, quem sacræ militiæ nomen dare ante aliquot annos jusserat, incertum quâ de causâ, interfecit. Hinc sibi & aliis invisus, cum & fratris imago semper illi ob oculos versaretur, solum sponte mutavit, relictâque Constantinopoli Romam petiit anno 663. Acerrimum deinde bellum cum Langobardis gestum, cujus initia Constanti felicia fuere; sed acie victus, Italiâ quoque excessit, expilatis prius Romæ opibus, & in Siciliam trajecit; ubi cum aliquot annis hæsisset, postremo Syracusis in balneo interfectus est à suis post mensem Septembrem anni 668. vigesimo septimo Imperii anno. Uxoris ejus nomen & genus adhuc latent.

## *NUMISMATA AUREA.*

DN CONSTANS CONSTANTIN. Duo Imperatorum capita, nimirum Constantis cum barbâ promissâ, & Constantini adhuc pueri, utriusque cum stemmate crucigero: inter utriusque caput crucicula suprà.

VICTORIA.... Duo Imperatores stantes cum stemmatibus crucigeris, uterque globum crucigerum dextrâ sustinet, sed qui à sinistris, minor est: hos inter crux gradibus insistens: in imâ parte CONOB. *Farnesianus.*

DN CI..... Duo Imperatorum capita ut suprà: cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVCYZ. (sic) Typus ut suprà, cum CONOB. in imâ parte. *Ducang.*

DЄNI. (sic) Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVCYZ. (sic) Typus ut suprà, cum CONOB. in imâ parte. *Brandenburg.*

DN CONSTANT. Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVGVS. Duo Imperatores ut suprà; hos inter crux globo insistens: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

DN CONSTANTINI S CONSTANTIσ. Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVGVST. Crux insistens gradibus: à sinistris in areâ C. in imâ parte CONOB. *Ducang.*

DN CONSTANTIN... Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVGYΓ. Crux insistens gradibus: à sinistris in areâ ☧. in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

Sine epigraphe. Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVGV H. Crux insistens gradibus: à sinistris Christi monogramma, ut videtur; in imâ parte CONOB. *Farnesianus.*

DN CONSTANTINI S CONSTANTIσ. Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVGY Θ.... Crux insistens gradibus: in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN CONSTANTINVS C CONSTAN. Duo capita Imperatorum ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVGG Δ. Crux insistens gradibus, cum CONOB. in imâ parte. *Fontaine.*

DN CONSTANT. Duo capita Imperato-

rum ut ſuprà, cum cruciculâ inter utrumque.

VICTORIA AVGG. Duo Imperatores ſtantes, cum ſtemmatibus crucigeris, uterque globum crucigerum dextrâ tenet; hos inter crux globo inſiſtens: in imâ parte CONOB. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem typo.

VICTORIA AVGG. Duo Imperatores ut ſuprà, quos inter crux gradibus inſiſtens: à dextris in areâ N. in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN COIN.. ИqP. (ſic) Caput Conſtantis cum galeâ criſtatâ, ad pectus cum loricâ, ſpiculum dextro humero gerentis.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte CONOB. *MMA.*

CONSTANTINVS P F AVG. Imperator cum barbâ promiſſâ & ſtemmate crucigero, ad pectus cum paludamento, dextrâ crucem geſtat.

VICTORIA AVGGG. (1) Crux gradibus inſiſtens: in imâ parte CONOB. *RE.*

(1) Alios nummos aureos in Conſtante hoc exhibent Ducangius & Begerus, illos ſcil. in quibus tres ſtant Imperatores; ſed eos ad Heraclium hujus Principis avum retulimus; nec profecto in alium Principem conveniunt, cum ille unus annis XIII. XVII. & XX. Imperii, qui in ejuſmodi nummis ex ære conſignantur, duos filios Collegas habuerit. Atqui Ducangius nummos omnes in quibus promiſſæ barbæ veſtigia apparent, ad unum Imperatorem referendos eſſe duxit; nec profecto ab eo diſſentimus, ubi effigies eâ ſunt magnitudine, quæ oculorum aciem non fallat, ut in anticis partibus ſuperiorum nummorum; ſed ii, de quibus diſputamus, nummi, in quibus tres ſtant Imperatores, puncta potius quàm effigies exhibent, ideoque tenuiſſima in iis ſunt barbæ veſtigia, ſaltem in nummis ex auro, & ex Æ. 3. nam in Heraclio nummum hujuſmodi ex Æ. 2. exhibuimus, in quo Imperator barbâ quidem latâ, ut in tabulâ videre licet, verum longè diversâ ab eâ quæ in Conſtantis nummis conſpicitur, inſignis eſt. Conſtantis nummi ex auro, eum exhibent plerumque cum Conſtantino filio adhuc juvene ac pœnè puero: iidemque in aversâ parte iterum depicti ſunt; idem typus occurrit infrà in argento, ac præterea alter, in cujus aversâ parte Conſtantinus iterum expreſſus videtur inter fratres duos Heraclium & Tiberium.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

VICTORIA AVGVS. Imperator barbatus cum ſtemmate crucigero, & camelaucio, ut videtur, ad pectus, dextrâ globum crucigerum tenet.

Sine epigraphe. Tres Imperatores palliati, medius cæteris altior, ſinguli cum ſtemmatibus crucigeris, globum crucigerum dextrâ tenent: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

DN CI... Duo capita Imperatorum, nimirum Conſtantis cum barbâ promiſſâ, & Conſtantini adhuc pueri, utriuſque cum ſtemmate crucigero: inter eorum capita crucicula ſuprà.

VICTORIA AVCqZ. (1) Duo Imperatores ſtantes cum ſtemmatibus crucigeris, uterque globum crucigerum dextrâ tenet; hos inter crux gradibus inſiſtens: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

(1) Nummi hujus Imperatoris ex argento cum rarioribus adnumerandi.

## *NUMISMATA Æ. II.*

Sine epigraphe. Duo Imperatores cum ſtemmatibus crucigeris, ſtantes; qui à dextris eſt altior habitu militari, dextrâ haſtam tenet, lævâ ad latus compoſitâ: qui à ſiniſtris palliatus, dextrâ tenet globum crucigerum: inter utriuſque caput crucicula.

ANNO XX. M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura r. in imâ parte H. *Ducang.*

## *NUMISMATA Æ. III.*

Sine epigraphe. Imperator barbatus cum ſtemmate crucigero, dextrâ geſtat globum crucigerum.

ANNO I. I. magno, ſeu columnâ intermediâ, in medio nummo. *Ducang.*

Sine epigraphe. Duo Imperatores ſtantes: qui à dextris eſt, altior, habitu militari, dextrâ haſtam tenens, pede dextro captivum humi ſedentem proculcat: alter paludatus, dextrâ ſuſtinet globum crucigerum.

ANN XXII. M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura Δ. in imâ parte RAV. *Ducang.*

Sine epigraphe. Duo Imperatores ſtantes cum ſtemmatibus crucigeris; qui à dextris eſt altior, habitu militari, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ ad latus compoſitâ: alter

palliatus, dextrâ tenet globum crucigerum: suprà inter utriusque caput crucicula.

ANNO XXI. M. magno intermedio, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura Γ. in imâ parte CON. *Ducang.*

Sine epigraphe cum eodem typo.

ANNO XXII. M. magno intermedio, cum Christi monogrammate suprà, & infrà inter crura Δ. in imâ parte CON. *Ducang.*

Sine epigraphe cum eodem typo.

M. magnum, cum Christi monogrammate suprà, inter duos Imperatores cum stemmatibus crucigeris & globis crucigeris: in imâ parte SCR. *Ducang.*

Sine epigraphe. Imperator cum barbâ prolixâ, dextrâ sustinet globum crucigerum: à dextris in areâ X. à sinistris K.

M. magnum inter duo Imperatorum capita: suprà tertium caput Imperatoris, globum crucigerum tenentis dextrâ. *Ducang.*

Sine epigraphe. Duo capita Imperatorum, alterius barbati, alterius pene pueri; utrumque stemmate crucigero ornatum: hæc inter crucicula.

Sine epigraphe. Duo capita Imperatorum: in medio X. in imâ parte ROM. *Ducang.*

Sine epigraphe cum eodem typo.

Sine epigraphe. Tria Imperatorum capita: in imâ parte M. magnum, cum A. infrà inter crura: à dextris X. à sinistris N. *Ducang.*

# CONSTANTINUS III. POGONATUS.

CONSTANTINUS Constantis filius, Imperator à patre appellatus est mense Aprili anni 654. eoque post mensem Septembrem anni 668. interfecto, Siciliam petiit, & paternam necem acerrimè ultus est. Barbam in eâ expeditione Constantinum nutriisse ferunt, quamobrem eum reducem Constantinopolitani à promissâ barbâ Pogonatum appellarunt, eoque nomine à cæteris Constantinis distinguitur. Imperii initio gravissimis difficultatibus conflictatus est; Saraceni enim non Africam solum, sed etiam Siciliam depopulati sunt; mox Constantinopolim ipsam adorti sunt anno 672. Bellum illic acerrimum fuisse ferunt, cum singulis fermè diebus classes inter se concurrerent: adventante hyeme Saraceni Cyzicum, quam olim ceperant, recesserunt, ac sequenti vere bellum instaurarunt, quod mutuis cladibus tractum est ad annum 678. Interea Saracenos in Phœniciâ premebant Maronitæ, sive ut eos hæretici appellabant, Mardaitæ Libani montis incolæ, quos ferunt perspectâ Imperatorum ignaviâ Principes constituisse, & interdum victos, sæpius tamen victores fuisse. Horum impressionem cum Saraceni ægrè sustinerent; præterea apud Constantinopolim terrâ marique cæsi, Græco etiam igne, quem Callinicus quidam natione Syrus invenerat, ambusti, postremo disjectam tempestate classem amisissent, inducias triginta annorum pepigere anno 678. Eodem tempore pax cum cæteris barbaris qui Thraciæ imminebant, composita est; sed eandem, à Bulgaris, qui tum primum anno 677. impressionem in Romanorum fines fecerunt, tributo annuo Constantinus redimere coactus est. Constitutâ Imperii tranquillitate, Imperator pacandæ Ecclesiæ sedulò incubuit, cum antea unumquemque sectam utram vellet sequi permisisset. Eam in rem totius Ecclesiæ Concilium indixit, Agathone Pontifice, quod anno 680. mense Septembri cœptum, sequenti anno terminatum est. In eo concilio probata quinque priora Concilia generalia, ac decretum est duas in Christo voluntates, ac totidem actiones esse, quot scilicet in eo naturæ sunt; & qui secus docuerant, pro hæreticis damnati sunt. Obiit Constantinus ineunte mense Septembri anni 685. decimo septimo Imperii anno.




## NUMISMATA AUREA.

DN CONSTONS P. Imperator cum ftemmate criftato, dextrâ geftat fpiculum humero dextro, finiftrâ clypeum, cui infculptus eques.

VICT.. VIVIX. Crux infiftens gradibus, inter duos Imperatores paludatos ftantes, cum ftemmate & globo crucigeris: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

DN CONSTANS P.

VICTRV VIVIX. Crux gradibus infiftens inter duos Imperatores: in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN CONSTANTIN P. Imperator cum ftemmate & orbe crucigeris.

VICTOR AVGG IA. Crux gradibus infiftens: in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN CONSTANTINVS PP AV. Caput Conftantini ut fuprà.

VICTORIA AVGЧBI. Crux ut fuprà: à finiftris in areâ ☧. in imâ parte CONOB. *Fontaine.*

P CONSTANVS PTA. (fic) Caput Conftantini cum ftemmate criftato, dextrâ geftat fpiculum ad humerum dextrum, finiftrâ clypeum in quo eques.

VICTORIA AVGЧBA. (fic) Crux gradibus infiftens: in imâ parte CONOA. *Fontaine.*

dn CONSTANTINVS PP AV. Caput Conftantini à fronte cum ftemmate crucigero, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORIA AVGЧΓ. Typus ut fuprà: in imâ parte CONOBI. *Fontaine.*

DN CONSTANЧS P. Conftantinus Pogonatus barbatus cum ftemmate criftato, dextrâ tenet fpiculum ad humerum dextrum, finiftrâ clypeum cui infculptus eques, ad medium pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. Crux gradibus infiftens inter duos Imperatores cum ftemmatibus crucigeris, dextrâ tenentes crucem longiorem: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

DN CONSTANZIN...... Conftantinus Pogonatus cum ftemmate crucigero, dextrâ geftat globum crucigerum.

VICTORIA AVGЧ B. Crux gradibus infiftens in medio nummo: à finiftris in areâ S. in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

DN CONSTANS II II CCOIA. (fic) Imperator cum ftemmate crucigero, dextrâ geftat globum crucigerum, finiftrâ ad pectus compofitâ.

VICTORIA AVGЧ A. Crux gradibus infiftens inter duos Imperatores paludatos ftantes, dextrâ globum crucigerum tenentes: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

DN CONSTAЧS PP. Imperator cum diademate.

VICTORIA AVGG ς. Crux globo infiftens. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG ς. Crux in medio nummo. *Regius.*

DN CONSZNZINЧS PP AЧ. Conftantinus Pogonatus cum ftemmate crucigero, dextrâ geftat orbem crucigerum.

VICTORIA AVGЧ Θ. Crnx infiftens gradibus: ad latus I. in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN CONSTANTINI. Imperator cum ftemmate criftato, dextrâ tenet fpiculum, finiftrâ clypeum.

VICTOR AVGЧ I. Crux infiftens gradibus inter duos Imperatores ftantes cum ftemmatibus & globis crucigeris: in imâ parte CONOB. *Regius.*

DN CONST . TINЧS PP AV. (fic) Imperator cum ftemmate crucigero, dextrâ globum crucigerum tenet, finiftrâ clypeum.

VICTORIA AVGЧS. Crux gradibus infiftens in medio nummo: à finiftris in areâ I. in imâ parte CONOB. *Ducang.*

DN CONSTANTIN...... Duo Imperatores cum ftemmatibus crucigeris, nimirum Conftantinus pater cum filio Juftiniano: fuprà utriufque caput crux.

VICTORIA AVGqI. Crux gradibus insistens inter duos Imperatores stantes cum stemmatibus crucigeris, dextris tenentes globum crucigerum : in imâ parte CONOB. *MMA*.

DN CONSTANTINV P I. (sic) Caput Constantini à fronte cum stemmate cristato, dextrâ gestat spiculum ad humerum dextrum, sinistrâ clypeum.

VICTORIA AVqq ς. Typus ut suprà, cum iisdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

DN CONSTANTINI. Imperator cum stemmate cristato, dextrâ gestat spiculum humero dextro, sinistrâ clypeum, cui insculptus eques.

VICTORA AVGqI... (1) (sic) Crux gradibus insistens inter duos Imperatores paludatos stantes, cum stemmate & globo crucigeris : in imâ parte CONOB. *Ducang.*

(1) Nummi hujus Imperatoris ex argento inter rariores recensendi.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *maximi moduli, vulgò Medaglioni.*

DN CONSTANTINVS P. Constantinus cum stemmate cristato, dextrâ tenet spiculum ad humerum dextrum.

M. magnum, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura B. inter Imperatores duos stantes. (1) *Regius.*

DN CONSTANTINVS P. Imperator cum stemmate cristato, dextrâ spiculum gestat, sinistrâ clypeum cui insculptus eques.

M. magnum cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura Є. inter Imperatores duos paludatos stantes, dextrâ crucem longiorem tenentes. *Ducang.*

(1) Nummi hi maximæ formæ rarissimi.

## *NUMISMATA Æ. III.*

CONSTANTINO VI. (sic) Constantinus Pogonatus cum stemmate crucigero, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet globum crucigerum.

ANNO G.K. magno intermedio : in imâ parte ROM. *Bau.*

CONSTANTINO VICT. Caput Constantini Pogonati ut suprà.

ANNO G. (1) typo ut suprà. *Bau.*

CONSTANTI℞. Imperator cum stemmate insolito, dextrâ gestat globum crucigerum.

Crux in medio nummo, cum stellâ suprà : à dextris in areâ C/X. à sinistris T/X. *Ducang.*

CONSTANTINVS PP A. Imperator cum stemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum.

I. magnum inter duas stellas, in coronâ laureâ. *Ducang.*

CONSTANTINVS. Duæ breviores protomæ Imperatorum, quæ à dextris est altior, juvenis, altera pueri.

XX. in medio nummo : in imâ parte ROM. *Ducang.*

CONSTANTINVS PP A. Imperator cum stemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum.

XX. in medio nummo, cruce oblongâ intermediâ : in imâ parte CRTS. *Ducang.*

CONSTANTINVS P AVG. Constantinus cum stemmate crucigero.

XX. cruciculâ intermediâ, in medio nummo : in imâ parte CRTS. *Regius.*

(1) Nummi hice duo ob capitis epigraphen rarissimi sunt ; & quidem Constantino Pogonato tribuendi potius videntur, quàm Copronymo, quod hujus haud magna Romæ auctoritas fuit.

# ANASTASIA.

ANASTASIA Constantini Pogonati uxor fuit : Augustam fuisse nemo negaverit, tametsi quo anno coronam accepit, incompertum est. Marito liberos duos peperit, Justinianum & Heraclium ; sed hunc admò-

dum juvenem parentes sui amisisse videntur: Justinianus verò patri in Imperio successit, matremque minùs quàm par erat observavit. Huic quoque superstes Anastasia, post ejus cædem ad Blachernarum ædem confugit, & Tiberium nepotem è sicariorum manibus eripere frustrà conata est: nec deinde quidquam de illâ à Scriptoribus memoriæ proditum reperimus.

# JUSTINIANUS II.

JUSTINIANUS Constantini Pogonati & Anastasiæ filius, natus videtur anno 670. post duodecim annos Imperator à patre appellatus est anno 681. eique fatis functo successit anno 685. mense Septembri. Sequenti pacem Saracenis petentibus concessit, cæteroqui non inutilem, cum Cypri, Armeniæ & Iberiæ vectigalium partem recuperaret: sed ex pacto, Mardaitas sive Maronitas unicum Saracenici nominis terrorem, ac robur Imperii de Libano detraxit. Bellum deinde cum Bulgaris ancipiti marte gestum est, & aliquot Sclavorum millibus bello captis sedes in Asiâ assignatæ; sed novis illis subsidiis plus æquo fretus Justinianus, pacem cum Saracenis initam dissolvit, & à Sclavis destitutus, prope partam victoriam turpi fugâ corrupit; ex eo tempore Romanorum fines ab Arabibus impunè vastatos ferunt. In rebus quæ ad religionem pertinebant haud multo melioribus consiliis quàm in civilibus usus Justinianus, conventum Græcorum Præsulum haberi curavit anno 691. in Trullo Palatii parte, in quo conderentur Canones, quos desiderari existimabat in Synodis quintâ & sextâ: quâ de causâ Quinisextam Synodum eam appellari mos est; sed istorum Canonum plerique ineptè perscripti, auctoritate apud nos caruerunt. Postremo cum crudelitatem ac rapacitatem ad temeritatem adderet Justinianus, in populare odium incurrit, & à Leontio Patricio captus, nasoque mutilatus, unde ei RHINOTMETO nomen, Chersonam relegatus est anno 695. nec Imperium recuperare potuit ante annum 705. Interea Leontio successit Tiberius Absimarus; à quo ad necem quæsitus, ad Busirum Chazarorum Principem confugit, filiam ejus Theodoram uxorem duxit, ex eâque Tiberium procreavit; mox certior factus insidias sibi à socero comparari, Bulgarorum fidei se commisit, quorum ope restitutus est anno, ut diximus, 705. Barbarum & immitem hujus Principis animum testatur nefaria vox ex ore ejus excepta, cum in regiam urbem reductus est: exortâ enim tempestate, monenti cuidam, uti votum Deo faceret, si incolumis rediret, se inimicis omnibus parciturum: *miserè hîc peream*, inquit, *si vel uni pepercero*: cujus jurisjurandi fidem tenaciùs quàm par erat servavit; primùm enim Leontium è Monasterio detractum & Absimarum capite plecti jussit, & Callinicum Patriarcham sede dejecit: deinde classe missâ in Chersonitas à quibus insidias sibi factas esse meminerat, omnes ad unum interfecit. Eam porrò classem Octobri mense redeuntem immanis tempestas naufragio demersit, quo tria & septuaginta hominum millia periisse feruntur: verum tantæ cladis securus Justinianus, id ægrè unum tulit, quod in illâ Chersonitarum strage, à cæde parvulorum miles abstinuisset, novamque ad illos jugulandos classem direxit. Cujus tam efferatæ crudelitatis odio commoti principes, Bardanem Philippicum Imperatorem renuntiarunt anno 711. nec multo post Justinianus mense Decembri cæsus est ab

Helia

Helia quodam, cujus liberos impuberes interfecerat, & uxorem coquo ſuo Indo, viro turpiſſimo nuptui per vim tradiderat. Bellum Juſtinianus cum Bulgaris, à quibus reſtitutus fuerat, geſſit anno 708. & ingrati animi pœnas clade ſuorum & ignominia perſolvit. Decem annos primùm, deinde ſex imperavit.

## *NUMISMATA AUREA.*

DN IVSTINIANVS ET TIBERIVS PP.... Juſtinianus à fronte cum ſtemmate crucigero, infrà medium pectus cum paludamento, & Tiberius eodem typo minore, crucem ſuprà gradus poſitam oblongam intermediam uterque tenet dextrâ.

DN IHS CHS REX REGNANTIVM. Chriſtus ad medium pectus, cum cruce ad pectus, dextrâ elatâ benedicentis more, Evangeliorum librum tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

..... IVSTINIANVS MVLTVS AV. (ſic) Caput Juſtiniani cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus cum trabeâ, dextrâ elatâ tenet crucem, ſiniſtrâ globum crucigerum, in quo ſcribitur PAX.

DN IHS CHS REX REGNANTIVM. Chriſti effigies cum libro Evangeliorum. *Fontaine.*

DN IVSTINIANVS ET TIBERIVS PP A. Duæ facies.

DN IHS CHRIST REX REGNANTIVM. Imago Chriſti cum cruce. *Occo.*

DN IVSTINIANVS ET EKY CHRISTIVS CONOB. Figura tenens crucem.

IHS CHRIST. REX REGNANTIVM. (1) Differt à ſuperiore. *Occo.*

DN IVSTINIANVS SERVVS CHRISTI. Imperator cum ſtemmate crucigero, & loro Conſulari ſtans, dextrâ crucem gradibus inſiſtentem tenet: in imâ parte CONOB.

IHS CHRISTVS REX REGNANTIVM. Chriſti protome, ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenentis, dextrâ elatâ. *Ducang.*

DN IVSTINIANVS ET TIBERIVS PP A. Duo Imperatores cum ſtemmatibus crucigeris, crucem gradibus inſiſtentem dextris unà tenentes; qui à dextris eſt major.

IHS XC REX REGNANTIVM. literis inverſis. Chriſti effigies librum Evangeliorum dextrâ tenentis, ſiniſtrâ elatâ benedicentis ritu. *Brandenburg. Fontaine.*

D IVSTINIANVS SERV CHRISTI. B. Imperator ſtans cum ſtemmate crucigero, dextrâ crucem gradibus inſiſtentem tenet: in imâ parte CONOB.

IHS CRISTHS REX REGNANTIVM. Chriſtus ſiniſtrâ labarum tenens. *Regius.*

DN IVSTINIANVS MVLTVS AN. Imperator dextrâ crucem tenens, lævâ orbem crucigerum in quo PAX.

IHS CRISTHS REX REGNANTIVM. (2) Chriſti effigies cum libro Evangeliorum. *Regius.*

DN IVSTINIAN PP A. Imperator cum ſtemmate crucigero, dextrâ tenet orbem crucigerum.

VICTORIA AVGVZ. Crux inſiſtens gradibus: in imâ parte CONOB. *Regius.*

(1) Nummum hunc & ſuperiorem Occo ad Juſtinianum primum retulit, ſed ut nemo neſcit, perperam: ſequentem, tametſi cujus metalli eſſet haud monuit Ducangius, aureum eſſe demonſtrant ſimiles nummi, quos in variis cimeliis reperimus.

(2) Omnia in hiſce nummis nova ſunt: nam tum primum Imperatores *Chriſti ſervi* dicti ſunt, tametſi inter eos fuerint, qui ſe Chriſti ſervos profiterentur, & quidem meliori fide quàm Juſtinianus hic, qui immani crudelitate à Chriſti clementia & φιλανθρωπίᾳ longè aberravit. Tum primum etiam Chriſtus in nummis depictus eſt, nec etiam ante Juſtinianum ea epigraphe, quæ Chriſti effigiem ambit, in nummis conſignata eſt. Denique acclamatio, quam Πολυχρόνιυ vocant, tametſi longè ante Juſtiniani ætatem uſurpata, hac demum in nummis conſpici cœpit. De hac porrò formulâ quædam collegit Ducangius in Diſſert. num. 43. nos hæc tantum exſcribimus, quæ ex Codice mſſ. 2023. Bibliothecæ Regiæ, doctiſſimus vir exhibuit. Ὅπως πολυχρονίζουσι τοὺς βασιλεῖς καὶ τὸν πατριάρχην ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Χριστοῦ Γεννήσεως, καὶ τῶν Φώτων, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Παρασκευῇ. Hic eſt titulus: ſequitur Formula; Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τὴν κραταιὰν καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τὴν θεόστεπτον, θεοπρόβλητον, θεοδόξαστον, κραταιὰν καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Τὸν δεσπότην καὶ ἀρχιερέα ἡμῶν, Κύριε, φυλάττοις εἰς πολλὰ ἔτη, Δέσποτα. Τρεῖς εἰς τὴν τράπεζαν λέλεχθαι οὕτως. Εἰς τὸ πολυχρόνιον ζωὴ, εἰρήνη, ὑγιεία· εὐόδωσον καὶ κατ' ἐχθροὺς νίκην τῶν κραταιῶν καὶ ἁγίων ἡμῶν αὐθέντων καὶ βασιλέων. Εἰς τὸ πολυχρόνιον ζωὴ, ὑγιεία, καὶ σωτηρία τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, &c. A I Juſtinianum hunc pertinet ſequens Inſcriptio, quam Gruterus pag. 1174. mutilam exhibuit, integram Fabrettus pag. 735.

HIC. DEPOSITVS. EST. CEADVAL. QVI. ET. PETRVS. REX
SAXONVM. SVB. DIE. XII. CAL. MAIAR. INDICTIONE
II. QVI. VIXIT. ANNOS. PL. M. XXX. IMPERANTE
DNO. IVSTINIANO. PIISSIMO AVG. ANN. EIVS. CON
SVLATVS. IV. PONTIFICANTE APLICO. VIRO. DOMNO
SERGIO. PP. ANNO SECVNDO.

# THEODORA.

THEODORA Busiri Chazarorum Principis filia, Justiniano exuli nupsit septimo à Christi Incarnatione sæculo exeunte, aut ineunte sequenti: eique Tiberium filium peperit. Cum certior facta esset mariti vitæ patrem insidiari, illum cædi subduxit; Justiniano denique in Imperium restituto, Augusta appellata est anno, ut quidem videtur, 706. Sed de eâ deinde, an marito filiove superstes fuerit, apud Scriptores non memini legere.

# TIBERIUS.

TIBERIUS Justiniani Rhinotmeti, & Theodoræ filius, patre apud socerum Chazarorum Principem exulante Phanagoræ natus est, & quidem post annum 700. ut rerum series suadet. Postquam pater Imperium recepit, Constantinopolim ductus, Augusti titulo cohonestatus est anno 706. Anno 711. obviam honoris causâ missus est Constantino Papæ, quem Justinianus Româ Constantinopolim accersierat: eodemque exeunte Philippici, qui Imperium evaserat, jussu, è templo Blachernarum, quo post patris cædem confugerat, extractus, in eo loco qui Callinicorum dicitur, jugulatus est: corpus in SS. Anargyrorum templo conditum.

# LEONTIUS.

LEONTIUS genere Isaurus, Patricius, Orientalibus copiis à Justiniano II. præfectus, cum deinde in ejus offensionem incurrisset, in carcerem conjectus est, ac post tres annos inde eductus, Græciam regendam accepit: mox ad capessendum Imperium invitatus, Constantinopolim petiit, anno 695. captumque Justinianum, & naso mutilatum Chersonem relegavit. Hujus ætate Africa à Saracenis capta est, cum Hasanus Dux, mulierem quandam nobilem, quæ Romanam rem illic per quinque annos sustinuerat, cecidisset. Illuc tamen missus cum universâ classe Joannes Patricius urbes aliquot, atque in his Carthaginem recepit; sed ingruente hyeme, cum universis Saracenorum viribus se oppugnatum iri comperisset, priores victorias turpi fugâ corrupit. Hinc militum & Ducum seditio orta in Insulâ Cretâ quo appulerat classis, ac denique eo ventum est ut Absimarum Augustum crearent, qui classe Constantinopolim invectus, Leontium in ordinem redegit, & narium clade deformem redditum, in Monasterium Dalmati inclusit. Id porrò anno 698. incertum quo mense accidit; sed post septem annos Justinianus Leontium è Monasterio eductum in Circensibus ludis proculcavit, ac deinde capite plecti jussit.

## *NUMISMATA AUREA.*

DN LEONTIVS PERP AVG. Leontius cum ſtemmate criſtato à fronte, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo Chriſti monogramma.

VICTORIA AVG CONO. (1) Victoria ſtolata ſtans, dextrâ tenet crucem longiorem; à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

DN LEOTIO PERPS AVG. Caput Leontii ut ſuprà, ſed in clypeo inſculptus eques.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, dextrâ tenet longiorem & ſpiſſiorem crucem, ſiniſtrâ ſtolam colligit: in imâ parte ANT. *Ducang. Regius.*

DN LEONTIVS P F AVG. Caput Leontii ut ſuprà.

VICTORIA AVGЧ. Victoria ſtans dextrâ geſtat haſtam in cujus apice Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum crucigerum: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*


DN LEONTIVS PERPET AVG. Caput Leontii ut ſuprà.

VICTORIA AVGVSTORVM. Figura militaris galeata ac paludata ſedens à fronte, vultu ſiniſtrorſum converſo, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum crucigerum: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

(1) Nummum hunc, & eum, qui poſtremum locum tenet, Ducangius cujus metalli eſſent, non monuit: ſed aureos eſſe è literis in imâ parte depictis conſtat. De Leontii nummis hoc monendum eſſe Lectorem ducimus, idem in iis artificium, eoſdem typos, eaſdem Inſcriptiones, quæ in Leonis & Zenonis nummis occurrunt, animadverti; nec illius temporis nummis magis ſimiles eos eſſe, quàm diverſos à cæteris hujus ætatis: quamobrem ſi revera Leontii nummi dicendi ſint, nec ullum in iis falſarii artificium deprehendatur, ei Leontio adſcribendos videri, qui ſub Zenone in Oriente rebellavit, & quatuor fermè annos æquo marte bellum cum eo geſſit. Nummi Leontii rariſſimi ſunt.

# TIBERIUS II. ABSIMARUS.

TIBERIUS ABSIMARUS, quod ei privato nomen fuit, Cyriciotarum Præfectus, Imperator in Cretâ Inſulâ appellatus eſt anno 698. ſtatimque Conſtantinopolim adortus, Leontium cepit, & naſo mutilatum in Dalmati Monaſterium detruſit; ſed Juſtinianum ad Chazaros profugum fruſtra inſidiis petiit. Hujus Imperii anno tertio ducenta Saracenorum millia cæſa à Romanis in Syriâ fuiſſe prodit Theophanes. Septimo anno captus intrà Conſtantinopolim, in quam Juſtinianus per aquæductum irrepſerat, & in carcerem conjectus, mox ejus pedibus proculcatus cum Circenſes ludos ſpectaret, poſtremo capite plexus periit anno 705.




## *NUMISMATA AUREA.*

D TIBERIVS PER. Tiberius cum ſtemmate crucigero à fronte, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum.

VICTRA AVGG. Crux inſiſtens gradibus: ad latus M. in imâ parte CONOB. *Regius.*

D TIBERIVS PP. Tiberius cum ſtemmate crucigero, ad pectus cum loricâ, dextrâ tenet ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum cui inſculptus eques.

VICTORIA AVGG. (1) cum duabus ſtellis, unâ in initio inſcriptionis, alterâ in fine. Crux gradibus inſiſtens in medio nummo: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

D TIBER PE A. Caput Tiberii ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Crux gradibus inſiſtens: in imâ parte CONOB. *Fontaine.*

(1) Nummum hunc, non ad Tiberium Abſimarum, ſed ad Tiberium tertium Conſtantis filium, Conſtantini Pogonati fratrem referebat Erud. Begerus; ſed peſſimo, ut mihi quidem videtur, conſilio, illum enim Tiberium Auguſtum quidem appellatum fuiſſe, ſed ſecundarium tantum, ac nomine tenus Auguſtum fuiſſe conſtat: quamobrem mentio quidem ejus in Actis publicis cum Conſtantino fratre fieri potuit; potuit etiam in nummis fratris depingi; ſed nummos ei cuſos fuiſſe nemo dixerit; non certè magis, quàm ejus fratri Heraclio. Nummi Tiberii inter rariores recenſendi.

# FILEPICUS.

FILEPICUS Bardanes, Armenus, Cherſonem relegatus à Juſtiniano Rhinotmeto, Imperator à Cherſonitis primùm, deinde ab eâ claſſe quam Juſtinianus contrà eum miſerat, appellatus eſt anno 711. ac tum quidem Filepici nomen ſumpſit, cum antea Bardanes vocaretur. Fortè accidit, Juſtinianum de rerum eventu ſollicitum, ad Ponticos fines progreſſum eſſe eo tempore, quo novum Principem claſſis in urbem Regiam tranſportabat; quamobrem eam Filepicus ſine pugnâ invaſit menſe Decembri, ſtatimque Imperium firmavit Juſtiniani, quem ſui deſeruerant, & Tiberii ejus filii cæde. Catholicis iniquiorem fuiſſe, & eorum ſectam, qui unam in Chriſto operationem agnoſcebant, ſecutum eſſe Filepicum; præterea in omni genere & ſcelerum & flagitiorum volutatum eſſe, & opes à Juſtiniano congeſtas diſſipaſſe produnt auctores; quominus tamen ea quæ à SS. Patribus tradita erant, interverteret, per aliquot Præſulum, qui fide non commutatâ, vocabula quædam immutarunt, prudentiam effectum eſt. Filepici Imperio Bulgari Thraciam depopulati, Conſtantinopolim uſque excurrerunt; præterea captæ à Saracenis aliquot urbes, atque in his Medea; ſed fœdum tyrannum veriùs quàm Principem Georgius & Theodorus Patricii per Rufum quemdam Imperio deturbari, ac ne ejus recipiendi ſpes agitaret, oculis orbari curarunt die 3. Junii anni 713. cum menſes circiter ſex ſuprà annum imperaſſet.




## NUMISMATA AUREA.

DN FILЄPICЧS MЧLTЧS AN. Filepicus cum habitu Conſulari, dextrâ globum, lævâ aquilam gerit.

VICTORIA AVG Δ. Crux gradibus inſiſtens. *Regius. MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGЧ B. Typus ut ſuprà. *MMA.*

... FILЄPPICЧS MЧLTЧS AN. Filepicus habitu militari, dextrâ tenet globum crucigerum, ſiniſtrâ ſcipionem cum aquilâ.

VICTORIA AVGЧ B. Crux gradibus inſiſtens: in imâ parte CONOB. *Cham.*

DN FILЄPICVS.... Filepicus cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus cum habitu Conſulari, dextrâ tenet globum

crucigerum, finiſtrâ ſcipionem cum aquilâ.

VICTORIA AVGϤZ. Crux gradibus inſiſtens, cum CONOB. in imâ parte. *Brandenburg.*

DN FILEPICVS MVLTVS AV. (ſic) Caput Filepici ut ſuprà.

VICTORIA AVGϤ Θ. Crux gradibus inſiſtens, cum CONOB. in imâ parte. *Fontaine.*

DN FILЄPICϤS MϤLTI AN. Caput Filepici ut ſuprà.

VICTORIA AVGϤI. Crux gradibus inſiſtens, cum CONOB. in imâ parte. *Regius.*

DN FILIPPICVS MVLTI AN. Caput Filepici ut ſuprà.

VICTORIA AVGVS. Crux gradibus inſiſtens, cum CONOB. in imâ parte. *Ducang.*

DN FILЄPICVS MVLTOC AN. Caput Filepici ut ſuprà.

VICTORIA IVSTA. (1) Crux gradibus inſiſtens, cum CONOB. in imâ parte. *Fouc.*

(1) Epigraphê nova, nummus ipſe rariſſimus, imò ſingularis eſt. In omnibus nummis aut *Filepicus* aut *Fileppicus* legimus, nuſquam *Filippicus* aut *Philippicus.*

## *Numiſmata incerti metalli ac moduli.*

DN PHILIPPICVS PP AVG. Filepicus cum ſtemmate crucigero, dextrâ tenet globum cui inſiſtit aquila.

ANNO GIII. (2) M. magno intermedio, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura A. in imâ parte NIKO. *Ducang.*

(2) De eo nummo viderit Strada, è quo eum expreſſit Ducangius: cum enim capitis epigraphe perperam deſcripta ſit, tùm octavus Imperii annus conſignari non potuit ejus, qui ſeſquiannum imperavit.



# ARTEMIUS ANASTASIUS.

ARTEMIUS ANASTASIUS, Filepico à Secretis, in ejus locum Imperator ſuffectus eſt anno 713. die 4. Junii; pius Princeps, & Catholicarum partium aſſertor; cujus peritiam ac cæteras quæ in ſummâ poteſtate tam raræ, quàm neceſſariæ ſunt, virtutes, hiſtorici commendant. Cum Saracenos Conſtantinopoli ipſi exitium minari audiiſſet, muros refecit, & cætera quæ ad obſidionem ſuſtinendam neceſſaria videbantur, ſummâ diligentiâ comparavit; mox inſtructam claſſem barbaris obviam obſiſtere jubet: verum in ſummâ cæterorum alacritate, Obſequii Thematis copiæ militiam detrectarunt, interfectoque Duce, Theodoſium quemdam tributorum exactorem, ad capeſſendum Imperium invitum ac latitantem adegerunt. Bellum deinde ſex menſibus ad Chryſopolim geſtum fertur, & ita quidem ut ſingulis fermè diebus claſſes inter ſe concurrerent: poſtremo victoria penes Theodoſianos ſtetit, iiſque prodita eſt Conſtantinopolis ineunte anno 716. Quo comperto Anaſtaſius, qui Nicæam in Bithyniâ ſeceſſerat, Imperium abdicavit, ac Theſſalonicam relegatus eſt. De Anaſtaſii annis diſſeritur inter recentiores; ſed Erud. Pagio aſſentior ſcribenti eum annos duos ac novem circiter menſes imperaſſe; ſcilicet uſque ad annum 716. quo de ſummâ rerum deſperavit. Leone imperante ſummam poteſtatem recipere conatus eſt Bulgarorum ope, à quibus eum anno 719. proditum, ac Leonis juſſu interfectum eſſe prodit Theophanes.



## *NUMISMATA AUREA.*

DN ΑΡΤΕΜΙVS (sic) ANASTASIVS MV. Artemius cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORIA AVGVS. (1) Crux jugata in medio nummo: in imâ parte CONOB. *Declesves.*

(1) Hoc in nummo rariſſimo ſcriptum eſſe ΑΡΤΕΜΙVS. conſtat, & ita à ſe lectum in altero nummo huic ſimillimo, quem Anglus quidam eruditus apud ſe ſervat, monuere nonnulli; quod ſcilicet Græcas literas cum Latinis monetarii illius ætatis ſæpè commiſcerent; hic enim P. in ΑΡ. quin ρ. græcum ſit, ut in CONCOΡDI. ſuprà, & in aliis multis, nullus dubito.

# THEODOSIUS III.

THEODOSIUS, Adramyttenus, tributorum in patriâ exactor, ab iis copiis, quæ in Obſequii Themate ſtativa habebant, Imperator appellatus eſt invitus & latitans anno 715. ſequenti ineunte Conſtantinopolim ingreſſus eſt, & coronam à Patriarcha accepit menſe, ut quidem videtur, Februario, cum ejus rei fama Romam Idibus Martii nondum perlata eſſet. Vitiorum immunem magis, quàm ullâ inſigni virtute præditum fuiſſe conſtat; quamobrem cum Saraceni Græciæ & Thraciæ calamitatem inferre pararent, ac Theodoſii imperitia omnibus perſpecta eſſet; ut Imperio ſeſe abdicaret, magnates eum hortari cœpere; & ille quidem non multum reluctatus, quòd eodem tempore Leo Iſaurus qui Orientis copiis præerat, obſequium erga illum exuiſſet, clericorum albo adſcriptus eſt menſe Martio anni 717. una cum filio, cujus nomen adhuc latet: imperium ejus anni unius, & unius aut alterius menſis fuit.



## *NUMISMATA AUREA.*

DN THEODOSIVS AVG. Theodoſius cum ſtemmate criſtato à fronte, ad pectus cum habitu Conſulari, dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORIA... (1) Crux gradibus inſiſtens, cum ſtellâ à ſiniſtris: in imâ parte CONOB. *Fontaine.*

(1) Alterum nummum, qui ad hunc Principem pertinet, exhibuit Mediobarbus è Strada in Theodoſio Mauricii filio: eum illic, ſi lubet, vide. Nummus hic rariſſimus imò ſingularis.

*LEONIS Iſauri, ejuſque familiæ Numiſmata exhibuit Cl. Ducangius in unâ tabellâ, in quâ hæc deprehendimus.*

Num. I. VICTORIA AVGVS. in deſcr. AVGG.
Nummus ſecundus Conſtantini Copronymi eſt, item tertius; at quartus

incertum cujus Leonis, quintus verò Leonis Isauri: ita hîc omnia perturbata & confusa sunt.

Nummum 6. Leoni Chazaro tribuit Ducangius; sed quâ de causâ, non profert.

Num. 7. ET HIPENA M. ita habetur in tabellâ, in descr. verò, ET HIREN AV.




# LEO III. ISAURUS.

LEo, Seleuciæ in Isauriâ natus, obscuro loco, Mesembriam à Justiniano Rhinotmeto transportatus est una cum parentibus; deinde Palatinæ militiæ adscriptus, Spatharii munus obtinuit. Ab Anastasio postmodum Orientis Dux factus, hoc in ordinem redacto, adversus Theodosium rebellavit, Imperatorque ab Amoriensibus appellatus est: postremo cum Theodosius locum ultro cessisset, coronatus est à Regiæ urbis Patriarchâ die 25. Maii anni 517. Hoc anno Pergamus à Saracenis capta est: qui statim ad fauces Abydi classe provecti, Thraciam oppugnarunt, & Constantinopolim ipsam obsederunt; sed viginti fermè horum naves ipso anno succendit Leo; sequenti verò, cum aliquot Ægyptiorum cohortes ad eum defecissent, confirmato animo, Barbaros ultro lacessivit, combustisque plurimis navibus, in fugam conjecit die Augusti decimâ quintâ, scil. tertio decimo mense quàm Constantinopolim appulerant. Saracenorum deinde classem ingenti procellâ dissipatam fuisse produnt auctores. Eâ fermè tempestate, Siculi, cum victoriam de Saracenis relatam famâ nondum percepissent, Basilium quendam Gregorii Onomaguli filium Imperatorem nuncuparunt, eique Tiberii nomen indiderunt; sed literis Imperatoris acceptis, in fidem Leonis Insulâ continuo rediit. Novæ deinde turbæ una cum novâ hæresi tam in Imperio, quàm in Ecclesiâ ortæ anno 726. quo Leo conceptam olim in animo contrà Sacras Imagines impietatem, Judæo usus auctore, protulit: primùm enim Græcia

& Cyclades Insulæ ab eo defecerunt anno 727. & Cosmam quemdam Imperatorem appellarunt: deinde cum capto & capite plexo Thomâ, pacatoque Oriente Catholicos acerrimè exagitaret, æneam Salvatoris imaginem dejicere tentasset, Germanum sanctissimum virum Patriarchatu se abdicare pœnè coëgisset; denique cædibus in Imaginum defensores grassaretur; urbes Italiæ quæ hactenus Imperatoribus suberant, obsequium adversus impium Principem detrectarunt, nequicquam dehortante Gregorio Papâ, quem tamen Græci, & ab iis decepti plerique recentiores, defectionis hujusce auctorem ferunt: deindeque Italia sui juris fuit, cum classis quam adversus rebelles adornaverat Leo, tempestate disjecta in Hadriatico mari periisset. Vehemens anno Leonis ultimo terræmotus extitit, quo Thracia & Bithynia quassatæ, ac præsertim Constantinopoli, Nicomediæ & Nicææ ingens strages edita est: in hac templa præter unum unum omnia corruisse feruntur. Mortuus est Leo ex aquâ intercute, sive intestinorum dolore anno 741. die 18. Junii, cum annos viginti quatuor & tres fermè menses imperasset.

## *NUMISMATA AUREA.*

C NO LЄON PA MЧLS. Caput Leonis, dextrâ orbem crucigerum tenentis, lævâ volumen.

CN CONSTANTINЧ ⊖. Caput Constantini dextrâ orbem crucigerum, lævâ volumen tenentis. *Regius.*

D NO LЄON PA MЧL. Caput Leonis cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus cum paludamento.

DN CONSTANTINVS M. Caput Constantini cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus cum paludamento. *Fontaine.*

LЄON PAP S CONSTAN Θ... Leonis & Constantini capita à fronte, cum stemmatibus crucigeris.

LЄON T.... CONSTANTINOS O NЄOS. Leonis & Constantini capita à fronte cum stemmatibus crucigeris: inter utrumque crucicula. *Regius.*

LЄON PAV CONSTANTINOC NB. Leonis & Constantini capita à fronte cum stemmatibus crucigeris, & vestibus Consularibus: inter utriusque caput crucicula.

LЄO MЧLT ЄT CONSTANTINOS O NЄOS. Leonis & Constantini capita ut suprà, cum cruciculâ inter utrumque. *Fontaine.*

DN LЄO ET CONSTANTINVS P F AVG. Leo & Constantinus infrà medium pectus, crucem geminam una tenent.

TIBI SOLI REX REGNANTIVM. (1) Christus sedens in cathedrâ, dextrâ orbem crucigerum, lævâ codicem Evangeliorum tenet. *Ducang.*

D LEO P AV. Leo cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus cum habitu Consulari, dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORIA. Crux in medio nummo: in imâ parte CONOB. *Fontaine*, *Quin.*

(1) Nummum hunc ex Octavio Strada descripsit Cl. Ducangius, ut ipse monuit, tum ut primum aversæ partis characteres perperam lectos doceret, cum hosce prætulerit IHS XRS, ut habent tum alii nummi passim: tum etiam Leoni Isauro perperam ab eo adscribi, cum infensissimus imaginum hostis Christi figuram in nummis suis neutiquam exarari passus fuerit, licet Crucis imagines Iconoclastæ omnes admiserint. Atqui Leonem Sacris Imaginibus bellum indixisse constat anno 726. Constant num verò Imperatorem appellatum anno 720. pridie Kalendas Aprilis: ita Leonem & Constantinum Christi effigiem aliquandiu in nummis suis expressam passos fuisse probabile est. Nec movet quòd Constantinus in Strada adolescens effingatur, cum septem annos natus esset anno 726. Stradam enim nemo nescit in exprimendis nummis non admodum diligentem aut accuratum fuisse. Veriùs tamen videtur, nummum hunc ad Leonem Philosophum, & ejus filium Constantinum referendum fuisse. Leonis odii in sacras imagines monumentum jam exhibuimus lib. VII. Antiq. CP. Inscriptionem scil. in Porta Chalces positam, quam hîc repræsentare haud pigebit.

ΑΦΩΝΟΝ ΕΙΔΟΣ ΚΑΙ ΠΝΟΗΣ ΕΞΗΡΜΕΝΟΝ
ΧΡΙΣΤΟΝ ΓΡΑΦΕΣΘΑΙ ΜΗ ΦΕΡΩΝ Ο ΔΕΣΠΟΤΗΣ
ΥΛΗ ΓΕΗΡΑ ΤΑΙΣ ΓΡΑΦΑΙΣ ΠΑΤΟΥΜΕΝΗ
ΛΕΩΝ ΣΥΝ ΥΙΩ ΤΩ ΝΕΩ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΩ
ΣΤΑΥΡΟΥ ΧΑΡΑΤΤΕΙ ΤΟΝ ΤΡΙΣΟΛΒΙΟΝ ΤΥΠΟΝ
ΚΑΥΧΗΜΑ ΠΙΣΤΩΝ ΕΝ ΠΥΛΑΙΣ ΑΝΑΚΤΟΡΩΝ.

DN LEON PE A. Leo cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus cum habitu Conſulari, dextrâ ſceptrum cum aquilâ, ſiniſtrâ globum crucigerum tenet.

VICTRA (ſic) AVGq. Crux in medio nummo: in imâ parte CONOBI. *Fontaine.*

ƆN D LЄON PA MqL. Leo cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus cum paludamento, dextrâ globum, lævâ volumen tenet.

VICTORIA AVGqN. Crux gradibus inſiſtens: in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

D LЄONI. Leo cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus cum habitu Conſulari, dextrâ volumen, lævâ globum crucigerum tenet.

VICTORIA AVGqS. (1) Crux gradibus inſiſtens: in imâ parte CONOB. *Ducang.*

(1) Nummum argenteum in quo Leo & Conſtantinus Βασιλεῖς Ῥωμαίων dicuntur, hic exhibet L. Begerus; ſed meo quidem judicio perperam: eum vide in Leone Philoſopho; in quo etiam alterum ex Æ. II quem idem doctiſſimus vir ad hunc Leonem referebat, reperies.

## MARIA.

MARIA Leoni Iſauro adhuc privato nupſit, eique primùm Annam peperit, quæ Artabaſdo nupſit, deinde cum Conſtantinum peperiſſet anno 719. Auguſta appellata eſt, & coronam à Patriarcha accepit die 25. Decembris; ſed deinceps altum eſt de eâ apud Scriptores ſilentium.

## ARTABASDUS.

ARTABASDUS Armeniaci Thematis Dux, quòd conſilia conſociaſſet cum Leone Iſauro, qui obſequium adverſus Theodoſium Principem exuerat, Annæ ejus filiæ conjugio, & Curopalatæ dignitate auctus eſt. Socero menſe Junio anni 741. extincto, adverſus Conſtantinum qui paternæ impietatis hæres non minùs, quàm poteſtatis erat, rebellavit, eoque in fugam conjecto ſacras imagines reſtituit, cum Conſtantinopolim ingreſſus eſſet autumno anni 742. ut quidem nobis videtur. Sequenti anno Nicephorum filium natu majorem Imperatorem creavit, alterum Nicetam præfecit Armeniis, ipſe in Aſiam cum copiis trajecit, captiſque aliquot urbibus, mox à Conſtantino victus, & caſtris exutus menſe Maio, Cyzicum primùm, deinde regiam urbem fugâ petiit. Haud multo benigniorem fortunam poſt duos menſes expertus eſt Nicetas: quamobrem tranſportato in Thraciam exercitu, & Siſinnii Patricii copiis aucto, Conſtantinopolim ipſam Conſtantinus menſe Septembri arctiſſimâ obſidione cinxit, eâque poſt duos menſes potitus eſt, cum iterum Nicetam reparatis viribus opem patri ferentem apud Nicomediam viciſſet: ſed fugâ elapſus Artabaſdus, cum delectus egiſſet Nicææ in Bithyniâ, & ſe cum filiis caſtello Puzantis clauſiſſet, Imperii titulum aliquandiu retinuit; poſtremo tamen capti & Circenſibus ludis ſolemni pompâ traducti, oculis orbati fuere.

## NICEPHORUS.

NICEPHORUS Artabaſdo & Annâ Leonis Iſauri filiâ natus, Imperator à patre appellatus anno 743. ſequenti cum eodem Conſtantini avunculi juſſu oculis orbatus eſt, cum priùs Circenſibus ludis ſolenni pompâ traductus eſſet.

# CONSTANTINUS IV. COPRONYMUS.

CONSTANTINUS Leonis Isauri & Mariæ filius, natus est anno Christi 719. statimque à stercore, quod baptismo infans admotus in lustralem aquam eliserat, *Copronymi* cognomen meruit: ex quo Regiæ urbis Patriarcha Germanus sanctissimus vir, haud vanum illius impietatis omen accepit. Imperator anno sequenti appellatus est die Martii ultimo, atque ubi adolescere cœpit, humanioribus literis operam sedulo dedit, plurimaque ingenii monumenta edidit; sed paternæ impietatis jam tui. æmulus, in populare odium incurrit; quamobrem Leone fatis functo die 18. Junii anni 741. Artabasdum Imperatorem ab Obsequianis militibus nuncupatum Constantinopolitani cives in urbem receperunt; quem tamen Constantinus aliquot prælius victum, ac denique captum excæcavit ineunte, ut videtur, anno 744. cum sub exitum superioris Constantinopolim recepisset. Dira hoc Imperatore pestis ab anno 747. ad triennium producta, & varias Provincias pervagata, Constantinopoli adeo sæviit, ut & locus sepeliendis cadaveribus, & qui ea sepelirent, propè deficerent: sed urbem penè ad vastitatem redactam, Constantinus novis civibus, quos undique acciri jusserat, frequentavit: eodemque tempore navali prælio Saracenos ad Cyprum Insulam per Duces profligavit: mox ipse Melitenem ac Theodosiopolim cepit, & utriusque urbis cives in Thraciam transportavit. Assidua deinde bella cum Bulgaris gesta, quòd pensionem annuam peterent: atque horum superbiam gravissimis cladibus castigatam fuisse auctor est S. Nicephorus eodem anno, quo sæviit hyems immanis, qua mare ipsum ad triginta cubitorum altitudinem in silicis soliditatem induruit, hoc est 763. deinde verò plures de iis victoriæ relatæ sunt, tametsi Sclavos ad octo & ducenta millia sibi adjunxissent; ac præterea Romanorum classis ingenti procellâ disjecta esset: sed cum adversus eosdem exercitum pro more duxisset Constantinus, lethali & ignotâ medicis ægritudine correptus, & in navigium impositus, miserandam efflavit animam die 14. Septembris anno Christi 775. Annos 34. ac tres fermè menses à patris morte imperavit: Princeps militiæ bonus, tametsi hanc illi laudem nonnulli inviderint; sed crudelissimus, &, ut quidam volunt, avarissimus: & crudelitatem quidem ejus demonstrant supplicia de Bulgaris mancipiis in Hippodromo capta circà annum 765. quod verò aurum omne in thesauros suos condidisse dicitur, nescio quàm verè dictum sit, cum ærarium in bella & opera publica, præcipuè in Valentis aquæductum, quem Avares Heraclii ætate destruxerant, exhausisse videatur. Utcunque ea res se habeat, nullus unquam eo magis impius Princeps extitit, quippe qui SS. Mariam virginem, Christum ipsum Deum esse negaverit, sanctis honorem haberi vetuerit, imagines sacras everterit, & Conciliabulo 338. Episcoporum Constantinopoli coacto anno 754. damnandas curaverit, Monachos denique plurimos, & aliorum ordinum viros, quos à suâ impietate abhorrere compererat, variis suppliciis affecerit. Ter nuptias iniit Constantinus, prima ejus uxor Irene, Leonis Imperatoris mater fuit: alteri nomen Mariæ fuit: tertia Eudocia, è qua Christophorum & Nicephorum Cæsares, Nicetam & Eudoxum nobilissimos procreavit.

## *NUMISMATA AUREA.*

C LЄON P A MЧL. Constantinus cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus cum habitu Consulari, dextrâ crucem tenet.

CONSTANTINOS S LЄON O NЄOS. Constantini & Leonis capita à fronte, cum stemmatibus crucigeris : inter utrumque crucicula. *Regius. Ducang.*

C LЄON P A MЧL ⊙. Caput Constantini ut suprà.

CONSTANTINOS S LЄON O NЄOS. (1) Capita Leonis & Constantini ut suprà, cum cruciculâ intermediâ. *Regius. Ducang.*

bN CONSTANTINO PP. Constantinus imberbis cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet globum crucigerum.

VICTORI AVGVA A. (2) Crux gradibus insistens : in imâ parte CONOB. *Brandenburg.*

(1) Horum nummorum Inscriptiones Ducangius sic interpretatur, *Constantinus Leoni Perpetuo Augusto Multos annos* : rectiùs fortasse, *Constantino, Leoni Perpetuis Augustis multos annos.*

(2) Quàm rectè ad hunc nummum scribat Begerus, aliquam ex paternis victoriis, ac fortasse eam quam retulisse sibi videbatur de sacris Imaginibus, Constantinum hoc in nummo prædicare voluisse, alii viderint : nos scimus ejusmodi Inscriptiones in nummis eorum Principum occurrere, qui nullam victoriam retulerint : ac præterea crucem sæpissimè depictam esse cum prædicatione victoriæ in eorum nummis, qui bellum imaginibus numquam indixerunt.

## IRENE.

IRENE Chazarorum Chagani filia, Constantino Copronymo nupsit anno 733. veteri quidem superstitione olim imbuta, sed nostris sacris initiata, Catholicam deinde fidem constantissimè servavit. Leonem die 25. Januarii anno 750. peperit, nec multo post vitâ excessit; cum alterius Constantini conjugis mors ad annum 751. referatur à Nicephoro. Præter Leonem, Anthusam filiam, si Menæorum auctores audis, Irene peperit, quæ post patris mortem in Monasterium secessit.

## MARIA.

MARIA altera Constantini Copronymi uxor, ei nupsit anno 750. aut sequenti, nullisque editis liberis, haud multo post vitam simul cum dignitate amisit.

## EUDOCIA.

EUDOCIA tertia Constantini Copronymi conjux, marito liberos quatuor peperit, Christophorum & Nicephorum, quos pater Cæsares appellavit die 2. Aprilis anni 769. cum pridie uxorem coronasset, Nicetam eodem die Nobilissimum nuncupatum, & Eudoxum, sive Eudocimum, quem ipsum Leo ejus frater Nobilissimatu cohonestavit : ab hoc verò an diversus sit ille Constantini & Eudociæ filius, quem Anthimum S. Nicephorus appellat, incertum est : sed illud constat Nicephorum Cæsarem Constantini Leonis filii jussu excæcatum, fratribus ejus linguas præcisas fuisse anno 792. mense Augusto.



# CHRISTOPHORUS.

CHRISTOPHORUS Constantini Copronymi & Eudociæ filiorum natu maximus, Cæsar à patre appellatus est die 2. Aprilis anni 769. Huic Theodoram Theophili Patricii filiam ab avo Leone Isauro desponsam fuisse tradunt Menæorum auctores; adduntque Christophorum bellum contrà Bulgaros in Thraciâ gerentem priùs in acie cæsum, quàm nuptias peregisset: sed hæ sunt nugæ mendacis Græciæ; Christophorus enim aliquot annis post avi mortem natus est; præterea non Constantini patris imperio, ac ne Leone quidam fratre regnante vivendi finem fecit, cum huic lingua Constantini Leonis filii jussu præcisa sit anno 792. ac demum anno 797. Irene imperante interfectus sit Athenis, quo in exilium missus fuerat.



# NICEPHORUS.

NICEPHORUS alter Constantini Copronymi, & Eudociæ filius, Cæsar à patre appellatus est die 2. Aprilis anni 769. Leone imperante, Chersonam relegatus, quia novas res moliebatur, deinde eo mortuo, iterum in ordinem redactus, quod senatus ei impensiùs faverat, postremo cum eundem militares copiæ ad summam potestatem evehere vellent, Constantini fratris filii jussu excæcatus est mense Augusto anno 792. Athenasque deportatus, illic post quinquennium, jubente Irene, interfectus est.



# LEO IV.

LEO Constantino Copronymo & Irene Chazarorum Chagani filiâ natus est anno Christi 750. die 25. Januarii: sequenti verò, ipso Pentecostes festo, Imperator appellatus est. Huic pater Gislam, Pipini Francorum Regis filiam, per legatos in uxorem petierat; cum res non successisset, Irenem Athenis oriundam ei copulavit, è quâ natus est Constantinus. Patre extincto anno 775. die 14. Septembris, Catholicum se principio simulavit, deinde cum largitione popularem gratiam sibi quæsivisset, in apertam hæresis professionem erupit. Constantinum filium anno 776. Imperatorem appellavit die 14. Aprilis, sequenti mense Nicephorum fratrem, quod res novas moliretur, Chersonam relegavit. Anno 777. Telerus Bulgarorum Princeps Christiana sacra suscepit, patriciusque factus, consobrinam Irenes Augustæ uxorem duxit. Bellum deinde per duos annos cum Saracenis gestum; & anno quidem 778. victi in Syriâ Barbari, indeque plurimæ Christianorum familiæ in Thraciam translatæ; sequenti verò, cum Saraceni in Romanorum fines irrupissent, re infectâ ob commeatuum inopiam recessere. Postremo anno 780. cum gemmarum cupidus Leo, radiantem lapillis coronam, quam in majori Ecclesiâ dedicarat Mauricius, detractam

inde capiti suo imposuisset, erumpentibus statim ex eodem capite carbunculis, ardenti febre correptus, vivendi finem haud multo post fecit, die 8. Septembris, cum annum Imperii quintum nondum absolvisset.

## *NUMISMATA Æ. II.*

D N N LEO S CONST. Leo & Constantinus stantes, ille paludatus, hic palliatus ac penè puer, uterque globum crucigerum tenet dextrâ: inter utrumque crucicula suprà.

ANNO. (1) à dextris; in medio nummo M. magnum, cum A. infrà inter crura: in imâ parte CON. *Ducang.*

(1) Quæ causa Cl. Ducangium impulerit, ut nummum hunc Leoni Chazaro, quàm Isauro tribuere mallet, fateor me nescire.

## *NUMISMATA Æ. III.*

Sine epigraphe. Duo capita Imperatorum à fronte, cum stemmatibus crucigeris, ad pectus cum paludamento: inter utriusque caput crucicula.

AK. cum cruciculâ suprà, in medio nummo. *RE. Ducang.*

(1) Aversa pars docet Leonis & Constantini capita hîc exhiberi; quamobrem miror Ducangium scripsisse Constantini & Leonis hunc esse nummum: sed ad quem Leonem referendus sit, Isaurum, Chazarum, Armenum, conjectura assequi non possum.

# CONSTANTINUS VI.

Constantinus Leone Chazaro & Irene Atticâ natus est anno 771. die 14. Januarii. Imperator à patre appellatus anno 776. die 14. Aprilis, huic extincto die 8. Septembris anni 780. successit, Imperiumque administravit sub tutelâ matris, quæ Stauracii Patricii consiliis præcipuè usa dicitur. Turbulenta hujus initia fuere, cum Nicephoro ejus patruo senatus impensiùs faveret, præterea Elpidius Siciliæ præfectus rebellasset; sed illum Irene in exilium ejecit, fratresque ejus sacerdotio fungi coëgit; Elpidium verò bello persecuta in Africam ad Saracenos fugere compulit. Pax eadem tempestate cum Saracenis facta, cum ab iis Romani cæsi essent: sequenti anno Christi 783. Sclavos devicit Stauracius, iisque pacis leges ac tributa imposuit. Tum pristina pietas cum imaginum cultu revocata est, adnitente Tarasio Patriarcha, qui etiam de cogendâ œcumenicâ Synodo ante stipulatus fertur, quàm se ordinari pateretur. Porro Concilium hoc à militibus disturbatum anno 786. sed anno sequenti Nicæam translati Patres, Iconoclastarum hæresim proscripsere. Sequenti anno Mariam Armenam Constantino Irene nuptum collocavit, quod ille ægrè admodum tulit, cum in Caroli Francorum Regis filiam Rotrudem, quæ desponsa huic ante fuerat, magis propenderet: sed mulier impotens & dominandi cupida, verita ne filius Francorum moribus ab uxore informaretur, sponsalia dissolvit, bellumque in Italiam, cujus maxima pars in Caroli potestatem venerat, intulit; pessimo, ut brevi apparuit, consilio, præclaram enim de Græcis victoriam relatam constat. Bellum deinde cum Saracenis ancipiti marte gestum; quo tempore Theophilus Imperatoriæ classis Præfectus à Barbaris captus, Christianam fidem morte testatus est: sed simultates tum exortæ

inter Irenem & Conſtantinum, quòd ille viginti annos natus ſummæ rerum ſe nondum præeſſe ægrè ferret. Et primum Irene verberibus caſtigatum in ordinem penè coëgit, amicos ejus in exilium ejecit, militeſque in ſua verba jurare curavit: ſed anno 790. legiones Armeniacæ muliebris Imperii pertæſæ, Conſtantinum ſolum imperare juſſerunt; earumque exemplum ſecuti cæterarum Provinciarum milites, Conſtantinum imperio reſtituerunt: qui matrem relegavit, omneſque ejus amicos graviſſimè perſecutus eſt. Sequens annus duabus Conſtantini expeditionibus inſignis fuit: primâ adverſus Bulgaros, quos aliquot velitationibus exercuit magis quàm profligavit; alterâ adverſus Saracenos, quæ ob aquarum penuriam inutilis fuit: anno 792. matrem in Palatium reduxit, pugnans contra Bulgaros caſtris exutus eſt: indeque redux Nicephorum patruum excæcavit, ejus fratribus linguas præcidit: eâdem crudelitate poſt biennium uſus in Armeniacos milites qui rebellaverant, partem eorum trucidavit, partem exilio multavit: Saracenos & Bulgaros aliquoties deinde ab eo devictos tradunt auctores; poſtremo anno Imperii decimo octavo vergente, Irenes matris & Stauracii dolo comprehenſus, & immaniter excæcatus eſt menſe Auguſto anni 797. effoſſis oculis paulò poſt expiraſſe dicitur. Ante biennium uxorem Mariam repudiaverat, ac Theodotam Cubiculariam duxerat, è quâ natus Leo anno 798. menſe Octobri, aliquot ante patrem menſibus mortem obiit.

## *NUMISMATA AUREA.*

DN CONSTANTINVS AVG ET HIRENA M. (ſic) Conſtantinus & Irene cum ſtemmatibus crucigeris à fronte, infrà medium pectus, una crucem geminam tenent; ille præterea globum lævâ ſuſtinet.

GLORIA IMPERII ROMANI. (1) Conſtantinus paludatus & Irene ſtantes, crucem geminam una tenent: ille præterea globum crucigerum dextrâ ſuſtinet. *Ducang.*

(1) Qui hîc exhibetur, inquit Ill. Ducangius, Conſtantini & Irenes matris nummus aureus, ex Oct. Strada deſumptus eſt, in quo neſcio an benè effictus ſit filius barbatus, qui anno ætatis vigeſimo, aut vigeſimo primo ſolus, deturbata matre, imperare cœpit, ac proinde imberbis fuerit cum mater rerum habenas tenuit: nec Conſtantini habitus in averſa facie eſt iſtius quo vixit ſæculi. Verùm quòd Conſtantini nomen matris præponatur nomini, cum iis quæ habet Theophanes an 1. ejuſdem Conſtantini congruit, ſcribens Conſtantini nomen Irenes matris nomini ſemper fuiſſe præpoſitum ex pacto à ſubditis cum matre inito. Epigraphe nova, ſed an vera?

## MARIA.

MARIA, Armena, prima Conſtantini Irenes filii uxor fuit, qui hujus conſuetudinem citò aſpernatus eſt, cum erga Rotrudem Caroli Francorum Regis filiam propenderet: poſtea verò Theodotæ Cubiculariæ amore captus, Mariam repudiatam in Monaſterium detruſit anno 795. Hujus filia fuit Euphroſyne, quæ Michaëli Balbo nupſit. Quod addunt Menæorum Scriptores, Mariam neptem fuiſſe S. Philareti Cappadocis, fides tantùm auctores appellet.

# THEODOTA.

THEODOTA Cubicularia, Conſtantino Irenes filio nupſit anno 795. cum ille Mariam repudiaſſet, & in Monaſterium detruſiſſet: jungente nuptias iſtas Joſepho quodam Abbate, connivente Taraſio Patriarchâ, metu ne, quod minabatur, juvenis libidine ardens, ſacras imagines everteret. Quæ res Orientalem Eccleſiam tumultibus, ac diſſidiis implevit, cum duo hujus ætatis viri ſanctiſſimi Plato & Theodorus Studita à Taraſii communione receſſerint. Theodotam eximiâ quâdam pulchritudine fuiſſe produnt Scriptores Græci; præter quam nihil in illâ admodum commendandum. Leonem marito peperit anno 796. Sed ille anno ſequenti Kalendis ipſis Maii obiit. Conſtantino excæcato, de Theodotâ ſilent auctores: in Monaſterium tamen ablegatam fuiſſe probabile eſt.

# IRENE.

IRENE Athenis orta, Leoni Conſtantini Copronymi filio nupſit, anno 769. die 10. Decembris, ſtatimque Imperialem coronam à Patriarchâ accepit. Hujus filius fuit Conſtantinus, cujus nomine Imperium ab anno 780. adminiſtrare cœpit; eo quidem nomine laudanda, quòd Catholicam fidem cum imaginum cultu revocavit; ſed cum filium penè in ordinem redegiſſet, muliebris impotentiæ pertæſi milites eam ejici curarunt anno 790. In Palatium poſt biennium revocata, peſſimis conſiliis filium peſſum dedit; eundem ubi omnibus exoſum vidit, excæcavit anno 797. ac deinde ſola imperavit. Stauracii Patricii conſiliis præcipuè uſa dicitur: eo extincto, totam ſe Aëtio permiſit; quem quidem ſolum obſtitiſſe ferunt, quominus Carolo Francorum Regi, à quo pacem Imperii initio impetraverat, in manum conveniret: ſed eodem tempore Nicephori Patricii dolo comprehenſa, Imperio ſe abdicavit anno 802. Kalendis ipſis Novembris, & in Lesbon Inſulam contra interpoſitam fidem deportata, ſequenti anno die 9. Auguſti vitâ exceſſit; funus ejus in Principum Inſulam tranſlatum.



## *NUMISMATA AUREA.*

EIRINH BASLISSH. Caput Irenes, dextrâ orbem crucigerum, lævâ crucem tenentis.

ЄIRI... BASILISSH. X. (1) Caput Irenes ut ſuprà. *Regius.*

(1) Nummus rariſſimus imò ſingularis.

*UNUM Nicephori Numiſma, & alterum Stauracii in unâ tabulâ exhibet Ducangius; eaque paulo aliter quàm cælata ſint deſcribit, ut infrà monebimus. Hîc tabella pro more exhibetur.*




# NICEFORUS.

NICEFORUS, Seleuciâ oriundus, variis muneribus functus, poſtremo Patricius & Generalis Logotheta, adverſus Irenem Auguſtam rebellavit die 31. Octobris anni 802. captamque in Leſbon Inſulam contrà interpoſitam fidem deportavit. Hunc non Iconoclaſtis ſolùm, verum etiam Manichæis addictum fuiſſe tradunt, præterea avaritiâ & crudelitate infamem. Primum illi bellum fuit cum Bardane Turco, Patricio, & Orientalium Duce, quem ſui milites ad Imperium provexerant; ſed eo amoto, & contrà pacta excæcato, Stauracium filium menſe Decembri anni 803. coronari juſſit. Saracenos deinde bello perſecutus, graviſſimam cladem ab iis in Phrygiâ accepit, mox tamen per Caliphæ abſentiam Ancyram Galatiæ & aliquot alias urbes recepit & inſtauravit: quibus ab Aarone iterum dirutis, pacem Niceforus annuâ penſione ſexaginta ſex nummorum millium redemit anno 706. Sequenti anno caſtra contrà Bulgaros movit, ac per ſuorum perfidiam cæſus, multos cæde aut exilio multavit: eodemque Saracenorum claſſis cum Myram appuliſſet, & S. Nicolai arcam conterere conata eſſet, tempeſtate jactata, vix periculum evaſit: ſed haud minus fœdum Nicefori facinus, qui è tribus puellis quas Stauracio ejus filio conquiſierant Miniſtri, Theophaniam alteri viro nuptam huic collocavit, alias duas formâ præſtantes ipſe vitiavit. Aſſidua deinde bella cum Bulgarorum Rege Crumno fuere: à quo intercepta feruntur anno 409. militum ſtipendia, captaque Serdica; ac poſt biennium eâdem fortunâ uſi Saraceni in Aſiâ, illic quoque ingentem pecuniæ ſummam in ſtipendia deſtinatam interverterunt: præterea bellum adverſus Francos geſſit apud Venetiam, de quo bello varia tradunt Scriptores: ſed anno 811. circunventus à Bulgaris, die 26. Julii cecidit cum totius exercitûs flore. Annos novem ac totidem fermè menſes imperavit.

## *NUMISMATA AUREA.*

NICIFOROS bASILЄ. Niceforus à fronte cum ſtemmate crucigero, ad pectus cum paludamento, dextrâ tenet crucem longiorem, ſiniſtrâ volumen.

STAVRACIS DEPOIЄ. Stauracius juvenis à fronte cum ſtemmate crucigero, ad pectus cum paludamento, dextrâ geſtat globum crucigerum, ſiniſtrâ volumen. *RE. Brandenburg.*

NICIFOROS bASILЄ. Caput Nicefori ut ſuprà.

STAVRACIS DЄSPO IЄ. Caput Stauracii

racii ut suprà. *Fontaine.*

.... OROS BASILCV .... Caput Nicefori ut suprà, sed cum stemmate sine cruce.

STAVRACIS DESPO IΘ. (1) Caput Stauracii ut suprà. *Ducang.*

.... FOROS BASILCS. Caput Nicefori ut suprà, sed cum stemmate crucigero.

STAVRACIS DESPOS Θ. Caput Stauracii ut suprà. *Regius.*

(1) Ita præfert nummus in tabellâ æneâ Ducangii, sed ipse in descriptione legit STAVRACIVS DESPOTE.

# STAURACIUS.

STAURACIUS Nicefori Logothetæ filius, Imperator à patre appellatus est mense Decembri anno 803. post quadriennium Theophaniam alteri viro nuptam uxorem duxit. In eo prælio quo pater periit, graviter sauciatus, Adrianopolim fugit, mox Constantinopolim translatus, summam potestatem, quam ingravescente in dies è vulneribus valetudine retinere desperabat, in uxorem transferre statuit. Quod principes ægrè ferentes, Michaëlem Rhangabe, Procopiæ Stauracii sororis maritum Imperatorem nuncuparunt die 2. Octobris. Ita abrogatum Stauracio Imperium, post menses duos & aliquot dies à Nicefori cæde. Compertâ conjuratione in Monasterium Bracense secessit, ibique anno sequenti die 5. Januarii obiit.

*Nummus incerti metalli ac moduli.*

DN STAVRATIVS PERP AVG. Stauracius cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus, dextrâ elatâ tenet globum crucigerum.

ANNO. (1) à dextris: in medio nummo K. magnum, à sinistris crux: in imâ parte ROM. *Ducang.*

(1) Nummum hunc rarissimum, si quidem genuinus est, exhibuit Ducangius è Strada; sed in eo STAVRACIVS legit, ac præterea cujus metalli esset non monuit.

# THEOPHANIA.

THEOPHANIA, sive THEOPHANO, jam nupta, à priori marito divulsa, Stauracio Imperatori collocata est; eumque sibi mirum in modum devinxit, cum in illam vulneribus confectus summam potestatem transferre statuerit; sed hoc Imperatoris consilium aspernati Magnates, Michaëlem Rhangabe huic suffecerunt: quo comperto Theophania in Bracense Monasterium una cum marito secessit, ac reliquum ætatis illic vixit.

# MICHAEL RHANGABE.

MICHAEL RHANGABE, sic ab avo dictus, Theophylacti filius, Insularum Drungarii, Procopiâ Nicefori Imp. filiâ ductâ, Curopalata dictus est. Cum ex eo prælio, in quo socer perierat, evasisset, delatum ab amicis Imperium primò renuit, mox cum oculos Stauracii jussu

evellendos ſibi accepiſſet, ultro illud arripuit. Imperialem coronam die 2. Octobris anni 711. à Nicephoro Patriarcha accepit, poſt decem dies Procopiæ ejus uxori idem honor delatus; menſe verò Decembri duo ejus filii in ſocietatem dignitatis vocati, Theophylactus & Stauracius. Pacis fœdera cum Francis inita ſub ipſum Imperii initium confirmavit. Pietate & pacis artibus præclarum fuiſſe Michaëlem tradunt ſcriptores; ſed idem iniquiſſimâ in bellis fortunâ uſus eſt. Cum bellum Bulgaris intuliſſet anno 711. Meſembriam amiſit, ſeditionibuſque agitatus, Conſtantinopolim re infectâ rediit: ſequenti anno, cæſo exercitu, tantum ex hac clade animi mœrorem contraxit, ut niſi uxor & amici obſtitiſſent, rerum adminiſtratione ultro ceſſiſſet; mox audito Leonem Armenium Imperatorem à militibus nuncupatum, in Monaſterium Protes Inſulæ die 11. Julii ſeceſſit. Annum unum, menſes novem, ac totidem dies imperavit.

*Tabellam ſequentem Ducangius exhibuit in Familiis Byzantinis.*




## *NUMISMATA AUREA.*

MIXAHA BACIAЄ. Michaël dextrâ labarum, ſiniſtrâ orbem crucigerum tenet.

IC XC. Chriſti protome, ſiniſtrâ codicem Evangeliorum tenentis, dextrâ elatâ benedicentis ritu. *Regius.*

.... BASIAЄ. Imperator dextrâ crucem, ſiniſtrâ orbem crucigerum tenet.

ihs XPS REX REGNANTIVM. Typus ut ſuprà. *Regius.*

... BAC... Imperator ſtans, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ orbem crucigerum.

ihs XPS REX REGNANTIVM. (1) Chriſtus ſedens in cathedrâ, codicem Evangeliorum tenet. *Regius.*

(1) Hoſce nummos duos ad Michaëlem retulimus, quòd in iis effigies haud multum abſimilis ſit ab eâ quæ in primo nummo depicta eſt; primum verò Michaëli Rhangabe haud alia de cauſa tribuimus, quàm quòd ſimillimos nummos ex Æ. 2. & ex Æ. 3. ad eum pertinere judicant Ducangius & Begerus: eos enim omnes ſcimus tam Michaëli Ebrioſo, quàm huic convenire; præterea Michaëli Ducæ poſſe tribui.

## *NUMISMATA Æ. II.*

MIXAHA BASIAЄA. Protome Imperatoris, cum ſtemmate crucigero, dextrâ labarum, ſiniſtrâ globum crucigerum tenentis.

IC XC. Chriſti protome, ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenentis, dextrâ elatâ benedicentis ritu: à dextris in areâ ſtella, altera à ſiniſtris. *Ducang.*

MIXAHL BACIA. Caput Michaëlis ut ſuprà.

IC XC. Typus ut ſuprà. *Bau.*

## *NUMISMATA Æ. III.*

✠ MIXAHA AACIAOL. Protome Imperatoris cum ſtemmate crucigero, dextrâ labarum, in quo Chriſti monogramma, ſiniſtrâ globum crucigerum tenentis.

IC XC. (1) Chriſti protome, ſiniſtrâ tenentis librum Evangeliorum, dextrâ elatâ benedicentis ritu. *Brandenburg. Ducang.*

(1) De hoc nummo Ducangius, cujus eſſet metalli aut moduli, non monuit; ſed æreum eſſe, & quidem tertii moduli, docuit Begerus, qui tamen in eo peccavit, quod cruciculam initio capitis epigraphes depictam omiſerit; in hoc etiam Ducangius notandus eſt, quod in deſcriptione pro AACIAOL. ſubſtituerit BACIAEV.

## PROCOPIA.

PROCOPIA Nicefori Imperatoris filia, Michaëli Rhangabe nupſit, eique liberos quinque peperit, mares tres, Theophylactum & Stauracium Auguſtos, & Nicetam, quem avus Niceforus Icanatorum Domeſticum fecerat; ſed ille monaſticam vitam amplexus, Ignatii nomen ſumpſit, ac deinde Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſummâ cum laude præfuit: filias duas, Gorgonem & Theophanonem. Michaële in ordinem redacto, Procopia in Phari Monaſterium una cum filiabus à Leone Armenio deportata eſt, ibique aliquot annos vixit marito ſuperſtes.

## THEOPHYLACTUS.

THEOPHYLACTUS, Michaëlis Rhangabe filius natu maximus, Imperator à patre appellatus eſt die 25. Decembris anni 711. Legatos à Michaële miſſos nonnulli tradunt, qui Caroli M. filiam Theophylacto expeterent. Amoto anno 713. parente, ipſe virilibus exſectis, in Monaſterium amandatus eſt, eique Euſtratii nomen inditum.

## STAURACIUS.

STAURACIUS alter Michaëlis Rhangabe & Procopiæ filius, Imperator à patre appellatus eſt die 25. Decembris anni 711. nec multo poſt immaturâ morte præreptus eſt.

## LEO V. ARMENIUS.

LEO, Armeniâ oriundus, Bardæ Patricii filius fuit, qui à Bulgaris cæſus eſt anno 778. Domeſticorum Comes ſub Nicephoro, deinde Orientalium copiarum Dux à Michaële factus, pugnæ in qua Græci à Bulgaris cæſi ſunt, interfuit, ac reliquias exercitûs collegit: mox Imperatoriam dignitatem die 10. Julii anni 813. arripuit, ac ſequenti die coronatus eſt à Nicephoro Patriarcha. Miſerrima tum erat Imperii conditio, cum Bulgari ad Conſtantinopolim uſque progreſſi, ingentes ſtrages ediderint, mox Adrianopolim & Arcadiopolim ceperint; ſed Crumno eorum Duce extincto, Meſembriam Leo recepit, bellumque mutuis cladibus tractum, pace tandem commutavit anno 817. Haud omittendum videtur, quod gra-

viſſimi auctores memoriæ prodiderunt, eo progreſſam eſſe Leonis impietatem, ut in fœdere cum Bulgaris ſanciendo per eorum ſacra juraverit, cum illi fidei firmandæ causâ ſacra noſtra contrectarent: ſed præterea in ſacras imagines, & Catholicos, præſertim Monachos omni atrocitate bacchatus eſt, Nicephorum Patriarcham, alioſque ſanctiſſimos Præſules ſedibus ſuis dejecit, omnia denique quæ in Copronymo damnata olim fuerant, repræſentavit. Imperavit annos ſeptem, menſes quinque, ac præterea aliquot dies: ipſo Natalis Dominici die, à Michaële Balbo, quem majeſtatis reum in cuſtodiâ detinebat, inter ſacra ipſa trucidatus eſt anno 820. E Theodoſiâ uxore filios quatuor ſuſceperat, quorum maximum natu Symbatium, Conſtantinum appellatum, coronari à Patriarchâ juſſit anno 813.

## THEODOSIA.

THEODOSIA Leonis Armenii uxor, Arſaberi Quæſtoris & Patricii filia fuit, quem Niceforus tonſis capillis in Bithyniam relegavit, quod eum milites Imperatorem appellaſſent. Marito liberos quatuor peperit, Symbatium, quem pater Conſtantinum appellatum, Imperatoriâ dignitate extulit, Baſilium, Gregorium & Theodoſium. Trucidato Leone, in Deſpotarum Monaſterium amandata eſt: ejus liberi virilibus exſectis, & ipſi in Monaſterium truſi ſunt; ſed Theodoſius è vulnere ſtatim extinctus, Symbatius verò & Baſilius linguæ uſum amiſerunt, quem hic tamen recuperavit, fuſis coram S. Gregorii Theologi imagine precibus, ac deinde Catholicam fidem conſtanter tenuit, perinde atque ejus mater, quæ etiam S. Theodori Studitæ amicitiam coluit.

## CONSTANTINUS.

CONSTANTINUS Leonis Armenii & Theodoſiæ filius, Imperator à patre appellatus eſt anno 813. antea Symbatius vocabatur: poſtquam Michaël Balbus Imperium arripuit, in Proten Inſulam deportatus eſt, illicque virilibus exſectis, linguæ etiam uſu amiſſo, reliquum ætatis exegit.

*UTriuſque Michaëlis, Balbi & Ebrioſi, ac præterea Theophili & Theodoræ Numiſmata in unâ tabulâ exhibuit Ducangius: quâ in tabulâ hæc notanda occurrunt: nummo* 2. M. *magnum cum* ⊙. *inter crura: at in deſcr. præterea literæ* R P. *leguntur: nummo* 7. ΘЄOFILOΓ. *in deſcr.* ΘEOFILOI. *nummo* 8. ΘЄOFILOS BASILЄ. *in deſcr.* BASILEO.




# MICHAEL II. BALBUS.

MICHAEL ex linguæ vitio Balbus dictus, Amorii in Phrygiâ natus est, ubi ex Judæorum, Manichæorum, cæterarumque pestium colluvie secta quædam Athinganorum extitit, quam Michaël secutus est. Leoni Armenio carissimus, ab eoque primùm Comes stabuli, deinde Fœderatorum Dux & Patricius factus, cum eum criminaretur, & falsis dictis aspergeret, reus majestatis delatus, in carcerem conjectus est, ac pridie Natalis Domini temeritatis pœnas luiturus erat, nisi tanto facinori obviam obstitisset Theodosia Augusta: sed morte jam imminente, Leonem conjurati inter ipsa sacra trucidant, Michaëlemque catenis oneratum in sacram ædem deducunt, & à Patriarcha coronari jubent. Id porrò contigit anno 820. statimque Michaël edixit se de sacris imaginibus quidvis sentiendi libertatem omnibus concedere, & exules revocavit, sed mox Catholicos, quòd harum cultum restitui peterent, Constantinopoli ejecit, ac postremo suppliciis in eos grassatus est. Theophilus huic erat filius è priori uxore Theclâ, quem anno 821. Imperatorem coronavit. Leone adhuc imperante Thomas quidam Constantinopoli ob adulterium profugus, in Asiâ sese ostentarat, Constantinum se esse ferens Irenes filium, è carnificum manibus singulari Dei munere ereptum: sed levem de eo famam Leo contemserat: postquam Michaël summæ rerum præfuit, Asiam penè universam ad suam authoritatem adduxit; solaque Obsequii & Armeniacorum Themata Præfecti in officio retinuerunt: sed auctis

jam viribus, pacem cum Saracenis componit, ignotum quendam in filium adoptat, eique Constantii nomen indit, Imperatoriaque ornamenta à Jacobo Antiochiæ Patriarcha accipit: mox cum octoginta hominum millibus in Thraciam trajicit, amisso Constantio, Monachum quendam substituit, cui Anastasio nomen, ac denique Constantinopolim obsidet. Hîc per annum sæpe vel terrâ, vel mari pugnatum, tradunt auctores, & quidem incerto marte; sed à Bulgaris opem Imperio ferentibus, mox à Michaële victus Thomas anno 823. Hadrianopolim recessit, proditusque à civibus, crudelitatis omni genere laniatus est. Interea Creta Insula à Saracenis ex Hispaniâ egressis occupata est: quam Imperio asserere cum omni vi annisus esset Michaël, Photinus devictus, Craterus alter Dux partam victoriam inertiâ corrupit, deletoque exercitu, ipse in Co insulâ captus, & in crucem actus est: denique Ooriphas aliquot minoribus Insulis receptis, Cretam ipsam frustrà tentavit. Tot malis accessit Siciliæ defectio proditione Euphemii cujusdam, qui ob scelus ad necem quæsitus, Insulam Saracenis prodidit. Nimirum Theclâ mortuâ, Michaël Euphrosynam Constantini olim Imperatoris filiam, sacram virginem è Monasterio detractam, uxorem duxerat; ejusque exemplum Euphemius secutus fuerat: sed ipse in Syracusarum obsidione cæsus, Saraceni verò universam Insulam præter Syracusas & Tauromenium ceperunt. Dalmatiæ urbes eâdem tempestate defecisse, suique omnes juris fuisse dicuntur. Ita dilacerato Imperio, Michaël denique mense Octobri anni 829. ex urinæ difficultate extinctus est, cum annos octo, & menses novem imperasset.




## *NUMISMATA AUREA.*

✠ ΜΙΧΑΗΛ ЬΑSΙΛЄVS. Michaël cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus cum paludamento, dextrâ crucem longiorem, sinistrâ volumen tenet.

ΘЄΟFΙΛΟ DЄSΡΙ✠X. Theophilus cum stemmate crucigero à fronte, ad pectus cum loro, dextrâ globum crucigerum, lævâ crucem longiorem tenet. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΘЄΟFΙΛΟ DЄSΡΙ✠Є. Caput Theophili ut suprà. *Fontaine.*

## *NUMISMATA Æ. II.*

MΙΧΑΗΛ S ΘЄΟFΙΛΟS. Protomæ Imperatorum Michaëlis palliati, & Theophili cum loro, & stemmatibus crucigeris: inter utriusque caput crucicula.

M. magnum cum Θ. infrà inter crura: ad latus dextrum XXX. ad sinistrum NNN. *Ducang.*

ΜΙΧΑΗΑ S ΘЄΟFΙΛΟC. Protomæ Michaëlis, & Theophili.

M. magnum, cum cruciculâ suprà, & infrà inter crura Θ. in medio nummo: ad latus dextrum XXX. ad sinistrum NNN. *Regius.*

## NUMISMATA Æ. III.

MIXAHL S ΘEOFILOS. Protomæ Imperatorum Michaëlis palliati, & Theophili cum loro, & ſtemmatibus crucigeris: inter utriuſque caput crucicula.

M. magnum, cum Θ. infrà inter crura; in medio nummo. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

M. magnum, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura A. in medio nummo: ad latus dextrum XXX. ad ſiniſtrum NNN. *Ducang. Bau.*

MIXAHL S ΘEOFIL. Duæ figuræ Imperatorum, altera Michaëlis palliata, altera Theophili cum loro, utraque cum ſtemmate crucigero.

M. magnum, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura A. in medio nummo: ad latus dextrum XXX. ad ſiniſtrum NNN. *Regius. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

M. magnum, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura Θ. *Regius. Bau.*

## THECLA.

THECLA Centurionis cujuſdam filia, Michaëli Balbo nupſit, eique Theophilum Imperatorem, & Helenam peperit: hæc Theophobo Patricio, viro, ut aiunt nobiliſſimo, quem poſtmodum Theophilus interfecit, nuptum collocata eſt. Thecla marito imperante obiit, & quidem anno, ut videtur, 823.

## EUPHROSYNE.

EUPHROSYNE Conſtantini Imp. & Mariæ filia, poſt patris mortem in Monaſterium quoddam relegata eſt Irenes aviæ juſſu, ac monaſticum vitæ genus amplexa eſt; ſed inde poſtmodum detracta, Michaëli Balbo nupſit anno 824. poſt ejus mortem, quæ anno 829. menſe Octobri contigit, Palatio expulſa, & in Monaſterium, in quo comam poſuerat, redire coacta eſt.

## THEOPHILUS.

THEOPHILUS Michaële Balbo & Theclâ natus, Auguſtus à patre appellatus eſt anno 821. eique extincto ſucceſſit menſe Octobri anni 829. Princeps juſtitiæ cultor, niſi quod ad ſeveritatem propenſior, delicta interdum acriùs punire videbatur; ſed Sanctorum imagines averſatus, Catholicos qui eas tuebantur, acerrimè perſecutus eſt. Sub ipſa Imperii primordia, novercam Euphroſynam, in Monaſterium redire coëgit, & in conſcios Leonis Armenii cædis animadvertit. Aſſidua deinde bella cum Saracenis geſſit, ac primo quidem anno, fuſo exercitu, ipſe in hoſtium poteſtatem venerat abſque Theophobo leviro: ſequenti verò anno præclaram de iiſdem victoriam retulit, quâ viginti quinque barbarorum millia capta feruntur. Anno 832.

instaurato bello, adversâ fortunâ usus est, gravissimumque discrimen vix evasit, sed annus 837. & sequens maximè memorabiles fuere: illo enim Theophilus aliquot Saracenis urbes eripuit, atque in his Zosopetram Caliphæ patriam: hoc verò à Saracenis victus, Amorium etiam patriam amisit, belloque captos duos & quadraginta cohortium Præfectos incassum redimere conatus, in dysenteriam incidit, quâ diu conflictatus, postremo anno 842. die 18. Januarii obiit. Ejus ætate bellum contra Abasgos quoque gestum esse fertur, infelici exitu. Præterea classis penè universa ab iis Saracenis, qui Cretam superioribus annis invaserant, submersa aut capta est. Infelicissimam denique hoc vivo Imperii conditionem fuisse testantur Scriptores. Imperavit annos duodecim, ac menses tres; urbem Regiam pulcherrimis ædificiis exornasse dicitur. Liberos septem è Theodorâ uxore suscepit Michaëlem, & Constantinum, qui Imperator à patre factus, hoc adhuc vivo mortem obiit, Theclam Augustæ titulo donatam, Annam, Anastasiam, Pulcheriam & Mariam, quæ Alexio Cæsari nuptum collocata est, patrique charissima fuit, qui ejus extinctæ corpus in arcâ laminis argenteis obductâ condi jussit, reisque ad sepulcrum ejus fugientibus jus asyli concessit.



Æ. II.



## NUMISMATA AUREA.

ΘΕOFILOS. Theophilus à fronte cum stemmate crucigero, ad pectus cum paludamento.

ΘΕOFILOS. Caput Theophili ut suprà cum pectore gemmis ornato, dextrâ gestat crucem. *RE.*

ΘΕOFIΛOC. Caput Theophili cum stemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum.

Eadem epigraphe cum eodem pariter capitis typo. *Fontaine.*

ΘΕOFILOS bA. Caput Theophili ut suprà.

ΘΕOFILOS bA. Imperator crucem tenens. *Regius.*

ΘΕOFILOI. Imperator à fronte cum stemmate crucigero, dextrâ tenet globum crucigerum, ad pectus cum paludamento.

ΘΕOFILOI. Imperator typo quo suprà. *Ducang.*

ΘΕOFILOS BASILE. Caput Theophili ut suprà, sed dextrâ gestat crucem, sinistrâ volumen.

MIXAL S KONSTANTIN. Protomæ Michaëlis & Constantini cum stemmatibus crucigeris & paludamento. *RE.*

ΘΕOFILOS bASILΕX. Caput Theophili ut suprà.

MIXAHL S CONSTANTIN. Duo Imperatores ut suprà, cum cruciculâ inter utriusque caput. *Regius.*

ΘΕOFILOS bASILΕ Θ. Caput Theophili ut suprà.

MIXAHL S CONSTANTIN. Duo Imperatores ut suprà. *Regius.*

✕ ΘΕOFILOS bASILΕΘ. Caput Theophili ut suprà.

✠ MIXAHL S CONSTANTINI. (1) Protomæ Michaëlis & Constantini cum stemmatibus crucigeris & paludamento. *Brandenburg. Fontaine.*

(1) Hosce nummos gravissimum dubium movere monet Erud. Begerus, non tantùm quòd Constantini nulla apud Scriptores mentio sit, sed etiam quòd Michaël barbatus in eo videatur, cum tamen admodum puer patri superstes memoretur fuisse. An enim, subjungit vir doctus, Michaël hic non filius, sed pater Theophili credatur? An Michaël Theophili filius, jam barbatus, patrem & filium Constantinum cele-

ΘЄOFILOS BASILE Θ. Theophilus capite coronâ ex margaritis & gemmis, necnon cruce inſigni redimito à fronte, ad medium pectus cum paludamento, crucem tenet dextrâ, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ.

MIXAHL S CONSTANTIN. (1) Michaël & Conſtantinus, alter major cum barbâ, alter minor imberbis, eodem typo quo Theophilus, ſed manibus non apparentibus. *Fouc.*

brarit. Si Theophili patrem agnoſcas, quæretur cur filium prætcrierit? Si filium, cur patrem Βασιλέα dixerit, nudo nomine contentus ipſe? Ita nec Michaëlem filium, patre adhuc vivo, jam barbatum ſtatuere auſim, cum pater in priore Numiſmate (Michaëlis ſcil. Balbi) adhuc imberbis fuerit, adeoque XII. illis annis, quibus Imperio præfuiſſe memoratur, filium barbatum habere non potuerit. Hæc Cl. Begerus, quibus ſubjungere poſſumus, Theophili & Michaëlis ejus filii vitas denſiſſimis tenebris involutas eſſe: hoc tamen conſtare videri, Michaëlem, cum Theophilo patri ſub tutela matris ſucceſſit, tres annos natum fuiſſe. Quod igitur barbatus hîc effingatur, monetariorum imperitiæ & negligentiæ tribuendum eſt, qui ne duas novas effigies, Theophili ſcil. filiorum, cælarent, ſuperiorum quorundam principum, ac fortaſſe Michaëlis Balbi & Theophili ipſius, effigies ad ſuperiorum nummorum ſimilitudinem expreſſere.

(1) Ad Theophilum pertinent tres Inſcriptiones, quas ſeptimo Antiq. CP. libro jam exhibuimus: prima & ſecunda turribus Regiæ urbis inſculptæ; tertia poſita eſt in ingreſſu veſtibuli Arſenalis.

1.

ΠΥΡΓΟΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΕΝ ΚΡΙΣΤΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

2.

ΠΥΡΓΟΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΚΑΙ ΜΙΧΑΗΛ ΠΙΣΤΩΝ ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ.

3.

ΑΠΟ. ΚΤΙΣΕΟΣ. ΚΟΣΜΟΥ.
Δ. Ψ. Ͽ. Β. ΑΠΟ. ΔΕ.
ΧΡΙΣΤΟΣ. ΕΤΟΥΣ. Ω. Α. Δ.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ. ΘΕΟΦΙΛΟΣ.
ΥΟΣ. ΜΙΧΑΗΛ. ΒΗΓΑ.
ΑΡΧΩΝ. ΔΙΚΑΙΟΣ. ΚΑΙ.
ΕΥΛΑΒΗΣ. ΚΑΙ. ΠΡΟΣ. ΤΟΥΣ.
ΑΥΤΟΥ. ΠΑΡΟΙΚΟΥΣ. ΑΝΗΡ.
ΑΓΑΘΟΣ. ΕΚΤΙΣΕΝ. ΠΡΟΣ.
ΑΝΑΠΑΥΣΙΝ. ΤΟΥ. ΛΑΟΥ.
ΤΟΥΤΟΝ. ΜΕΓΑΛΟΤΑΤΟΝ.
ΑΡΣΕΝΑΛΗΝ.

## *NUMISMATA Æ. II.*

ΘЄOFIL BASIL. Imperator cum loro, ſtemmate criſtato, dextrâ labarum in quo crucicula, ſiniſtrâ globum crucigerum tenet.

✠ ΘЄOFILЄ AVGOVSTЄ SV NICAS. in medio nummo. *Ducang. Regius. Bau. RE.*

ΘЄOFILI BASILI. Imperator ut ſuprà, ſed dextrâ tenet Narthecem.

✝ ΘЄOFILЄ AVGOVSTЄ SV NICAS. in medio nummo. *Brandenburg.*

ΘЄOF... BASILЄ. Imperator cum ſtemmate crucigero, dextrâ crucem geminam tenet, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ.

M. magnum, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura Θ. in medio nummo: ad latus dextrum, XXX. ad ſiniſtrum, NNN. *Ducang.*

## *NUMISMATA Æ. III.*

ΘЄOFILOS BASI. Imperator cum ſtemmate crucigero, ad pectus cum paludamento.

M. magnum, cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura Θ. in medio nummo: ad latus dextrum XXX. ad ſiniſtrum NNN. *Ducang. Cham.*

DN ΘЄOFILOS BASI. Caput Theophili ut ſuprà.

M. magnum cum cruciculâ ſuprà, & infrà inter crura, Θ. in medio nummo: ad latus dextrum, XXX. ad ſiniſtrum NNN. *Regius.*

# ALEXIUS.

ALEXIUS MOSELES, Crithinus, variis dignitatibus auctus, postremo Cæsar à Theophilo nuncupatus est, cum Mariam ejus filiam natu minimam, si quidem Scriptores audis, uxorem duxisset. Siciliæ præfectus, novas res moliri, consiliaque cum Saracenis inire insimulatus est : Mariâ mox extinctâ, in carcerem conjectus est ; ejusque bona in ærarium relata : famæ tamen & existimationi deinde restitutus est ; sed rerum pertæsus, ultro in Anthemii Monasterium secessit, illicque reliquum ætatis vixit.

# THEODORA.

THEODORA Ebissæ in Paphlagoniâ nata est, patre Marino, quem alii Drungarium, alii Tribunum fuisse volunt ; matre Theoctistâ, quæ postmodum Patriciæ & Zostæ dignitate aucta est. Ejus fratres fuere Petronas Thracesii Dux & Patricius, & Bardas qui deinde Cæsar fuit : ipsa Theophilo Imperatori nupsit, eique filios duos peperit, Michaëlem & Constantinum : præterea filias quinque, Theclam Augustam, Anastasiam, Annam, Pulcheriam, & Mariam quæ Alexio Mosele Cæsari nuptum collocata est. Marito extincto, sacrarum imaginum cultum revocavit, Imperiumque administravit, interea dum Michaël adolesceret, Theoctisti Logothetæ operâ præcipuè usa, sed eum Bardas interfici deinde curavit : quamobrem rerum pertæsa Theodora, cum intrà aulam degeret, mox eâ exacta, in Gastriæ Monasterium trusa est anno 857.

## *Numisma incerti metalli, & incerti moduli.*

✠ ΘЄODORA DЄSPVNA. Theodora cum stemmate crucigero, dextrâ gestat globum cui insistit crux gemina, sinistrâ crucem longiorem.

MIXAHL S ΘECLA. (1) Michaël Imperator à dextris, dextrâ tenens globum crucigerum, & Thecla soror à sinistris, dextrâ gestans crucem geminam ; utriusque caput stemmate crucigero redimitum. *Ducang.*

(1) Inscriptiones sequentes Sponius pag. 332. Miscell. exhibuit, ac primam quidem Selymbriæ, alteram Hadrianopoli positas fuisse testatur ; sed hæc altera ad quem Michaëlem pertineat, conjectura assequi non possumus.

1.

✠ ΑΝЄΝЄΟΘΗΙ ΘЄ ΟΝΤΩC ΠΟΛΙC ΤΑΥΤΗ ЄΠΙ ΜΗΧΑΗΛ
ΘЄΟΔΟΡΑC ΚΑΙ ΘЄΚΛΗC ΟΥCЄ ΔΙΚΑΙΩC ЄΝ ΚC ΒΑCΙΛЄΥ-
ΗΙΗΝ ЄΠΙ ΤΙC ΓΗC.

2.

ΑΝΑΞ ΜΙΧΑΗΛ ΑΥCΟΝΩΝ ΟΝΤΩΣ ΚΛΕΟC
ΛΥΤΡΟCΙΝ ΕΥΡΕ ΔΙΟΝΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ
ΠΥΡΓΟΜΑ ΤΕΥΧΩΝ ΚΑΤΕΝΑΝΤΙ ΒΑΡΒΑΡΩΝ
ΜΑΧΑΣ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ ΑΠΤΟΗΤΟΝ ΚΑΘΑΠΑΞ.

# THECLA.

THECLA Theophili & Theodoræ filiarum natu maxima, Augusta appellata est, & in aulâ vixit usque ad annum 857. quo in Monasterium detrusa est fratris Michaëlis, aut potius Bardæ avunculi jussu. Nuptui tamen collocatam postea fuisse auctores sunt Symeon Logotheta & Georgius Monachus; sed cui incertum est; illic enim librarius peccavit, cum Basilio desponsam scripsit, quippe qui duo simul matrimonia contrahere non potuerit.

# CONSTANTINUS.

CONSTANTINUS, si quidem nummis fides habeatur, alter Theophili & Theodoræ filius fuit, Augustusque vivo adhuc patre nuncupatus est: sed de eo mentionem non faciunt Scriptores, nisi quòd natos Theodoræ alterna regna sibi alternatim rapere machinatos fuisse tradit Guillelmus Bibliothecarius: quamobrem admodum juvenis vitâ excessisse videtur.

# MICHAEL III.

MICHAEL Theophili & Theodoræ filius anno 836. natus est. Imperator à patre appellatus in cunis, huic die 22. Januarii anni 842. extincto successit sub tutelâ matris, singularis exempli fæminæ, quæ Sacrarum Imaginum cultum restituit, Paulicianosque hæreticos acerrimè persecuta est; sed horum reliquiæ, cum Saracenis se adjunxissent, gravissima deinde mala Imperio intulere. Theoctisti, Manuelis & Bardæ fratris consiliis potissimum utebatur Theodora, iique Imperatoris tutores vulgò appellabantur; sed Bardas dominandi cupidus Collegarum libertatem in dicendâ sententiâ ægrè ferebat: quamobrem Manuëlem primum Theoctisti operâ amovit, deinde Theoctistum ipsum interfecit, conscio, ac velut jubente Michaële, qui deinceps quidem imperavit solus, sed ita ut se totum permitteret Bardæ avunculo, quem Cæsareâ etiam dignitate postmodum auxit. Fœda hujus Principis initia fuere; primum enim matrem aulâ expulit & in Monasterium unà cum filiabus trusit, deinde Ignatium Patriarcham sanctissimum virum sede dejecit, eique Photium substituit anno 857. mox bello adversus Saracenos, cæso semel atque iterum exercitu, fugâ salutem quæsiit: postea tamen præclaram de Saracenis victoriam retulit Petronas Bardæ frater: præterea Bulgari assidui antea hostes, cum sacra nostra suscepissent, Græcorum amicitiam coluere: nec enim audiendi sunt, qui Theodorâ adhuc imperante id contigisse tradiderunt. Hos nimirum fefellere Scriptores aliquot, à quibus cum traditum esset quarto Michaëlis anno Bulgaros Christi fidem amplexos esse; quartum à Theophili morte annum intellexerunt, cum veteres de quarto loquerentur ex quo Michaël ejectâ matre solus imperare cœpit, Patriarchâ Photio, qui eo nomine non semel gloriatur, Bulgarosque filios suos spirituales nusquam

non appellat. Addunt Scriptores instaurandis literarum studiis incubuisse Bardam Cæsarem; sed interea Michaël totum se ludis, aurigationibus ac perpotationibus dedit, nullumque dedecus in se non admisit; deinde Bardam interfici jussit anno 866. Kalendis Aprilis, consilio Basilii Macedonis, quem die Maii 26. Imperatorem appellavit. Basilium deinde Constantinus Porphyrogenitus scribit in Michaëlis odium incurrisse, quòd eum à nequitiis & sceleribus ad frugem revocare cuperet: alii testantur Basilium vernaliter ancillatum esse Michaëli, ejus concubinam Eudociam Ingerinam uxorem duxisse, ex eâ natos liberos Constantinum & Leonem non Basilii, verum Michaëlis ipsius filios fuisse: postremo eâ cœnâ post quam cæsus est, Michaëlem vino jam obrutum cum Ingerina se pro more oblectasse tradit Georgius Monachus. Utcunque ea res se habeat, cum Basiliſciano cuidam remigi Michaël Imperium obtulisset, sibi metuens Basilius eum trucidavit anno Christi 867. die 24. Septembris, ac deinde ejus corpus in Chrysopolis Monasterium transportari curavit. Annos 15. ac menses octo cum matre, solus undecim prope annos, cum Basilio annum unum & menses quatuor imperavit; ita Imperium ejus annorum 25. mensium 8. & aliquot dierum fuit. Eudociam Decapolitissam uxorem duxerat, è quâ liberos nullos sustulit; eam post Michaëlis cædem ad parentes suos reduci curavit Basilius.

## *NUMISMATA AUREA.*

MIXAHL S ΘЄODORA. Duo capita à fronte, unum dextrorsum virile cum stemmate crucigero, & pectore paludato; alterum sinistrorsum muliebre cum diademate crucigero, & pectore gemmato: inter utrumque crux.

IESVS XRISTOS. Caput Salvatoris cruci incumbens. *RE.*



# BARDAS.

BARDAS Theodoræ Augustæ frater, unus è Michaëlis tutoribus, cum mirâ imperandi cupiditate flagraret, juvenis Principis animo adrepsit, vitia ejus fovendo, mox Theoctistum collegam apud eum criminatus interfici curavit: cujus cædem cum Theodora indignè ferret, hanc quoque aulâ expulit. Regiæ Urbis Patriarcha erat tum temporis Ignatius sanctissimus vir, Bardæ idcircò invisus, quod ei consuetudinem cum nuru exprobrasset, eumque à sacris arcuisset: hunc ut ejiceret, Bardas Michaëlem monuit, saluti ejus consuli non posse, nisi Theodora tonsis capillis, inter sanctimoniales nomen daret. Cum igitur Patriarcha Augustam, quæ id vitæ genus aversabatur, à se violatum iri negasset, hunc sede dejecit Michaël, eique Photium substituit. Curopalata deinde factus Bardas ex Comite Domesticorum, ac post biennium circiter, hoc est anno 860. Cæsareâ dignitate auctus est: sed iisdem artibus quibus Theoctisto necem paraverat à Basilio Macedone appetitus, contra interpositam fidem interfectus est in castris anno 866. Kalendis ipsis Aprilis.

BASILII *familiæ, ac præterea Romani Lecapeni, & Constantini Monomachi numismata in unâ tabulâ exhibuit Ducangius, in qua hæc notanda videntur.*

Num. 1. IHS XDS REX REGNANT. ita habetur in descr. sed in tabulâ IHS XDS XEX XETXANT.

Num. 2. BASIL S CONSꞆ BA. ita in tabulâ, & quidem rectè; at in descr. BASIL S CONS ZOA. Ejusmodi porro nummi ad utrum Basilium, Macedonemne, an Bulgaroctonum referendi sint, nescio; sed Bulgaroctono ttibuere malim.

Num. 4. ✠ LЄON BASIL CONSꞆ AЧ. hanc lectionem tabulæ libenter amplector, nec placet emendasse Ducangium in descr. CONSTAN. ibidem in aversâ ЄN ΘO, Ducangius scripsit EN ΘEO.

Num. 6. in imâ parte RIKM. legi monet Ducangius, at illæ literæ in tabulâ non comparent.

Num. 8. LЄON S ALЄXAnCROS perspicuè malè: Ducangius legit ALEXANDROS.

Num. 9. CONSTANT DASIL. nemo non videt legendum esse BASIL.


Num. 11. Postremam epigraphes literam non perspexit Ducangius; R. est, & legendum AЧGG B R.

Num. 14. CЄ CONSTAN Cn XM. monstrum hoc est, sed vera lectio facilè restituetur, CЄ CONSTAN Єn Xω.

Num. 18. Corona profectò laurea est in tabulâ, tametsi querceam esse scribat Ducangius.

Num. 19. CONSꞆANTI CЄ ZOH B. ita habetur in tabulâ; quæ lectio cum sana esset, emendavit eam Ducangius, CONSTANTIC ET ZOH B. Nummus hic nec ad Constantinum Monomachum, nec ad Zoën Theodoræ sororem pertinet, sed ad Constantinum Porphyrogenitum, qui hic imberbis ac penè puer effictus est, & Zoën ejus matrem; cusus scil. postquam Zoë, ejecto ex aulâ Nicolao Patriarcha, summæ rerum tutricis filii nomine præesse cœpit: idque in collocandis ex ordine nummis secuti sumus.

Num. 21. DN ZOЄ ЄꞆ ꞆHЄωΔOPA. Ducangius habet THEODORA.


BASILIUS
LEO
ALEXANDER
CONSTANTINUS
ROMANUS
ROMANUS LACAPENUS
BASILIUS ET CONSTANTINUS
ZOE
CONSTANTINUS
P Giffart del et sculp

# BASILIUS.

BASILIUS Adrianopoli obſcuris parentibus natus, cum è Macedoniâ Conſtantinopolim veniſſet, Michaëli Imperatori ob ſingularem in equis curandis ſolertiam oblatus, ab eo Protoſtrator primum, deinde Cubicularius, poſtremo Patricius & Magiſter factus eſt. Interfecto dehinc Barda Cæſare, adoptatus à Michaële, Imperator appellatus eſt anno 866. die Maii 26. Baſilii pietatem, induſtriam, ac cæteras virtutes mirum in modum prædicat Conſtantinus ejus nepos, eumque prodit ſedulò operam dediſſe, ut Michaëlem à ſceleribus & nequitiis ad bonam frugem revocaret; alii contra Michaëli vernaliter ancillatum eſſe teſtantur, ejus juſſu Mariam uxorem repudiaſſe, & Eudociam Ingerinam duxiſſe, quâcum Michaël ſtupri conſuetudinem exercebat: poſtremo ex eâ natos vivo adhuc Michaële liberos duos Conſtantinum & Leonem, non Baſilii, verum Michaëlis ipſius filios fuiſſe. Utut ſit, cum Baſiliſciano cuidam remigi Imperium obtuliſſet Michaël, Baſilius eum per inſidias interfecit anno Chriſti 867. die 24. Septembris, ac deinceps ſolus imperavit. Univerſa Dalmatia tum temporis excuſſo Imperii jugo, ſui juris erat: ſed cum eam perinde atque Italiam Saraceni infeſtarent, auxilia ſibi ab Imperatore mitti petierunt, ejectiſque barbaris ſtipendiarii Imperii iterum facti ſunt. Varia deinde bella cum Saracenis geſta in Aſiâ, illicque everſa Tephrice, captæ aliquot urbes, Manichæi debellati; ſed cum Saracenis Africæ in Siciliâ & Italiâ diu & ſæpe ancipiti marte pugnatum eſt: poſtremo Syracuſæ anno 878. in hoſtium poteſtatem venerunt, ac dehinc pleræque Siciliæ urbes ab iis everſæ ſunt. Baſilii ætate ingentes turbas in Eccleſiâ concitavit Photii ambitio: Ignatium anno 868. reſtituerat Princeps, expulſo Photio, contrà quem etiam ſynodum Conſtantinopoli haberi curavit; ſed Ignatio anno 878. extincto, Baſilius Santabareni cujuſdam & ipſius Photii præſtigiis illuſus, hunc revocavit, & in ſedem reſtituit. Qui, ut injurias, quas ſibi à Romanis Pontificibus illatas exiſtimabat, ulciſceretur, Romanam Eccleſiam criminari non deſiit, donec Orientis Eccleſias ab eâ avulſiſſet: atque hoc initium fuit Schiſmatis Græcorum, qui gratiam quidem interdum, ſed nunquam ferè ex animo cum noſtris reconciliarunt. E quatuor filiis quos Baſilius ex alterâ uxore ſuſceperat, natu minimus cui nomen Stephano, in ſacrum ordinem adlectus eſt, cæteros diverſis temporibus pater ad communionem Imperii vocavit; ſed Conſtantinus anno 879. extinctus eſt: Leo verò, cum in odium incurriſſet Santabareni, patris vitæ inſidiari inſimulatus, in carcerem conjectus eſt, poſt tres menſes tamen libertatem recuperavit. Mortem obiit Baſilius anni 886. Kalendis Martiis, cum annos 18. menſes quinque, & aliquot dies à Michaëlis cæde imperaſſet.




Æ. II.




c.f.

## NUMISMATA AUREA.

DN BASILIVS P F PERPETVVS. Imperator barbatus cum camelaucio, dextrâ gestat librum, sinistrâ globum crucigerum.

ihs XDS REX REGNANT. (1) Christi protome sinistrâ librum Evangeliorum tenentis, dextrâ elatâ.

BASILE CONSTANTIN..... Duo Imperatores unà crucem tenent.

ihs XPS REX REGNANTIVM. Christi effigies. *Regius.*

BASILIOS ET CONSTANTIN. Duo Imperatores ut suprà.

ihs XPS REX REGNANTIVM. Christi sedentis effigies cum libro Evangeliorum. *Regius.*

✠ BASIL C CONSTANTIN B. Duo Imperatores cum stemmatibus crucigeris unà crucem tenentes, qui à dextris est, altior.

✠ ihs XS REX REGNANTIVM. Protome Christi sinistrâ librum Evangeliorum tenentis. *Ducang.*

✠ BASIL C CONSTANTIN b R. Duo Imperatores ut suprà.

✠ ihc XIS REX REGNANTIUM. Christi protome, sinistrâ librum Evangeliorum tenentis, dextrâ volumen. *Brandenburg.*

BASILIOS BASILEUS. Basilius à fronte, ad pectus cum trabeâ, dextrâ crucem oblongam, lævâ globum crucigerum tenet.

✠ ihc XPS REX REGNANTIUM. Caput Christi ut suprà. *Fontaine.*

(1) Hunc nummum ex Strada exscripsit Ducangius, sed adulterinum probat capitis epigraphe; in aversâ parte pro XDS. legendum XPS. ut in sequentibus.

## NUMISMATA ARGENTEA.

BASILIOS BASILEVS. Basilius cum vestitu Imperiali, & coronâ cruce insigni, sedens à fronte, dextrâ elatâ tenet quiddam, sinistrâ ad pectus compositâ.

✠ BASILIOS EN ΘEO BASILEVS ROMEON. (1) (sic) in mediâ nummi areâ. *Fouc. Nummus maximæ formæ.*

(1) Sequentem Inscriptionem uni è turribus Regiæ urbis insculptam, jam exhibuimus lib. VII. Antiq. CP.

ΟΝ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΘΡΑΥΣΜΟΣ ΕΝ ΜΑΚΡΩ ΧΡΟΝΩ
ΚΛΥΔΩΝΙ ΠΟΛΛΩ ΚΑΙ ΣΦΟΔΡΩ ΡΗΓΝΥΜΕΝΗΣ
ΠΕΣΕΙΝ ΚΑΤΗΝΑΓΚΑΣΕ ΠΥΡΓΟΝ ΕΚ ΒΑΘΡΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΗΓΕΙΡΕΝ ΕΥΣΕΒΗΣ ΑΝΑΞ.

## NUMISMATA Æ. II.

BASIL S CONST bA. Duo Imperatores cum stemmatibus crucigeris sedentes, una labarum tenent; qui à dextris est, altior.

✠ BASILIVS S CONSTANTINOS EN ΘO BASILEIS POMAION. in medio nummo. *Ducang.*

✠ LEON bASIL CONST AY. Tres Imperatores cum stemmatibus crucigeris, medius altior cum loro, alii cum paludamento.

✠ bASIL CONSTANT S LEON EN ΘO BASILES ROMEON. (1) in medio nummo. *Regius. Ducang.*

(1) Non BASILES. sed BASILIS. hoc in nummo legit Ducangius.

# EUDOCIA.

EUDOCIA Ingeris filia, altera Basilii uxor fuit, eique liberos octo, mares quatuor ac totidem feminas peperit. Ejus formam & pudicitiam commendat Constantinus ejus nepos, alii consuetudine stupri cum Michaële Imperatore infamem fuisse tradunt, & quos vivo Michaële peperit liberos duos

duos Constantinum & Leonem, non Basilii, verum Michaëlis filios fuisse testantur. Addunt iidem post multos annos eandem Nicetæ Xylinitæ amore captam fuisse, quod cum Basilius percepisset, Nicetam in Monasterium detrusit. Eudociæ filiarum nomina non recensent Scriptores; hoc unum monent eas inter sanctimoniales adlectas fuisse: de Eudociâ ipsâ, quo anno vivere desierit, non memini legere.

# CONSTANTINUS.

Constantinus maximus natu Basilii & Eudociæ Ingerinæ filius, Augustus à patre appellatus est anno 868. ante obiit quàm ullum virtutis specimen dare potuerit, scilicet tredecim duntaxat annos natus: mortem ejus ad annum 879. pertinere constat.

# LEO VI. SAPIENS.

Leo, vulgò Sapiens dictus, alter Basilii & Eudociæ filius, Imperator à patre appellatus est anno 870. quinque fermè annos natus: anno 885. patris vitæ insidiari insimulatus, in carcerem insons conjectus est: sed eum post tres menses rogante Senatu Basilius dimisit, huicque anno sequenti moriens Imperium reliquit. Photius statim sede dejectus, Santabarenus, qui Leonem reum fecerat, in exilium missus est. Assiduis bellis quandiu imperavit, exercitus fuit Leo: in Italiâ adversus Aionem missus Constantinus mensæ Præpositus, copiis penè ad internecionem deletis, fugâ sibi ipse consuluit: deinde tamen Symbatius Italos vicit, ac Beneventum cepit. In Thraciâ Symeon Bulgarorum Princeps Græcos gravissimis cladibus affecit, ipse haud multo minores à Turcis sive Hungaris accepit; sed statim atque ab horum metu liber fuit, Leonem ita terruit, ut captivos quos à Turcis emerat, illi remiserit. Haud benigniori fortunâ adversus Saracenos usus est Leo, quippe à quibus aliquot urbes, atque has inter Thessalonica, expugnatæ sint; de his tamen variis temporibus præclaras victorias retulere Andronicus Ducas & Himerius; sed hic anno 903. cæsus est. Tzautzæ operâ potissimum utebatur Leo initio Imperii, quem etiam novo honoris titulo *Imperatoris patrem* appellavit: cum hujus filiâ Zoë consuetudinem stupri aliquandiu habuit, dehinc Theophanone uxore extinctâ, meretricios amores nuptiis conglutinavit: sed post Zoës mortem Tzautzas Leonis gratiam haud diu retinuit, quippe quem vivâ adhuc filiâ insidiis sæpè appetierat: itaque gravissimorum criminum reus delatus, eâdem quâ universa ejus familia, ruinâ corruit. Samonas deinde rerum potitus est, vir improbissimus, nec Tzautza commodior, qui optimatibus quibusque periculum capitis creabat: interea Leo tertiam uxorem Eudociam duxit, ac deinde quartam, Zoën scilicet Carbonopsinam: quas nuptias cum Nicolaus Patriarcha negaret jure celebratas fuisse, eâque de causâ Leonem Ecclesiæ liminibus arcuisset, in exilium ejectus est, huicque substitutus Euthymius. Vivere desiit Leo anno 911. die 11. Maii, cum annos 25. menses 2. dies 10. à patre morte imperasset.

## NUMISMATA AUREA.

LEON BACI. CONSTANTINOC KE. Leo & Conſtantinus coronâ ex margaritis & gemmis, necnon cruce inſigni redimiti, infrà medium pectus : in parte ſuperiore crux.

LEONVSSESSON CONSTANTINOC O NEO C. Leo & Conſtantinus, alter major cum barbâ, alter minor imberbis, typo quo ſuprà, nec dextrâ, nec ſiniſtrâ apparente : ſupernè crux. *Fouc.*

## NUMISMATA ARGENTEA.

✠ LEON EN XW EVSEBHS BASILEVS RWMAIWN. in medio nummo.

IHSVS XRISTVS NICA. Crux inſiſtens gradibus in medio nummo : in imâ parte globulus. *Ducang.*

LEON S CONSTANTINE EC ΘEW BASILIS ROMAION. in medio nummo.

IHSVS XRISTVS NICA. (1) Crux gradibus inſiſtens in medio nummo. *Brandenburg.*

(1) Nummum hunc Erud. Begerus referebat ad Leonem Iſaurum, quod peſſimo, aut potius nullo conſilio ab eo factum eſſe nemo non intelligit, cum hæc nomina Imperatorum in medio nummo ſcribendi ratio, hujus ſit ætatis in quâ verſamur, ut è Baſilii nummis conſtat.

## NUMISMATA Æ. II.

LEON BASILEVS ROM. Imperator cum ſtemmate crucigero, ſiniſtrâ volumen tenet.

✠ LEON EN ΘEO BASILEVS ROMEON. in medio nummo. *Regius. Bau. RE. Le Roy. Ducang.*

LEON S ALEXANDROS. Duo Imperatores cum ſtemmatibus crucigeris ſedentes, una labarum tenent ; qui à dextris eſt ; altior.

✠ LEON S ALEXANDROS BASIL ROMEON. in medio nummo. *Bau. Ducang.*

### *Numiſmata incerti metalli ac moduli.*

LEON BASILEVS ROM. Imperator cum ſtemmate crucigero, ſiniſtrâ volumen geſtat.

M. magnum, cum cruciculâ ſuprâ, & infrà inter crura B. in medio nummo : ad latera crucicula. (1) *Ducang.*

(1) Nummum hunc, primùm an genuinus ſit, dubito ; deinde ſi genuinus eſt, vix adducor ut credam Leonis Sapientis eſſe : crediderim potiùs referendum eſſe ad Leonem Armenum ; quominus enim Iſauro aut Chazaro tribuatur, obſtare videtur Βασιλέως Ῥωμαίων appellatio, quam recentiorem eſſe in nummis quidam opinantur.

---

# THEOPHANO.

THEOPHANO, Conſtantini Martinacii & Annæ filia, Leoni Sapienti nupſit ſub annum 880. femina ſingularis exempli, eximiâque in Deum pietate commendanda : eam peperiſſe filiam, cui Eudociæ nomen, eamque in infantiâ mortuam eſſe produnt nonnulli : anno 892. vitam hanc meliore commutavit : Leo ejus conjux, qui vivam neglexerat, mortuam coluit, & ſanctitate ejus perſpectâ, ædem ſacram in ejus memoriam conſtrui curavit : eam Græci quotannis colunt die 16. Decembris.

# ZOE.

Zoe Styliani Tzautzæ filia, Theodoro Guniatzitæ nupſit, quo extincto, Leoni Imperatori ſe permiſit, cum eoque ſtupri conſuetudinem aliquandiu habuit, ac poſtremo ei nupſit anno, ut videtur, 893. Auguſtam ſtatim appellatam fuiſſe, eâque dignitate annum unum & octo menſes potitam, vitâ exceſſiſſe tradunt ſcriptores. Leoni filiam peperit Annam nomine, quam poſt matris obitum Leo Auguſtæ titulo ornavit.

# EUDOCIA.

Eudocia virgo inſignis formæ, ex Obſequii Themate oriunda, tertia fuit Leonis uxor, Auguſtaque ab eo appellata eſt, anno 896. Hanc una cum filio ex partu extinctam produnt auctores.

# ZOE.

Zoe Carbonopsina quarta Leonis uxor, Conſtantinum Porphyrogenitum anno 905. peperit, ſequenti Leoni nupſit, Auguſtaque appellata eſt: quas nuptias cum Nicolaus Patriarcha jure celebratas negaret, Leonemque Eccleſiæ liminibus arcuiſſet, in exilium ejectus eſt, huicque ſubſtitutus Euthymius. Leone extincto, Nicolaum reduxit Alexander, Zoënque palatio ejecit; ſed matrem dehinc Conſtantinus de tutorum ſententiâ revocavit: quam poſtremo Romanus in Sanctæ Euphemiæ Monaſterium detruſit, quòd in ejus vitam conſpiraſſe deprehenſa eſſet.

# ALEXANDER.

Alexander tertius Baſilii & Eudociæ Ingerinæ filius, Imperator à patre appellatus, ſummam dignitatem retinuit imperante Leone fratre, quo mortuo anno 911. die 11. Maii, principatum pro tutore iniit, quòd Conſtantinus Leonis filius penè adhuc infans eſſet. Simulac præeſſe cœpit, Euthymio Patriarchâ expulſo, Nicolaum reduxit: Zoën Conſtantini matrem palatio ejecit; Symeonis Bulgariæ Regis legatos pacem æquis conditionibus offerentes contumeliis affectos dimiſit, nulliſque per tredecim fermè menſes, homine, nedum Principe dignis rebus geſtis, periit die 6. Junii anno 912.

# ROMANUS.

ROMANUS LECAPENUS Theophylacti Abastacti filius, variis muneribus functus sub Leone Sapiente, postremo Constantini Porphyrogeniti anno octavo in Palatium evocatus, Helenam filiam suam Imperatori collocavit mense Aprili anni 919. ipse Septembris die 4. Cæsar, die verò 17. Decembris Augustus appellatus est una cum genero, nec multo post Christophorum liberorum natu maximum ad Imperii communionem vocavit. Ejus ætate pax aliquoties confecta, ac brevi disturbata cum Symeone Bulgarorum rege, à quo etiam Constantinopolis obsessa est mense Septembri anni 923. sed Symeone mense Maio anni 927. extincto, Petrus ejus filius pacem cum Romano coluit, ejusque è Christophoro neptem Mariam uxorem duxit. Quâ affinitate firmatus Romanus, Constantinum aspernari cœpit, eique non à se solum, verum etiam à Christophoro posteriorem locum tribuit. Eodem anno Melitinenses fœdus cum Romano pepigere, cujus cum eos deinde piguisset, cæteris Saracenis sese adjunxere, bellumque aliquandiu sustinuere, sed anno 932. debellati sunt, & Melitene in Provinciam redacta. Bellum etiam cum Hungaris & Russis gestum est, sed illos muneribus placavit Romanus, illos verò Theophanis Patricii, Bardæ Phocæ, & Joannis Curcuæ operâ terrâ & mari victos penè ad internecionem cecidit anno 941. Christophorum filium Romanus anno 931. mense Augusto amiserat, eique liberi tres supererant, Stephanus & Constantinus quos anno 923. Augustos appellaverat, & Theophylactus Regiæ urbis Patriarcha; sed in senium vergens Romanus cum Imperii res testamenti tabulis ordinaret, Constantino genero primum inter Augustos locum restituit, filiosque, si ordinem illum perturbare conarentur, Imperio deturbari jussit. Quod cum Stephanus indignè ferret, patrem palatio ejectum in Insulam Proten relegavit die 20. Decembris anni 944. Illic Monachum induisse Romanum, ac primùm quidem mira pietatis specimina edidisse, deinde ut Imperium repeteret persuaderi sibi sivisse auctores produnt. Vivendi finem fecit anno 946. die 15. Junii: annos 25. ac duos dies imperavit.

## *NUMISMATA AUREA.*

ROMAN ЄT XRISTOFO AЧGGB. Duo Imperatores crucem tenentes.

IHS XPS REX REGNANTIVM. Christus sedens tenet librum Evangeliorum. *Regius.*

ROMAN ЄT XRISTOFO AЄTIB. Duo Imperatores cum stemmatibus crucigeris, unà crucem tenent.

✕ IHS XPS RЄX RЄGNANTIQM. Christus sedens, dextrâ elatâ & expansâ, sinistrâ librum Evangeliorum tenet. *Brandenburg.*

### *Nummus incerti metalli ac moduli.*

✠ ROMANO XRISTOFOR CЄ CONSTAN ЄN XΩ ЄVCЄB BASIL R. in medio nummo.

IHSΥS XRISTΥS NICA. (1) Crux gradibus insistens in medio nummo; infrà globulus. *Ducang.*

(1) Confirmat hic nummus id, quod à scriptoribus proditum est, Romanum cum aliquandiu Augustus secundo loco fuisset, postmodum contrà interpositam jurisjurandi fidem non se tantum, sed etiam filium natu maximum Christophorum Constantino genero præferri voluisse.

# THEODORA.

THEODORA Romani Lecapeni uxor, liberorum ſex mater fuit, Chriſtophori, Stephani, Conſtantini Auguſtorum, Theophylacti Patriarchæ Conſtantinopolitani, Helenæ Conſtantini Porphyrogeniti uxoris, & Agathæ quæ Romano Argyro nupſit anno 921. Theodora Auguſta appellari cœpit anno 920. die 6. Januarii, vivere deſiit die 20. Februarii anni 922. ejus cadaver in Myrelæi Monaſterio conditum eſt.

# CHRISTOPHORUS.

CHRISTOPHORUS Romani Lecapeni & Theodoræ filius natu maximus, Etæriarcha in patris locum ſuffectus anno 919. menſe Aprili; ſequenti anno die Maii 17. Auguſti titulo auctus eſt. Sophiam Nicetæ Magiſtri filiam uxorem duxerat, quæ anno 922. Auguſta appellata eſt, annoque 945. in Caniclii ædes tonſis capillis detruſa eſt: ex eâ liberos duos ſuſtulit, Mariam quæ Petro Bulgarorum Regi nuptum collocata eſt anno 927. & Michaëlem, qui calceis quidem purpureis, quandiu Romanus ejus avus imperavit, cohoneſtatus eſt; ſed anno 945. Conſtantini Porphyrogeniti juſſu in Clericum tonſus eſt. Vivere deſiit Chriſtophorus anno 931. menſe Auguſto.

# STHEPHANUS.

STEPHANUS alter Romani Lecapeni & Theodoræ filius, Imperator à patre appellatus eſt die 25. Decembris anni 923. anno 933. uxorem duxit Annam Gabalæ filiam, cui ſtatim Auguſtalis corona impoſita eſt: Romanum filium ex eâ ſuſcepit, quem Conſtantinus Porphyrogenitus caſtrari juſſit. Cum Romanus poſtremis tabulis juſſiſſet primum inter Auguſtos locum Conſtantino Porphyrogenito reſtitui, id indignè ferens Stephanus patrem ſuum Palatio ejecit, & in Inſulam Proten relegavit anno 944. die 20. Decembris: ſed ipſe poſt quadraginta dies Imperio deturbatus eſt, & in Prœconſum Inſulam, deinde in Leſbon relegatus, iniquam illic fortunam forti animo per 19. annos tuliſſe fertur. Quidam tamen eum Theophanonis Romani Jun. viduæ juſſu interfectum fuiſſe tradunt, quòd fugam moliri videretur.

# CONSTANTINUS.


CONSTANTINUS tertius Romani Lecapeni & Theodoræ filius, Imperator à patre appellatus eſt anno 923. die 25. Decembris. Uxorem duxit Helenam Adriani Patricii filiam; hac extinctâ, pater ei alteram nup-

tum tradidit, cui nomen Theophano, quæque è Mamantis genere orta dicebatur. Cum Romanum patrem Palatio deturbatum in exilium ejecisset die 20. Decembris anni 944. ipsi post quadraginta dies abrogatum est Imperium, ac Tenedum primum, deinde in Thraciam deportatus est; ubi rebellionem molitus, interfectoque Protospathario Niceta, cui ejus custodia commissa erat, ipse à reliquis custodibus cæsus est. Funus ejus Constantinopolim in Myrelæi Monasterium illatum, & in eodem tumulo, in quo prioris ejus uxoris, conditum est.

# CONSTANTINUS VI. PORPHYROGENITUS.

CONSTANTINUS cognomento PORPHYROGENITUS, quod in eâ Palatii parte, cui Porphyra nomen, natus esset, Leonis Sapientis & Zoës Carbonopsinæ filius fuit. Imperator à patre pænè adhuc infans appellatus, huic successit anno 911. sub tutelâ Alexandri patrui & Imperatoris; quo extincto die 7. Junii 912. Constantinus septennis Imperium solus tenuit. Imperii curam tum capessiere Nicolaus regiæ urbis Patriarcha, Stephanus Magister, & Joannes Eladas: haud multo post Zoë Augusti mater rerum administrationi præficitur, quæ post mortem Eladæ Patriarcham aulâ deturbavit: postremo Romanus Lecapenus, occupato Palatio, novo honoris titulo custos fit & pater Imperatoris, cui filiam Helenam collocat mense Aprili; deinde Cæsareâ dignitate auctus, postremo in communionem dignitatis & potentiæ vocatur mense Decembri anni 919. Constantinum sub ipsa Imperii initia gravis conspiratio exceperat, Constantini Ducæ, qui urbem ipsam pænè jam invaserat, & suâ temeritate magis, quàm tutorum virtute & peritiâ periit; postea verò gravissimæ clades à Bulgaris acceptæ, à quibus etiam capta Adrianopolis, quam Romani deinde pecuniâ redemêre. Quæ dehinc Romano Lecapeno imperante gesta sunt per sex & viginti annos, suo loco narravimus, nec est cur in iis immoremur, cum in partem curarum Constantinus non venerit, sed in libris aut legendis aut describendis ætatem triverit: sed anno 944. Stephanum Romani filium, ut Imperium parenti abrogaret, impulit, & post quadraginta dies, hoc est die 27. Januarii anni 945. Stephanum ipsum, & Constantinum ejus fratrem incautos cepit, & in Insulas deportavit; ac deinceps solus moderari cœpit Imperium, quod per ebrietatem & socordiam ad decimum-quintum annum usque protraxit. Aliquot tamen hujus ætate victorias de Barbaris relatas constat: primum enim Saracenorum classis à Basilio Hexamelita Cibyræotarum Duce aut combusta aut capta est: deinde Neapolis, quæ cum Saracenis fœdus fecerat à Mariano Argyro obsessa, deditionem facere coacta est, receptaque est Apulia, cum non Siciliæ solum, verum etiam Africæ Saraceni semel atque iterum prælio victi pacem impetrassent. Asiæ etiam Saracenos per Duces compescuit Constantinus; primùm per Bardam Phocam, deinde per Basilium Accubitorem, à quo capta Samosata, postremo per Nicephorum & Leonem Phocas Bardæ filios. Hungaros etiam, cum Thraciam invasissent, Pothi Argyri operâ victos, & castris exutos ferunt. Sunt qui scribant, Constantinum Romani filii parricidio sublatum; quiscil. venenum illi per Nicetam mensæ administrum propinarit: ututsit, vivere desiit anno 959. die 9. Novembris, cum impe-

rasset annos cum patre, Alexandro patruo, & matre 13. cum Romano 26. solus 15. Qui vitam ejus scripsit auctor incertus post Theophanem, ejus ingenium, & eruditionem mirificè extollit; alii non ineruditum fuisse tradunt, nec omnino infantem; quod ex ejus scriptis quæ adhuc extant facilè percipitur; quæ profectò haud inutilia sunt; sed in iis nec judicium, nec diligentiam, nec ipsum denique stylum auctoris laudes.





## NUMISMATA AUREA.

CONSTANTINOC ........ Duo Imperatores cum stemmatibus crucigeris, crucem intermediam uterque tenentes dextrâ.

ihs chs REX REGNANTIVM. Christus codicem Evangeliorum sinistrâ tenens, dextrâ elatâ benedicentis ritu. *Fouc.*

CONSTANT ЄΓ ROMANVS ......... Duo Imperatores ut suprà.

ihs chs REX REGNANTIVM. Christus ut suprà. *Fouc.*

CONSTANT ЄΓ ROMAN AqGG BA. Duo Imperatores cum stemmatibus crucigeris, unà crucem geminam tenent.

ihs XPS REX REGNANTIVM. Christus ut suprà. *Ducang.*

CONSTANT ... Є ROMA ... Aq ... Duo Imperatores ut suprà.

✠ ihs chs REX REGNANTIVM. Christus ut suprà. *MMA.*

CONSTANT ЄΓ ROMANЄ AVG GER. Duo Imperatores cum stemmatibus crucigeris, qui à dextris est cum loro, qui à sinistris cum paludamento, crucem longiorem unà tenent.

✠ ihs XPS REX REGNANTIum. Christus ut suprà. *Brandenburg.*

CONSTANT CЄ ROMAN AqGG b R. Duo Imperatores ut suprà.

ihs XPS REX REGNANTIVM. (1) Christus ut suprà. *Regius.*

(1) Ita, AqGG BR. legi debet in nummis apud Ducangium & Begerum: nec enim ferri potest, quod in Begeriano nummo legitur GER. ac si Constantinus & Romanus Germanici dicti sint.

## NUMISMATA Æ. II.

CONSTANT BASIL ROM. Imperator cum stemmate crucigero, sinistrâ globum crucigerum tenet.

✠ CONST Єn ΘЄO bASILЄVS ROMЄON. in medio nummo. *Regius. Ducang.*

CONSTANT BASIL ROM. Imperator cum stemmate crucigero, habitu Consulari seu cum loro, dextrâ tenet narthecem, sinistrâ globum crucigerum.

✠ CONSTANTIN Єn ΘΟ BASIL ROM. in medio nummo. *Bau. Ducang.*

CONST ЄΓ ROMAN b ROM. Duo Imperatores cum stemmatibus crucigeris, habitu Consulari seu cum loro, unà globum, cui insistit longior crux, tenent.

✠ CONST ЄT ROMAN ЄN XRIST b ROMЄΩ. (1) in medio nummo. *Ducang.*
✠ CONSTANT ЄT ZOH bI. Conſtantinus & Zoë una crucem duplicem tenentes.
✠ CONTANTINOS Є ZOH bASILIS ROMЄON. in areâ nummi. *Regius.*
CONSTANTI CЄ ZOH b. Conſtantinus & Zoë, cum ſtemmatibus crucigeris, unà crucem duplicem tenent.
✠ CONSTANTINO CЄ ZOH bASILIS ROMЄON. (2) in medio nummo. *Ducang.*
CONSTANT CЄ ZOH B. Conſtantinus & Zoë ut ſuprà.
✠ CONSTANTINO CЄ ZOH BASILIS ROMЄON. in medio nummo. *Fontaine. Bau.*

(1) Inſcriptionem ſequentem poſitam in baſi Coloſſi ſtructilis, qui erat in Hippodromo CP. jam exhibuimus lib. VII. Antiq. CP.

ΤΟ ΤΕΤΡΑΠΛΕΥΡΟΝ ΘΑΥΜΑ ΤΩΝ ΜΕΤΑΡΣΙΩΝ
ΧΡΟΝΩ ΦΘΑΡΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΝΥΝ ΔΕΣΠΟΤΗΣ
ΟΥ ΡΩΜΑΝΟΣ ΠΑΙΣ ΔΟΞΑ ΤΗΣ ΣΧΗΠΤΟΥΧΙΑΣ
ΚΡΕΙΤΤΟΝ ΝΕΟΥΡΓΕΙ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ
Ο ΓΑΡ ΚΟΛΟΣΣΟΣ ΘΑΜΒΟΣ ΗΝ ΕΝ ΤΗ ΡΟΔΩ
ΚΑΙ ΚΑΛΧΟΣ ΟΥΤΟΣ ΘΑΜΒΟΣ ΕΣΤΙΝ ΕΝΘΑΔΕ.

(2) Nummum hunc Erud. Ducangius retulerat ad Conſtantinum Monomachum, cujus Zoë Auguſta uxor fuit: nos verò omnes hoſce nummos ad Conſtantinum Porphyrogenitum, dum ſub tutelâ matris Zoës imperaret, pertinere arbitramur, ut ad tabulam Ducangii monuimus ſuprà.

## HELENA.

HELENA Romani Lecapeni filia, Conſtantino Porphyrogenito nupſit anno 919. menſe Aprili, eique liberos quinque peperit, Romanum, Theodoram quæ Joanni Zimiſcæ nupſit, Agatham, Theophanonem & Annam: & ſorores quidem Romanus Imperator in Caniclii ædes detruſit; matrem verò in honore habuit: ſuperſtite Romano, ante annum 963. obiiſſe videtur.

## ROMANUS JUN.

ROMANUS JUNIOR, Conſtantini Porphyrogeniti & Helenæ filius, patri in Imperio ſucceſſit anno 959. die 9. Novembris, anno ætatis vigeſimo primo, cum paulo ante Auguſtus appellatus eſſet. Hoc imperante Nicephorus Phocas Cretam Saracenis eripuit anno 961. inde in Orientem tranſiens, Chabdanum Chalepenſem Sultanum fudit, & Chalepum, ſive Berhœam, urbeſque complures expugnavit. Memorabilis eâdem tempeſtate fuit Leonis Phocæ Nicephori fratris de Apolaſaëro Saracenorum Duce victoria: ſed Romanus ipſe mollem & ſolutam indolem ad Imperium attulerat, illudque ſummâ ſocordiâ, rerumque in miniſtros, ac præcipuè in Joſephum Bringam curâ tranſlatâ, per annos tres, menſes quatuor, & quinque dies adminiſtravit. Vivere deſiit anno 963. die 15. Martii, anno ætatis 24. Bis nuptias iniit, primum cum Berthâ, Hugonis Italiæ Regis filiâ nothâ, anno 943. quæ poſt quinque annos virginitate nondum delibatâ obiit: huic Eudociæ nomen Græci dedere: deinde cum Theophanone è quâ Baſilium & Conſtantinum, ac præterea Theophanonem & Annam ſuſcepit.

NUMISMATA

## NUMISMATA Æ. II.

Ρωμ βασιλευς ρωμ..... Romanus ad pectus, cum coronâ gemmatâ, cruce in apice insigni, sceptrum tenet dextrâ, globum verò crucigerum sinistrâ.


✠ Ρωμ εν θεω βασιλευς Ρωμαιων. in mediâ nummi areâ. *Fouc.*

ρωμαν βασιλευς ρωμ. Imperator cum stemmate crucigero, dextrâ tenet narthecem, sinistrâ globum crucigerum.

✠ ρωμαν εν θεω βασιλευς ρωμαιων (1) in medio nummo. *Regim. RE. Bau. Ducang.*

(1) Ad Romanum hunc, an ad Lecapenum pertinet Inscriptio sequens? Eam insculptam esse uni è turribus Regiæ urbis jam monuimus lib. VII. Antiq. CP. cum eam exhiberemus.

ΠΑΣΙ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΜΕΓΑΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ ΕΓΕΙΡΕ ΡΩΜΑΝΟΣ ΝΕΟΝ ΠΑΜΜΕΓΙΣΤΟΝ ΤΟΝΔΕ ΠΥΡΓΟΝ ΕΚ ΒΑΘΡΩΝ.



# THEOPHANO.

Theophano altera Romani Junioris uxor, huic anno 949. nupsit, olim Anastasia dicta, & plebeiis ac cauponibus parentibus orta. Romano liberos quatuor peperit, Basilium & Constantinum Augustos, Theophanonem quæ anno 972. Othoni II. nupsit, Imperiumque Germanicum summâ industriâ & prudentiâ per novennium administravit, impubere adhuc Othone III. & Annam, quæ Uladimiro Russiæ & Moscoviæ Principi collocata est à Basilio fratre. Post Romani mortem Imperium filiorum nomine aliquot menses tenuit Theophano; sed Nicephorus Focas à militibus jussus imperare, consciâ, ut quidam voluere, Augustâ, Constantinopoli coronatus est die 16. Augusti, die verò Septembris vigesimo, Theophano in manum ei convenit, eique superstes fuit, cum ejus & Joannis Zimiscæ insidiis periisse dicatur: quo tamen anno extincta sit, incertum est; hoc unum monent Scriptores, à Zimisce ipso relegatam, & à Basilio filio revocatam fuisse.





## NUMISMATA Æ. II.

Θεοφαν.... αυτου. Theophano Augusta, cum nimbo circà caput, & cincinnis ab utrâque coronæ parte pendentibus, ad pectus cum stolâ gemmis distinctâ, sceptrum dextrâ tenet, lævâ globum crucigerum.

✠ θεοτοκ.... ομοca. (1) Deipara Virgo, utrâque manu paulisper elatâ, ad pectus, cum velo & nimbo circà caput. *Cuper.*

(1) Nummum hunc, doctissimus, nostrique, dum viveret, amantissimus Gisbertus Cuperus nobiscum communicavit: in quo nescio an literæ aversæ partis rectè descriptæ sint, has enim detritas esse vir humanissimus fatebatur. Hunc porro nummum cusum esse post Romani mortem, cum Theophano Nicephoro Focæ nondum nupsisset, rectè conjecit Erud. Leibnitzius.



# NICEPHORUS II. FOCAS.

NICEPHORUS FOCAS, Bardæ Focæ, Patricii, Magiſtri primum, deinde Scholarum Domeſtici in Oriente filius fuit; vir militiæ clarus, qui primùm Cappadociæ Præfectus, deinde Scholarum Domeſticus præclaras aliquot de Saracenis victorias in Aſiâ retulit Conſtantini Porphyrogeniti Imperio: ſub Romano Juniore Creticæ expeditioni præfectus, eam Inſulam Saracenis eripuit anno 961. deinde in Orientem profectus Chalepenſem Sultanum fudit, Chalepumque ipſam, & aliquot urbes expugnavit; Romanoque jam extincto, triumphum de Saracenis Conſtantinopoli egit anno 963. menſe Aprili; ſed cum inſidias ſibi à Joſepho Bringa qui rerum in aulâ potiebatur, parari comperiſſet, in Cappadociam ſeceſſit, illicque Joanne Zimiſce, & Joanne Curcua impellentibus, à copiis militaribus Imperatorem ſe appellari paſſus eſt eodem anno die 2. Julii. Conſtantinopolim dein ingreſſus, à Polyeucto Patriarchâ coronatus eſt die 15. Auguſti, Theophanonem Romani viduam uxorem duxit, fratremque Leonem Curopalatæ, patrem Cæſaris dignitate auxit. Hujus ſordidum & illiberalem animum Annales notant, quòd Eccleſias immenſis penſitationibus oppreſſerit: ſed idem in Ciliciâ, Syriâque ſecunda cum Saracenis bella geſſit, tum per ſe, tum etiam ductu Leonis fratris & Joannis Zimiſcæ, quem deinde tamen à militaribus ad civilia munera invitum tranſtulit. Anazarbum, Rhoſum & Adanam Ciliciæ urbes anno ejus Imperii ſecundo ab ipſo captas ferunt, anno tertio Mopſueſtiam & Tarſum, deinde verò Hierapolim in Syriâ: Antiochiam per Duces recepit. Bellum etiam per Manuelem Focam Leonis patrui filium nothum in Siciliâ geſſit adverſus Saracenos anno 964. ſed ejus imperitia graviſſimam cladem Imperio intulit: fuſo exercitu captus, ac fœdâ morte multatus eſt. Cum in odium civium, ac præſertim Joannis Zimiſcæ, & Theophanonis uxoris incurriſſet Nicephorus, horum inſidiis oppreſſus eſt in Palatio anno 969. die 11. Decembris: annos 6. menſes quinque ac dies 9. imperavit, vixit annos ſeptem ſuprà quinquaginta.




## *NUMISMATA AUREA.*

MIT ΘЄΟΤΟϹ bHΘ ΝΙϹΗF DЄS. Deipara velata cum nimbo circà caput, ad pectus cum ſtolâ, à dextris; & Nicephorus cum ſtemmate crucigero à ſiniſtris, una tenent crucem geminam: à dextris in areâ ⊖.

✝ IHS XIS RЄX RЄGNANTIVM. Chriſti caput, Codicem Evangeliorum ſiniſtrâ tenentis. *M.*

## *NUMISMATA Æ. II.*

✠ NICEF BAZILEV RΩ. Nicephorus cum ſtemmate crucigero à fronte, ad pectus, dextrâ narthecem, lævâ globum crucigerum geſtat.

Epigraphe eadem, quæ in averſâ parte ſuperioris nummi. *Bau.*

✠ NICEF EN ΘEΩ BASILEVS RΩMAIΩN. in medio nummo. *Bau.*

✠ NICIFR BAZIL RΩ. Caput Nicephori ut ſuprà.

Eadem epigraphe. Nicephorus, eodem typo, ſed crucem dextrâ geſtat, lævâ globum crucigerum.


Epigraphe eadem, quæ in ſuperiorum nummorum averſâ parte. *Bau.*

# JOANNES ZIMISCES.

JOANNES ZIMISCES è nobiliſſimâ Curcuarum familiâ ortus, Scholarum Domeſticus in Oriente factus eſt à Nicephoro Foca, quem ipſe ad capeſſendum Imperium invitaverat. Apud Adanam Ciliciæ urbem cum Saracenis congreſſus, memorabili eos prælio fudit: mox tamen à Nicephoro ad civilia munera tranſlatus eſt; quod indignè quidem admodum tulit; ſed dolorem diſſimulavit uſque ad annum 969. quo optimatum quorumdam ope Nicephorum in Palatio oppreſſit, die 11. Decembris. Imperator à conſciis appellatus, Nicephori agnatos in exilium ejecit, ſimulque ab eo damnatos, atque in iis Præſules aliquot, qui Edictô cuidam iniquo aſſentiri noluerant, reduxit: ſed cum Polyeuctus Patriarcha eum à ſe coronari poſſe negaret, quod ſeſe Nicephori cæde commaculaſſet, eos quorum operâ Nicephorus interfectus fuerat, ac Theophanonem relegavit, ipſe privatas opes in pauperes diſtribuit, ac poſtremo coronam accepit die 25. Decembris. Huic prima uxor fuit Maria Scleræna, quæ tum vivis exceſſerat; quamobrem alteras nuptias iniit, cum Theodorâ Conſtantini Porphyrogeniti filiâ, ac ſorore Romani, cujus liberos duos Baſilium & Conſtantinum ad Imperii communionem vocavit. Bellis civilibus ſub ipſa Imperii initia appetitus eſt, ac primum quidem Bardam Focam, qui Cæſaream Cappadociæ invaſerat, Bardæ Scleri operâ vicit, in eumque veniam erroris petentem hactenus animadvertit, ut tonſis capillis clericus fieret, ſedemque in Chio Inſulâ figeret; deinde verò Leonem & Nicephorum Focas inter ipſa rebellionis conſilia oppreſſit, palamque excæcari juſſos, incolumes tamen ſervavit. Aſperrimum huic bellum cum Bulgaris & Ruſſis fuit, cujus belli adminiſtrationem primum Bardæ Sclero commiſit: & ille quidem Patzinacitas ſeorſim adortus facilè cecidit, cum procerum quemdam barbârum ſuâ manu interfeciſſet, Zimiſces verò hoſtes aliquot præliis fudit: Perſthlaben & Doroſtolum cepit, ac poſtremo Sphendoſthlabum Ruſſorum Ducem ad petendam pacem compulit. Memorabile Zimiſcæ pietatis argumentum hîc narrant Scriptores: eum ſcil. confecto bello, Conſtantinopolim triumphantis more ingreſſurum, B. Mariæ Virginis imaginem quadrigis, quæ Bulgaricis conſtratæ ſpoliis erant, impoſitam ſolenni per urbem pompâ devexiſſe, ut ejus victoriæ decus in illius patrocinium transferret. Cum Saracenis etiam aſſidua bella fuere, quos variis cladibus afflixiſſe fertur Zimiſces; ſed in eâ expeditione cum infinitam cupiditatem perſtrinxiſſet Baſilii Cubicularii, qui plurimas villas juxtà Anazarbum à Nicephoro & ab ipſo

per importunitatem impetraverat, veneno ab eo dato mortuus est anno 975. die 4. Decembris, cum sex fermè annos imperasset.

*Joannis Zimiscæ, aut qui ad ejus ætatem pertinent, nummos Ducangius in tabulâ unâ exhibuit : eam hîc repræsentamus.*




## *NUMISMATA Æ. II.*

EMMANOVHL. Christi protome cum libro Evangeliorum : à dextris in areâ IC. à sinistris XC.

✠ ihsqs XRISTqs bASILEv bASILE. in medio nummo. *Regius. RE. Ducang.*
Eadem epigraphe cum eodem typo.

IC XC BASILE BASILE. (1) Crux gradibus insistens in medio nummo. *RE. Ducang.*
Eadem epigraphe cum eodem typo.

✠ ihsqs CRISTqs bASILEω bASILEYC. in medio nummo. *Brandenburg.*
ЄMMANȢHL. Christus stans cum libro Evangeliorum.

IC XC NIKA. Crux cum globulis in medio nummo. *Ducang.*
IC XC. Christus stans cum libro Evangeliorum.

IC XC NIKA. Crux cum globulis in medio nummo. *RE.*
ЄMMANȢHL. Christi protome.

MP ΘV. Deiparæ protome, manibus & brachiis expansis. *Ducang.*
IC XC. Christi protome cum libro.

MR ΘY. Deiparæ protome manibus expansis. *Regius. RE.*
Absque epigraphe. Virgo stans brachiis expansis in coronâ laureâ.

MXN. in coronâ laureâ. *Ducang.*
IC XC. Christi protome cum libro Evangeliorum.

Sine epigraphe. Crux gemina cum globulis in extremis partibus, in medio nummo. *Ducang.*

(1) Ducangius hîc legebat BACILC BACILC. sed inde nihil confici potest ; in Regio Etruriæ ita perspicuè scriptum est, ut nos exhibemus.

## *NUMISMATA Æ. III.*

EN TꙊTO NIKA. Imperator ſtans, dextrâ crucem, ſiniſtrâ globum crucigerum tenet.

ANA CЄO. (1) M. magnum, cum ſtellâ ſuprà, in medio nummo: in imâ parte ЄIS. *Ducang.*

Sine epigraphe. Imperator ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum crucigerum: à dextris in areâ R/II.

IC XC NI KA. Crux in medio nummo. *Regius. Ducang.*

ЄN TꙊTO NICA. Imperator ſtans, dextrâ crucem longiorem, ſiniſtrâ globum crucigerum tenet.

M. magnum cum ſtellâ ſuprà, in medio nummo; ad latus dextrum AΦA. ad ſiniſtrum ANA. in imâ parte CON. *Regius.*

IC XC. Chriſti protome, ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenentis.

TNOC. Rota vel ſtella, in modum crucis. *Regius.*

(1) Exiſtimabat Erud. Ducangius, hîc fortaſſe legendum eſſe ANANEΩCIC. *Renovatio* ſcil. *Imperii*; quod quidem vix adducor ut credam: videtur nummus ex eorum genere eſſe quos Monetarii iterum cuderunt, quales multos vidimus: in eo M. magnum depictum erat, & hinc inde annotum Imperatoris cujuſdam nota: dum alterum typum huic imprimere pararet Monetarius, & veterem corrupit, nec exhibuit novum.

## *Numiſmata incerti metalli ac moduli.*

EMMANꙊHL Chriſti protome.

Sine epigraphe. Virgo Deipara cum infante Jeſu ſedens: ante pedes tres Reges ſtantes munera offerunt; ſuprà ſtella: in imâ parte duæ columbæ ex adverſo ſtantes. *Ducang.*

Abſque inſcriptione. Imperator ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum crucigerum.


Sine epigraphe. (1) Chriſtus in cathedrâ ſedens, cum libro Evangeliorum, ut videtur. *Ducang.*

(1) Ad nummos Zimiſcæ hæc monet Ducangius in Diſſert. num. 27. Joannis Zimiſcæ pietatem commendat quod refert Scylitzes, cum nempe præcepiſſe ut in nummis & obolis Chriſti effingeretur imago, cum id antea neutiquam factum eſſet: Προσέταξε δὲ καὶ ἐν τῷ νομίσματι, καὶ ἐν τῷ ὀβολῷ εἰκόνα ἐγγράφεσθαι τȢ̃ Σωτῆρος, μὴ πρότερον τȢ́τȢ γενομένȢ. Quæ quidem extrema Scylitzæ verba ita capienda eſſe ſuprà allata (num 26.) conficiunt, ut Joannes Zimiſces ſolum Chriſtum in nummis primus deſcribi curaverit, cum in altera & media eorum facie Græca hæc characteribus Romanis exararentur, IESVS CHRISTVS BASILEVS BASILEON. ἐγράφοντο δὲ, ſubdit ille, καὶ γράμματα Ῥωμαϊκὰ ἐν θατέρῳ μέρει ὧδέ πη διεξιόντα, ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ. Proinde pro Zimiſciana moneta haberi debet, in cujus facie altera Chriſti protome, in altera iidem characteres viſuntur. Atque ejuſmodi quidem nummi jure Σωτηρίκιοι appellari potuere, quos Græci recentiores Conſtantino M. ex falſo rumore, vel fortean ex imperitia adſcripſerunt. Sed incertum omninò an ad hos Zimiſcæ nummos referri debeant compluſculi alii, qui nulla quidem Imperatoris imagine conſpicui, Chriſtum, aut eadem qua in Zimiſcianis, aut etiam forma alia, atque adeo alia inſcriptione effictum præferunt; quos iis adjungere viſum eſt, non quod revera Zimiſcianos eſſe velimus aſſerere, ſed quod commodiori vel certiori loco collocari vix potuerint.

# BASILIUS II.

BASILIUS Romani Junioris & Theophanonis filius, Imperator à patre appellatus, coronatuſque eſt ipſo Paſchatis die anno 960. Privatam vitam duxit ſub Nicephoro Foca: at in priſtinum ſtatum eum reſtituit Joannes Zimiſces, quo extincto, ſummæ rerum præeſſe cœpit menſe Decembri anno 975. Principatum à bello civili orſus eſt, Barda Sclero in Meſopotamiâ rebellante. In hunc Petrus Focas miſſus, facili negotio confectus eſt; Petro ſe dein adjunxit Leo Protoveſtiarius, qui duobus prœliis Scleri Duces vicit, tertio, quo Petrus periit, à Sclero ipſo victus eſt, & in ejus poteſtatem venit: concurriſſe etiam claſſes dicuntur, & Scleri claſſem à Baſilio Cubiculario diſperſam ferunt; poſtremo Bardas Focas, quem Sclerus ſub Joanne

Zimiſce devicerat, belli adminiſtrationem ſuſcepit. Hos inter ancipiti marte pugnatum eſt apud Amorium Phrygiæ urbem: poſtridie Duces ſingulari certamine congreſſi ſunt, in quo Sclerus vulnere accepto, ereptus quidem eſt à nonnullis; verùm cæteri cæſum opinati, in fugam verſi ſunt, ingentemque eorum ſtragem Focas edidit. Sclerus re malè geſtâ, cum Sultani Babyloniorum fidei ſeſe commiſiſſet, in carcerem conjectus eſt. Interea acerrimum bellum cum Samuele Bulgarorum Rege Baſilius gerebat; apud quem cum Leonem Meliſſenum affectati Imperii reum detuliſſet Contoſtephanus, relictâ Serdicæ obſidione Conſtantinopolim petiit, victuſque dum iter urgeret, & caſtris exutus eſt. Eadem tempeſtate Focas, à quo Sclerum ſuperiùs victum vidimus, tyrannidem invaſit, anno ſcil. 987. die 15. Auguſti, fœdereque ſancito cum Sclero, qui è Perſide evaſerat, Imperium cum eo partitus eſt; ſed eundem haud multo poſt in carcerem compegit; ipſe, amiſsâ jam exercitûs parte, cum in Baſilium irrueret, equo delapſus, periit anno 989. Sclerum deinde, cum arma iterum ſumpſiſſet, mox ſeſe dedidiſſet, benignè exceptum ab Imperatore, & Curopalatæ dignitate ornatum ferunt. His negotiis expeditus Baſilius, pacatâ Syriâ, Bulgaros Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam & Macedoniam devaſtantes adortus eſt, ac primum Gregorium Taronitam in Macedoniam miſit, ut Theſſalonicam valido præſidio muniret, hoſtiumque excurſiones coërceret; ſed ejus filius Aſotius, cum exploratum iviſſet, in eorum inſidias decidit; cui cum pater opem ferret, ipſe circunventus, fortiter pugnans occubuit. Gregorio Taronitæ ſuffectus Nicephorus Uranus, Samuelem Bulgarorum Regem apud Sperchium amnem incautum oppreſſit, anno, ut videtur, 975. ejuſque copias penè ad internecionem cecidit. Hanc cladem altera ſecuta, quod Aſotius Taronita, quem bello ceperat, cuique filiam nuptum collocaverat Samuel, Dyrrachium Imperatori tradidit, dein irruptione in Bulgariam factâ, aliquot circà Serdicam caſtella diruit. Anno milleſimo Urano ſuffecti Theodorus, & Nicephorus Xiphias utramque Perſthlabam & Pliſcobam cepere: ſequenti verò anno Berrhœam, Servios & Vodenam cepit Baſilius ipſe, mox Vidynum & Scopias; ſed ſingula referre non eſt noſtri inſtituti; hoc unum ſufficiet monuiſſe, nullum deinceps effluxiſſe annum, qno non aliquid in Bulgaros tentaret Baſilius; ſed maximè memorabilis anni 1014. expeditio, qua Bulgarorum militum quindecim millia capta; quos cum excæcari juſſiſſet Baſilius, eoſque ad Samuelem remiſiſſet, ſingulis centuriis uno monoculo præeunte, horum aſpectu perterrefactus, paulò poſt exanimatus eſt: Bulgaria anno demum 1019. ſubacta, cum Gabriel Samuelis filius, ac poſt eum Joannes Wladiſlaus Samuelis fratris filius bellum ſuſtinuiſſent. Traditum eſt à nonnullis Baſilium voviſſe Monachum ſe fore, ſi vinceret; ac damnatum voti, quod reliquum vitæ fuit, Monachi cultum ſub Imperii inſignibus occultè gerentem, à concubitu & carnibus abſtinuiſſe. Utcunque ea res ſe habeat, Bulgariâ in Provinciam redactâ, Georgio Iberiæ & Abaſgiæ Principi bellum intulit Baſilius, eumque prælio victum regnare tamen paſſus eſt, cum pacem petiiſſet, filiumque obſidem dediſſet. Tunc etiam Nicephorus Focas Bardæ filius rebellavit, facileque oppreſſus eſt à Nicephoro Xiphia, cujus potiſſimum operâ Bulgari devicti fuerant; ſed cum Xiphias ipſe tyrannidem affectaret, Conſtantinopolim vinctus perductus eſt, ac temeritatis pœnas luit. An Baſilius uxorem unquam duxerit incertum eſt: cum annos 50. imperaſſet, obiit anno ætatis 70. Chriſti 1025. Decembri menſe: Princeps bello ſtrenuus; ſed avaritiâ & rapacitate, Græcâque calliditate præditus.



## NUMISMATA AUREA.

Sine epigraphe. Duæ figuræ Imperatorum ſtantes, unà labarum tenent.

IC XC. Chriſti protome, ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenentis. *Ducang.*

Abſque epigraphe. Duo Imperatores, cum ſtemmatibus crucigeris, unà tenent crucem geminam.

Sine epigraphe. Chriſtus cum libro Evangeliorum. *Ducang.*

✠ BASIL Є CONSTANTINЧ. Duo Imperatores ad medium pectus cum ſtemmatibus crucigeris, unà dextris tenent crucem longiorem.

ihs chs REX REGNANTIVM. (1) Chriſti protome, ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenentis. *Fontaine.*

(1) Baſilii Bulgaroctoni ſepulcro, in æde S. Joannis Evangeliſtæ in Hebdomo, inſcripti ſequentes verſus, quos ſeptimo Antiquitatum CP. libro exhibuimus.

ΑΛΛΟΙ ΜΕΝ ΑΛΛΟΙ ΤΩΝ ΠΑΛΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΝ
ΤΟΠΟΥΣ ΠΡΟΗΥΤΡΕΠΗΣΑΝ ΕΙΣ ΤΑΦΗΝ ΞΕΝΟΥΣ
ΕΓΩ ΔΕ ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ΠΟΡΦΥΡΑΣ ΓΟΝΟΣ
ΙΣΤΙΜΙ ΤΥΜΒΟΝ ΕΝ ΜΕΣΩ ΤΗΣ ΕΒΔΟΜΟΥ
ΚΑΙ ΣΑΒΒΑΤΙΖΩ ΤΟΥΣ ΑΜΕΤΡΗΤΟΥΣ ΠΟΝΟΥΣ
ΟΥΣ ΕΝ ΜΑΧΑΙΣ ΕΣΤΕΓΟΝ ΟΥΣ ΕΚΑΡΤΕΡΟΥΝ
ΑΦ'ΟΥ ΓΑΡ ΒΑΣΙΛΕΑ ΘΕΟΣ ΚΕΚΛΗΚΕ ΜΕ
ΟΥ ΓΑΡ ΤΙΣ ΕΙΔΕΝ ΗΡΕΜΟΥΝ ΕΜΟΝ ΔΟΡΥ
ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΥΣΙ ΤΟΥΤΟ ΣΚΥΘΑΙ ΚΑΙ ΠΕΡΣΑΙ
ΣΥΝ ΟΙΣ ΙΣΜΑΗΛ ΑΒΑΣΓΟΣ ΙΒΗΡ ΑΡΑΨ.

Ad Baſilium hunc pertinet etiam ſequentium Inſcriptionum altera, quæ in porta quadam urbis CP. poſita erat: priorem verò, cum Baſilius & Conſtantinus πορφυρογέννητοι non dicantur, ad Baſilium Macedonem pertinere poſſe ultro fateor; hæc turri urbis inſculpta erat, utramque vero Antiq. CP. lib. VII. jam propoſueramus.

1.

ΠΥΡΓΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΚΑΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΠΙΣΤΩΝ ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΕΥΣΕΒΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ.

2.

ΑΝΕΚΑΙΝΙΣΘΕ (ſic) ΕΠΙ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΚΑΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΩΝ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩΝ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΕΝ ΕΤΕ ΚΦΚΑ.

## NUMISMATA Æ. II.

Basil. Crux altior recruciata inſiſtens gradibus, ad latera duæ protomæ Imperatorum breviores.

✠ BASIL S CωNSTANTINOZ Єn ΘO XRISTω BAS RωMAI. in medio nummo. *Ducang.*

BASILO S CONSτ AЧGG τ. Duo Imperatores cum ſtemmatibus crucigeris, unà labarum tenent.

✠ BASILO S CONSτANτINOS Єn ΘO BASILЄIS POMAION. *Bau.*

✠ BASILIOS.... Duo Imperatores ut ſuprà.

✠ BASILI S CONSτANτINOS Єn ΘЄO BASILЄIS POMAION. *RE.*

✠ BASIL S CONSτ BASIL. Duo Imperatores una labarum tenent.

✠ BASILЄYS CONSτANτINOS Єn ΘO BASILЄIS ROMAION. in areâ nummi. *Regius.*

✠ BASIL S CONSτAN b ROM. Duo Imperatores una crucem duplicem tenent.

✠ CONSτ Єτ ROMAN Єn XRISτ b ROMЄω. in areâ. *Regius.*

# CONSTANTINUS VII.

CONSTANTINUS alter Romani Jun. & Theophanonis filius, anno 961. natus eſt, in Imperii conſortium adſcitus à Joanne Zimiſce, eo extincto imperavit cum fratre, ſed ita ut dignitatis veriùs, quàm potentiæ particeps eſſet: quamobrem Baſilio menſe Decembri anni 1025. extincto, cum Imperium ſolus teneret, ejus adminiſtrandi curam in alios transtulit. Hujus Imperio Patzinacitæ cum Bulgariam infeſtarent, à Conſtantino Diogene cæſi ſunt, Saracenorum etiam claſſis à Sami Inſulæ præfecto aut capta, aut diſperſa fertur: ſedamiſſain Oriente Chalepus, cladeſque aliquot à Saracenis illic acceptæ. Uxorem Conſtantinus olim duxerat Helenam Alypii Patricii, viri admodum locupletis filiam: ex ea natæ Eudocia, quæ cum ex peſtilenti papularum morbo faciem læſa eſſet, præ amiſſæ formæ tœdio, ſanctimonialis facta eſt, Zoë & Theodora. Hanc pater Imperii hæredem conſtituere decrevit; huicque Romanum Argyrum, virum haud dubiè nobiliſſimum in conjugem obtulit; ſed Theodorâ conjugium hoc aſpernante, cum Zoë nuptias eum inire juſſit Conſtantinus, divulsâ ab eo priori uxore, Cæſaremque appellavit. Triduo poſt, die ſcil. Novembris 12. anni 1028. vitâ exceſſit Conſtantinus, cum biennium, & undecim menſes imperaſſet, anno ætatis 68.

# ROMANUS III. ARGYRUS.

ROMANUS ARGYRUS Leonis Scholarum Domeſtici filius, priori uxore repudiatâ Helenâ, Zoën Conſtantini Imp. filiam uxorem duxit menſe Novembri anni 928. Cæſarque à ſocero appellatus, Imperium poſt ejus mortem capeſſivit. Initio moderatum ſe ac juſtum præbuit, ſummâ etiam liberalitate in omnes uſus: illud tamen minus rectè, quod Theodoram Zoës ſororem invitam in Monaſterium detruſit. Cum Chalepenſibus Saracenis bellum intuliſſet, cæſo exercitu, caſtriſque exutus, vix ipſe fugâ evaſit, ac dein immutatis in pejus moribus, infinitis exactionibus privatorum opes exhauſit. Interea tamen Syriam utcunque retinuit Georgius Maniaces Dux fortiſſimus, Edeſſamque ad Euphratem vi cepit: navali prælio etiam concurſum cum Saracenis ferunt, eoſque ſemel & iterum in fugam verſos. Zoës uxoris, quæ adulterio cum Michaële jamdiu ſeſe commaculaverat, inſidiis periit die 11. Aprilis anni 034. cum annos quinque ac menſes ſex imperaſſet.

# MICHAEL IV. PAPHLAGO.

MICHAEL PAPHLAGO Zoës Auguſtæ adulter, Imperator hujus ope appellatus eſt menſe Aprili anni 1034. eamque uxorem duxit; ſed cum morbo ſacro correptus, inſidias Auguſtæ metueret, Joannis Eunuchi fratris, cujus operâ in adminiſtrando Imperio potiſſimum deinceps uſus eſt, conſilio, poteſtatem omnem illi ademit, eamque acribus cuſtodiis ſepſit.

Conſtantinum

Constantinum Dalassenum, quòd novas res moliri insimularetur, beneficiis sibi conciliare primùm studuit: deinde fidem fallentem, una cum Constantino Duca genero, in carcerem conjecit. Hujus ætate Edessa à Saracenis magnâ vi oppugnata, Constantini Imperatoris fratris operâ retenta est: sed ingentes à Patzinacitis in Bulgariâ strages editæ; capta etiam à Saracenis Myra; postremo Georgius Abasgiæ Princeps urbes aliquot Romanis eripuit. Siciliam eâ tempestate Saraceni duo Principes tenebant; quorum alter victus auxilium à Michaële impetravit. Illuc missus Georgius Maniaces superioribus victoriis clarus, primum quidem maximis difficultatibus conflictatus est, quòd Saraceni Principes pacem inter se composuissent: verùm ut erat vir ingentis animi, Siciliam universam spe jam tum præcepit; ac primum quidem cæsis Siculis, plerasque urbes facilè cepit: deinde verò Afrorum quoque copias auxiliares memorabili prælio fudit; sed cum Stephanum Imperatoris affinem & classis præfectum, qui ejus cladis reliquias elabi siverat, duriùs increpuisset, falsis ex calumniis in vincula conjectus est; ac per ejus absentiam amissa est Insula. Gravissimum deinde bellum cum Bulgaris gestum est, quos Petrus quidam Deleanus, Regiam originem mentitus, concitaverat. Hujus defectionis accepto nuntio, Basilius Synadenus Dyrrachii Præfectus, copias statim in Deleanum eduxit, sed affectati Imperii reus delatus, in carcerem conjectus est, huicque suffectus Dermocaitas, quem Deleanus facili negotio vicit: expeditionem in Bulgaros deinde suscepisse fertur Michaël ipse, ac nescio quo pavore correptus, Constantinopolim incomposito agmine rediisse, commendatis impedimentis Manuëli Ibatzæ Bulgaro, qui Græcis tum merebat, eaque post Michaëlis discessum Deleano prodidit. Captæ tum à Bulgaris aliquot urbes, cæsique non semel Græci; postremo Alusiani Patricii operâ Romana res restituta est. Hic Aaronis filius, & Joannis Wladislai frater, cum ex offensâ quâdam Constantinopoli clam egressus esset mense Septembri anni 1040. ad Deleanum se contulit, à quo Regiæ dignitatis consors factus, exercitui quadraginta millium militum præfectus est: sed Thessalonicam adortus, à Constantino Imperatoris fratre clade exercitûs multatus est; eoque die cæsa quindecim barbarorum millia, capti numero haud pauciores, S. Demetrio pro Thessalonicâ decertante. Hac acceptâ clade Bulgari Principes, cum inimicitias exercerent, hic ob rem malè gestam sibi timens, ille proditum exercitum ratus; Alusianus collegam antevertit, & ad cœnam invitato oculos eruit, statimque ad Imperatorem profugit, à quo Magistri dignitate ornatus est. Ipse verò Michaël Bulgaros incompositos continuo adortus, facilè subjecit, & capto Ibatza, datoque Provinciæ Præfecto, Constantinopolim victor rediit. Michaëlem haud omninò malum Principem fuisse, sed Joannis ejus fratris, qui rerum in aulâ potiebatur, avaritiam ejus existimationi offecisse produnt Scriptores. Ejus Joannis consilio, Zoën conjugem, ut Michaëlem Calaphaten Mariæ sororis, & ejus Stephani qui rem in Siciliâ perdidit, filium adoptaret, compulit: quo negotio confecto, cæterarum rerum securus, in Monasterium SS. Anargyrorum secessit, ibique aliquot transactis diebus, cum parricidium à se in Romanum perpetratum detestatus esset, vivendi finem fecit anno 1041. die 10. Decembris Ejus Imperium annorum septem, & octo mensium fuit.

# MICHAEL V. CALAPHATES.

MICHAEL CALAPHATES, Stephani qui rem in Siciliâ perdidit, & Mariæ Michaëlis Paphlagonis sororis filius fuit : à Zoë Augustâ adoptatus, ac dein Augustus ejus ope factus est mense Decembri anni 1041. jurejurando præstito, se matris ac dominæ loco illam semper habiturum : statimque in cognatos omnes sæviit, Joannem Eunuchum in exilium ejecit, solumque ex avunculis Constantinum Patricium in honore habuit. Zoën deinde palatio ejecit, & sanctimonialis veste indutam in Insulam Principis deportari jussit : quod urbis regiæ plebs indignè admodum tulit, ingensque seditio orta est ; postremo cum Theodoram plerique Augustam appellarent, de summâ rerum desperans Michaël in Studii monasterium decessit una cum Constantino avunculo ; unde extracti inclinante jam die, ad Sigma perducti sunt, illicque ambobus eruti sunt oculi. Id porrò accidit anno 1042. die 21. Aprilis : ita imperium ejus mensibus quatuor, ac diebus aliquot circunscriptum est.

# CONSTANTINUS VIII. MONOMACHUS.

CONSTANTINUS MONOMACHUS, vir haud dubiè nobilissimus, cum Zoën Augustam impensiùs colere videretur, Lesbum à Michaële Paphlagone relegatus est ; deinde à Zoë restitutus, uxorem eam duxit die 11. Junii anni 1042. ac postridie Imperator coronatus est. Rerum administrationem commissam sub initia ferunt Constantino Lichudi viro integerrimo & prudentissimo ; cujus libertatem cum ægriùs ferret Monomachus, Joannem quendam in familiaritatem recepit, qui Provincias tributis exhausit, ac simul præsidiis denudavit. Duplex illum factio aggressa est sub initia Imperii ; prima Georgii Maniacis, qui ut injurias sibi illatas à Sclero Sclerænæ Monomachi amicæ fratre ulcisceretur, Normannorum auxilio rebellavit, & in Epiro victus periit ; altera Leonis Tornicii, qui Constantinopolim ipsam obsedit, ac propè partam victoriam imperitiâ corrupit : quamobrem fuso exercitu captus, ad Imperatorem una cum Vatatze perductus est, qui oculos utrique erui jussit. Civiles motus bella externa excepere : primum cum Boisthlabo Bulgaro, quem Stephanus Dyrrachii Præfectus unâ secundâ pugnâ confecit : alterum cum Russis, quos partim Græcorum classis, partim orta tempestas debellavit : sed cum Patzinacitis ac Turcis, quo diuturniora, eo graviora bella fuere. Patzinacitæ duas in factiones divisi erant, quarum alteri qui præerat Cegenes, cum bello victus Constantinopolim petiisset, & sacra nostra suscepisset, auxilium à Monomacho facilè impetravit : cum igitur patriam excursionibus devastaret, alterius factionis Princeps Tyrach Thraciam adortus est ; mox exercitu ex morbo cœliaco ægrotante, devictus est, & sacra nostra perinde atque Cegenes suscepit : sed bello captis sedes in Bulgariâ assignavit Monomachus, ex iisque delectu acto, quindecim millia stipendia in Asiâ merere jussit : qui detrectato obsequio, cæteris tribulibus sese adjunxere, Thraciamque & Macedoniam

tandiu devaſtavere, donec æquas pacis leges Monomachus iis obtulit. Orientem etiam à Turcis devaſtatum ferunt, cum excuſſo Saracenorum jugo Perſidem invaſiſſent. Monomachum fœdis cum Sclerænâ amoribus exiſtimationem ſuam læſiſſe produnt Scriptores, quam concubinæ primum, ac deinde prope juſtæ uxoris loco habuit. Huic mortuæ Zoë Auguſta haud diu ſuperſtes fuit : ſed obſidem quandam Alanam Monomachus, ut erat libidine ardens, in contubernio deinde habuit, eique Auguſtæ honores, perinde atque antea Sclerænæ, contulit. Articulari morbo correptus, cum hæredem Imperii deſignare vellet, Theodora Auguſta Palatium occupavit, nec multo poſt Monomachus è vivis exceſſit, anno ſcil. 1054. ineunte Decembri, cum annos duodecim, menſes quinque, ac dies circiter viginti imperaſſet. Nummum unum è Strada exhibuit Ducangius, in quo effictum Monomachum una cum Zoë Auguſtâ arbitrabatur : nos eum nummum cum aliis duobus propemodum ſimilibus in Conſtantino Porphyrogenito, ad quem pertinent, deſcripſimus.

## ZOE.

ZOE altera Conſtantini & Helenæ filia, Romano Argyro nuptum collocata eſt menſe Novembri anni 1028. octo & quadraginta annos jam nata : fideque conjugi minus ſervatâ, corpus ſuum commaculavit fœdo cum Michaële Paphlagone adulterio; ſtrangulato dein Romano, adulterum ad Imperium provexit, eique nupſit; ſed ille veritus ne mulier libidine ardens eadem in ſe, quæ in priorem conjugem moliretur, poteſtatem omnem Auguſtæ ademit, eamque acribus cuſtodiis ſepſit. Michaële extincto, ejus ſororis filium Michaëlem Calaphatem adoptatum, Zoë Auguſtum nuncupavit, jurejurando priùs ab eo accepto, matris illam ſe loco, ac dominæ habiturum : ſed hujus pacti continuo oblitus Calaphates Zoën in Inſulam Principis detonſis capillis deportari juſſit. Cum ejus causâ plebes regiæ urbis tumultuaretur, reducta Zoë Auguſta iterum appellata eſt die 21. Aprilis anni 1042. eique conſors Imperii addita eſt Theodora ſoror; ſed eodem anno Conſtantinum Monomachum tertium conjugem ſibi adſcripſit die 11. Junii; eoque adhuc imperante è vivis exceſſit ſeptuagenariâ major anno 1050.

### *Numiſmata incerti metalli ac moduli.*

DN ZOE FELIX AVGVSTA. Caput Auguſtæ margaritis exornatum, cum monili circà collum, ad pectus.

V. cum cruciculâ ſuprà, in coronâ. *Ducang.*

DN ZOЄ ЄT THЄωΔOPA. Duæ Imperatrices cum ſtemmatibus crucigeris ſedentes, prior globum crucigerum dextrâ, crucem ſiniſtrâ tenet; altera globum crucigerum dextrâ, ſiniſtrâ elatâ.

XX. (1) cum cruciculâ ſuprà, in medio nummo : in imâ parte ROM. *Ducang.*

(1) De utriuſque nummi ſinceritate merito dubitaveris; utriuſque enim averſa pars hujus ætatis non eſſe videtur : in priori verò ita ornata eſt Zoë, ut Auguſtæ ſolebant Theodoſii ſæculo. Uterque exſcriptus eſt è Strada.

# THEODORA.

THEODORA, tertia Conſtantini & Helenæ filia, cum Romani Argyri conjugium aſpernata eſſet, ab eo poſtmodum Imperatore in Monaſtêrium detruſa eſt, & Sanctimonialis effecta, quòd fugam in Illyricum cum Conſtantino Diogene parare inſimularetur. Michaële Calaphate in ordinem redacto, Auguſta una cum Zoë ſorore appellata eſt anno 1042. die 21. Aprilis; eâque dignitate per tres menſes potita eſt, donec rerum poteſtas ad Monomachum Zoës conjugem devenit: quo tamen imperante Auguſtæ titulum retinuit. Extincto denique Monomacho, tota rurſum Imperii authoritas ad eam rediit: quod quidem ita adminiſtravit, ut muliebris Imperii neminem pœniteret. Extremum ſpiritum agens, Michaëlem Stratioticum Imperatorem appellavit, ac poſt quinque dies ex iliaco morbo deceſſit anno 1056. diè 22. Auguſti, cum annum unum, menſes octo ac dies viginti imperaſſet.

# MICHAEL VI. STRATIOTICUS.

MICHAEL STRATIOTICUS, ſive BRINGAS, vir genere & opibus clarus, Imperator à Theodorâ appellatus eſt anno 1056. die 17. Auguſti, eâque poſt quinque dies extinctâ, imperium adminiſtrare cœpit; ſed cum Principes viros contemptim haberet, ac ſuperbè, eorum ſtatim inflammavit odia. Primus omnium Theodoſius Monomachi patruelis rebellavit intrà Urbem, ſtatimque oppreſſus, & in exilium ejectus eſt. Hunc excepit Nicephorus Bryennius Cappadociæ Præfectus, cui oculi eruti ſunt à Joanne Opſara Quæſtore: poſtremo Iſaacius Comnenus Imperator à copiis Orientis appellatus eſt anno 1057. die 8. Junii, Theodorum Eunuchum Scholarum Domeſticum vicit, & caſtris exuit. Hujus pugnæ nuntius cum ad Michaëlem perlatus eſſet, Legatos quidem ad Comnenum miſit, qui Cæſaream ei dignitatem offerrent; ſed interea jusjurandum ab optimatibus accepit, eos Comneni rationem nunquam habituros; quæ res cum optimates ipſos offendiſſet, Comnenum ut iter ad regiam urbem properaret, hortati ſunt, Michaëlemque Patriarchæ potiſſimum operâ, ut Imperio ſe abdicaret impulerunt. Id autem die ultimâ Auguſti contigit: ita Michaëlis Imperium anni unius, ac novem dierum fuit. Michaëlem in ordinem redactum, biennium vixiſſe auctor eſt Lupus Protoſpatha.



# ISAACIUS COMNENUS.

ISAACIUS COMNENUS, Manuelis Protoſpatharii filius, Orienti Præfectus à Theodorâ Auguſtâ, Michaëlem Stratioticum, qui ei ſucceſſerat, in ordinem redegit anno 1057. coronamque Kalendis Septembris accepit à Patriarcha: vir acris quidem, ſed arrogantis ingenii, idemque belli peritisſimus. Annos duos, totidem menſes, & quatuor ac viginti dies in Imperio exegit; eoque temporis ſpatio, Hungaros tumultuantes ad pacem petendam compulit, ſecundaque prælia cum Patzinacitis geſſit: ſed lateris morbo inter venandum oppreſſus, cum de ſalute deſperaſſet, regno ſe abdicavit, & cucullam Monaſticam induit in Studii Monaſterio, in quo biennium tranſegit, præclaraque pietatis & obedientiæ ſpecimina edidit, oſtiarii etiam munere functus. Id autem contigit anno 1059. die 25. Novembris, & Joanni quidem fratri Imperium obtulit, quod cum ille renuiſſet, ſucceſſorem deſignavit Conſtantinum Ducam, quo ad invadendum Imperium adjutore uſus fuerat. Comneni uxor fuit Æcatherina, è Regiâ Bulgarorum familiâ orta, quam Imperator Auguſtam appellavit; ex eâ Manuelem & Mariam ſuſcepit; ſed Manueli parentes ſuperſtites fuere; Maria verò poſt abdicatum à patre Imperium, in Myrelæi Monaſterium conceſſit una cum matre, quæ deinde mutato nomine Helena appellata eſt.




## *NUMISMATA AUREA.*

✠ ICAAKIOC BACIΛЄYC PωM. Imperator cum ſtemmate crucigero, habitu militari ſtans, dextrâ tenet narthecem ſeu labarum, ſiniſtrâ gladium.

✚ IhC XIS REX RЄGNANTIωm. Chriſtus ſedens, ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenet, dextrâ elatâ & expanſâ. *Brandenburg.*

*Conſtantini & Michaëlis Ducarum, præterea Romani Diogenis, & Nicephori Botaniatæ Numiſmata in unâ tabulâ exhibuit Cl. Ducangius: in his verò nonnulla notanda videntur.*

Num. 2. OЄCNOHOMO ROMANO. ita in cælaturâ: Ducangius inde confici poſſe exiſtimat ΘЄOTOKOC RΩMANO. aliud tamen quiddam hîc latere videtur: præterea monet Erud. vir, inter Diogenis & Deiparæ capita ſcriptum M. Θ. quæ literæ in tabulâ non comparent. In averſâ parte tabula habet IX XC. deſcr. H XC.

Num. 5. MP O. reſtitutum in deſcr. M P Θ. in averſâ parte an è ΘHKO. poſſit confici ΘЄOTOKOC, ut exiſtimavit Ducangius, alii viderint.

Num. 6. XΘKE BOHO. nemo non videt legendum eſſe BOHΘ.




# CONSTANTINUS IX. DUCAS.

CONSTANTINUS DUCAS è nobiliſſimâ Ducarum familiâ ortus, Iſaaci Comneni auctoritatem ſecutus, magno illi ad capeſſendum Imperium adjumento fuit; quamobrem in honore apud eum habitus, ac poſtremo Imperator ab eo appellatus eſt die 25. Novembris anni 1059. Hunc ſuorum conſpiratio ſub initia gravis excepit, qùam cum non ſine diſcrimine compreſſiſſet, ad Reipublicæ adminiſtrationem converſus, non peſſimum principem egit; quippe pietatis cultor, pronoque in juſtitiam animo, ſed hebes ac tardus, præterea in avaritiam propenſior; unde inviſus ſuis, hoſtibus etiam, quos muneribus, quàm armis coërcere malebat, ludibrio fuit. Orientem hujus ætate gravia à Turcis mala perpeſſum fuiſſe produnt auctores; præterea Uzi Thraciam invaſere, quibus cum obviam iviſſent Nicephorus Botaniates & Baſilius Apocapes, cæſis copiis, ipſi in hoſtium poteſtatem venerunt. Barbari tamen anno Imperii ſexto debellati Patzinacitarum ope, cum gravi peſtilentiâ conflictarentur. Externis bellis acceſſit familiaris Conſtantinopoli clades terræmotus, quo templa, & ædes multæ corruerunt: poſtremo Conſtantinus ſexagenarius vitâ exceſſit menſe Maio anni 1067. cum annos ſeptem ac menſes ſex imperaſſet, Eudociæque uxori ac liberis Imperium reliquit.

## *NUMISMATA Æ. III.*

.. ω ΔЄCΠ Ο ΔΟΥΚΑC. Imperator ſtans cum loro, ſiniſtrâ volumen tenet, dextrâ longiori nartheci innixus.

Ⓐ Æ. id eſt, Αγιος Γεώργιος. Protome S. Georgii, dextrâ gladium, ſiniſtrâ clypeum tenentis. *Ducang.*

# ROMANUS IV. DIOGENES.

ROMANUS DIOGENES, Constantini Diogenis filius fuit, viri domi juxtà & militiæ clari, qui affectati Imperii reus, sese è muro præcipitem dedit anno 1031. Romanus cum paternam gloriam factis æquaret, novas res molitus, inter ipsa rebellionis initia oppressus est anno 1067. sed hujus viri misericordiâ permota Eudocia, hactenus in eum animadvertit, ut solum vertere juberet: mox revocatum in thalami ac potestatis consortium adscivit Kalendis Januarii anni 1068. Hic in Turcas susceptâ expeditione, secunda per triennium bella fecit, plurimaque oppida recepit; sed anno 1071. captus à Barbaris Nicephorus Basilacius fortissimus Dux; deinde Uzorum defectione auctæ Turcorum vires; postremo cum in pugnâ speciem fugientis præbuisset Romanus, Joannis Ducæ Cæsaris, & superioris Imperatoris fratris filius Andronicus ordines solvit; ejusque perfidiâ cum maxima pars exercitûs periit, tum Diogenes ipse fortiter dimicans captus est. Ferunt Azanum Sultanum ad primum nuntium capti Imperatoris vix credentem constitisse: mox ad se adductum, & à Basilacio agnitum in summo honore habuisse, & amplis muneribus donatum spe futuræ pacis dimisisse: sed Diogenes minus in suis, quàm in barbaris humanitatis reperit; cum enim bellum adversus Michaëlem Ducæ filium, qui Joannis Cæsaris operâ Imperator appellatus interea fuerat, frustrà parasset, ac postremo sese dedidisset, contra fidem effossis crudeliter oculis, neque curatis vulneribus, tumente, ac vermibus scatente capite, brevi extinctus est, mense scil. Octobri, cum annos tres, ac menses octo imperasset. Funus ejus curatum ferunt ab Eudociâ uxore, quæ paulo ante relegata fuerat: ex eâ liberos duos suscepit, Constantinum Porphyrogenitum, qui Theodoram Comnenam Joannis Comneni Curopalatæ filiam, & Alexii Imperatoris sororem uxorem duxit; & Nicephorum. E priori uxore filium quoque habuit, qui post patris cædem Turcis se adjunxit, Asiamque populatus, & variis actus fatis, tandem concidit. Haud omittendum Diogenis ætate amissam Apuliam, cum ejus Præses Cyriacus pertinacibus Normannorum armis diu restitisset.




## NUMISMATA AUREA.

✠ ΘΕΟΤΟΣ ΒΟΗΘ ΡΩ ΔΕΣ. Imperator crucem oblongam tenens, à Deiparâ coronatur, suprà quam M̄ Θ̄.

IHS XPS REX REGNANTIUM. Christi effigies cum libro Evangeliorum. *Regius.*

ΘΚΕ ΒΟΗΘ ΡΩΜΑΝΩ. Imperator cum loro, & cum stemmate crucigero stans, sinistrâ gestat globum crucigerum, dextrâ ad pectus compositâ: à sinistris stat Deipara coronam Imperatori manu dextrâ imponens: suprà M Θ.

✚ IHC XIS REX REGNANTIHM. Christus sedens, sinistrâ tenet librum Evangeliorum, dextrâ expansâ. *Brandenburg.*

ΘΕΟΤΟΣ ΡΩΜΑΝΩ ΔΕΣΡ. Imperator

cum ſtemmate crucigero, ſiniſtrâ longiorem crucem geminam tenet; ejus capiti Deipara coronam imponit; ſuprà Auguſti caput prominet manus, quæ crucem videtur porrigere.

IHS XRS REX REGNANTIVM. (1) Chriſti protome cum libro Evangeliorum. *Ducang.*

ΡΩΜΑΝΩ ΑΥΥΟΜΕ. (ſic) Diogenes Imperator, cum ſtemmate crucigero à dextris, & Eudocia conjux à ſiniſtris globum unà tenent, è quo emergit crux longior.

ΘΚΕ ΒΟΗΘ. Deiparæ protome, cum figurâ Chriſti in clypeo: à dextris in areâ ΜΡ. à ſiniſtris ΘΥ. *Ducang.*

ΡΟΜΑΝΩ ΑΥΥΟΜΕ. Diogenes, & Eudocia conjux orbem crucigerum unà tenentes.

ΧΘΚΕ ΒΟΗΘ. Deiparæ effigies cum icunculâ Chriſti in clypeo. *Regius.*

(1) Nummus hic, quin idem ſit quem è Regio Theſauro primum omnium exhibeo, vix dubitare poſſum; ita in illo exhibendo multipliciter peccatum eſt à Ducangio, cum & literas quæ ſuprà caput SS. Virginis Deiparæ leguntur, omiſerit, & loco ΒΟΗΘ ΡΩ. ſubſtituerit ΡΟΜΑΝΩ.

## *NUMISMATA ÆREA*
### *incerti moduli.*

ΜΡ ΘΥ Deipara cum figurâ Chriſti.

ΘΚΕ ΡΩΜΑΝΩ ΔΕСΠΟΤΗ ΤΩ ΔΙΟΓΕΝΕΙ. in medio nummo. *Ducang.*

ΘΕΟΤΟΚΟΣ ΡΩΜΑΝΩ. Imperator cum loro ſtat, ſiniſtrâ tenens globum crucigerum, dextrâ ad pectus compoſitâ: à ſiniſtris Deipara ſtans, ejus capiti coronam imponit, ſuprà utriuſque capita, Μ Θ.

ΙC ΧC. Chriſtus in ſellâ ſedens, ſiniſtrâ librum Evangeliorum tenet, dextrâ ad pectus compoſitâ. *Ducang.*

# EUDOCIA.

EUDOCIA Conſtantini Dalaſſeni filia, Conſtantino Ducæ nupſit, eique liberos ſex peperit, Michaëlem, qui deinde imperavit, Andronicum, qui in ætatis flore immaturâ morte præreptus videtur, & Conſtantinum Porphyrogenitum, qui anno 1082. in pugnâ contrà Guiſcardum occubuit: Annam & Theodoram, quarum alterutra Dominico Silvio nupſit, & Zoën, quæ Adriano Comneno Alexii Imperatoris fratri in manum convenit. Tres ejus filii Imperatores patre ſuperſtite nuncupati fuerant, præterea Eudociæ Conſtantinus adminiſtrationem rerum eâ lege commiſerat, ut vitricum neminem liberis communibus daret: ſed contra jurisjurandi religionem Romano Diogeni nupſit Eudocia poſt ſeptem menſes, eique liberos tres Conſtantinum, Nicephorum & Leonem peperit. Diogene à Turcis capto, Eudocia anno 1071. è Palatio ejecta eſt, eique omnis poteſtas adempta: hanc anno 1096. adhuc vixiſſe docet Anna Comnena.

# MICHAEL VII. DUCAS.

MICHAEL DUCAS, vulgò PARAPINACEUS à fame quæ ſub eo invaluit dictus, Conſtantini Ducæ & Eudociæ filius fuit. Imperator à patre paulo ante quàm vitâ excederet appellatus, Imperio tamen non præfuit ante annum 1071. quo Romanus Diogenes ejus vitricus à Turcis captus eſt. Primum huic bellum cum ipſo Diogene fuit, quem Ducæ patruus Cæſar in deditionem acceptum, contrà jurisjurandi religionem excæcavit: alterum

cum

cum Turcis qui Ponticam oram armis ſubegerunt, illicque Turcomanniæ regnum fundaverunt. In eo bello cum Michaël Iſaacii Comneni & Urſelli de Balliolo nobilis Franci operâ uteretur; Urſellus ab eo defecit, ac primum quidem Iſaacium Comnenum, deinde verò Cæſarem vicit, & utrumque cepit. Tum pax cum Turcis ſancita, auxiliaque ab iis conducta ſunt à Michaële; ſed utriſque Urſellus Cæſarem ipſum oppoſuit, cum ei ſuaſiſſet, ut ſe Imperatorem appellari pateretur; & primo prælio victor, altero exercitum amiſit, captuſque eſt una cum Cæſare, quem Michaël in Monaſterium detruſit. Benigniori fortunâ uſus eſt Imperator adverſus Chrobatos, quos aliquot præliis fregit; ſed Neſtor quidam, finitimarum Iſtro gentium Præſes, affinitate cum Patzinacitarum Principe Tato contractâ, cum rebellaſſet, ingentes ſtrages edidit. Hujus defectionem ſecuta Nicephori Bryennii in Thraciâ, ac Nicephori Botaniatæ in Oriente rebellio; & Bryennius quidem cum Theodorocani copias fudiſſet, Conſtantinopolim ipſam tentavit, pacatiſque Patzinacitis, cœptis tamen excidit, quod ejus frater Joannes apud Cyzicum ab Urſello, qui regiis copiis, Imperatori reconciliatus, præerat, cæſus eſt. At Botaniates conductis Turcorum auxiliis, Nicæam primum, deinde Megalopolim recepit: ſimulque viri principes rerum præſentium pertæſi, Michaëlem è Palatio deturbarunt, & lacernâ pullâ indutum in Studii Monaſterium tranſtulerunt anno 1078. die 31. Martii, cum annos ſex, & aliquot menſes imperaſſet. Michaëlem Patriarchæ & Metropolitanorum ſententiâ Epheſi Archiepiſcopum electum ferunt; quam in urbem cum ſemel ſe contuliſſet, in Manuelis Monaſterium rediit, tandemque ſub Alexio Comneno, à quo perhonorificè eſt habitus, diem clauſit extremum.



## *NUMISMATA AUREA.*

MIXAHA S MAPIA. Michaël Ducas cum ſtemmate crucigero à dextris, & Maria Auguſta à ſiniſtris, unà crucem tenent.

X ΘKE BOHΘ. Deiparæ protome, tenentis figuram Chriſti infantis in clypeo, à dextris in areâ MP. à ſiniſtris ΘV. *Regius. Ducang.*

X MIXAHA ΔVKOC bAC. Imperator cum loro & cum ſtemmate crucigero, ſiniſtrâ tenet cruciculam, dextrâ ad pectus compoſitâ: à ſiniſtris Deipara coronam illi imponens: ſuprà inter utriuſque caput M̄ Θ̄.

X IHC XIC REX REGNANTIOm. Chriſti protome, tenentis ſiniſtrâ librum Evangeliorum. *Brandenburg.*

✠ MIXAHA BACIΛEq Caput Michaëlis cum ſtemmate crucigero, ad pectus cum loro, dextrâ narthecem, ſiniſtrâ globum crucigerum tenentis.

IC XC. Chriſti protome ut ſuprà. *Fontaine.*

# MARIA.

MARIA, Alaniæ ſive Iberiæ Regis filia, Michaëli Ducæ Imperatori nupſit, eique Conſtantinum Ducam, cognomento Porphyrogenitum peperit. In Studienſe Monaſterium una cum conjuge & filio amandata anno

1078. haud multo post Nicephoro Botaniatæ in n anum convenit: quo deturbato, in Manganense Palatium amandata est ab Alexio Comneno, ac reliquum ætatis in Monasterio degit.

# CONSTANTINUS DUCAS.

CONSTANTINUS DUCAS, cognomento PORPHYROGENITUS, Michaëlis Ducæ & Mariæ filius, sub annum 1074. natus est. Imperator à patre appellatus, in Monasterium amandatus est à Botaniata, qui sponsam ejus Helenam, Roberti Guiscardi Apuliæ Ducis filiam ad patrem remisit: postea tamen eundem in Palatium reduxit Botaniata; quo in ordinem redacto, Alexius Comnenus Constantinum Imperatoris appellatione, & Augustæ dignitatis insignibus cohonestavit. Huic se destinatam monet Anna Comnena, & Alexii consilia immaturâ Constantini morte abrupta fuisse.

# NICEPHORUS III. BOTANIATES.

NICEPHORUS BOTANIATES, filius fortasse fuit ejus Botaniatæ, cui Præfectura Thessalonicensis commissa est sub annum 1029. Cum Orientis copiis præesset, fœdere cum Turcarum Principe Cutlumo sancito, Augustum se appellavit anno 1078. imperioque facilè potitus est, quòd ad primum ejus defectionis nuntium, optimates Michaëlem Ducam in Monasterium amandarunt; quamobrem Constantinopolim ingressus, coronam à Thomâ Patriarcha accepit die 3. Aprilis; sed eum statim variæ conspirationes exceperunt: prima Nicephori Bryennii, qui sub Michaële Imperium affectavit: huic Botaniates Cæsaris dignitatem obtulisse fertur, quam Bryennius cum aspernatus esset, ab Alexio Comneno victus, & excæcatus est. Bryennii exemplum secutus Nicephorus Basilacius, cum oblatum Nobilissimi titulum respuisset, ejusdem Comneni operâ, cæso apud Thessalonicam exercitu, temeritatis pœnas luit. Haud meliori successu Constantinus Ducas, Michaëlis Imperatoris frater, quem Orientis Præfecturâ Botaniates cohonestaverat, paternum Imperium dein repetiit, sed in eum hactenus animadversum est, ut purpuram lacernâ pullâ mutare cogeretur. Postremo Alexius Comnenus, quem Botaniates summo in honore semper habuerat, cum se calumniis appeti percepisset, Botaniatam in ordinem redegit, & in Peribleptæ Monasterium detrusit anno 1081. sub finem mensis Martii, cum triennium fermè imperasset. Bis nuptias iniit, primum cum Verdenâ, quam Augustam appellavit: eâ extinctâ, Mariam Michaëli Ducæ adhuc vivo nuptam uxorem duxit.

## *NUMISMATA AUREA.*

NΙΚΗΦ ΔΕ ΤΩ ΒΟΤΑΝΙΑΤ. Imperator cum loro stans, dextrâ longiori nartheci innixus, sinistrâ globum crucigerum tenet.

IC XC. Christus in sellâ sedens, sinistrâ tenet librum Evangeliorum, dextrâ elatâ & expansâ benedicentis ritu. *Regium. Ducang.*

*COMNENORUM familiæ Numiſmata hìc ex Ducangio pro more noſtro exhibemus.*




# ALEXIUS COMNENUS.

ALEXIUS COMNENUS, Joannis Magni Domeſtici, & Annæ Dalaſſenæ filius, Proëdrus primum, deinde Nobiliſſimus, Magnus Domeſticus & Sebaſtus factus à Nicephoro Botaniata, cujus ætate aliquot tyrannos debellavit; poſtremò Botaniata ipſo in ordinem redacto, purpuram induit anno Chriſti 1081. Kalendis ipſis Aprilis, ſtatimque fratres & cognatos omnes ampliſſimis honoribus extulit, novis etiam dignitatum nominibus excogitatis; ſed cum in eorum gratiam ærarium exhauſiſſet, novas etiam pecuniæ corradendæ artes deinde extudit. Primum Alexio bellum fuit cum Roberto Guiſcardo, à quo victus fertur apud Dyrrachium, ac deinde ali-

quot urbes à Normannis expugnatas produnt; poftea tamen Robertum in fugam conjectum. Cum Turcis etiam pugnatum eft, cum aliquot Ægæi maris infulas occupaffent, è quibus facilè ejecti, opimas tamen prædas inde afportaverunt: fed adverfus Patzinacitas benigniorem fortunam experti funt Græci; tametfi enim primo prælio victoria penes barbaros fuerit, altero profligati funt, eorumque pars in Moglenorum agrum tranfportata eft. Secuta dehinc Gallorum memorabilis illa expeditio, Terram Sanctam armis repetentium, quam cum Alexius fufpectam femper duxiffet, Venetorum armis adjutus, perturbare conatus eft. Cæterum non fuccedente confilio, his conditionibus commeatu, & aliis neceffariis rebus adjuturum fe Gallos recepit, fi quæcunque cepiffent ex hofte fibi reftituerent. Atqui in iis facinoribus quæ tum à Gallis edita funt, immorari non eft noftri inftituti: hoc unum monuiffe fufficiet, noftros, cum Nicæam Græcis reftituiffent, Antiochiam retinuiffe, perfidiam Alexii qui fe deftituiffet, nec commeatus fubminiftraffet, caufatos: indeque auctas inter Græcos & Latinos fimultates. Summam rerum Alexii ætate diù penes ejus matrem fuiffe produnt: poftquam ea in Monafterium Pantepoptæ fecesfit, Imperator Irenæ uxori totum fe permifit, quæ cum Annæ natu maximæ filiæ impenfiùs faveret, Nicephorum Bryennium Imperatorem deftinaverat; fed Alexio ægrotante, Joannes ejus filius, eo non invito, Imperium occupavit. Vivere defiit Alexius anno 1118. die 15. Augufti. Annos fermè 70. vixit, imperavit annos 37. menfes 4. dies 15.

## *NUMISMATA AUREA.*

ΑΛΕΞΙΩ ΔΕϹΠΟΤΗ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ. Imperator ftans, cum pallio τετραγύρω, dextrâ narthecem, finiftrâ globum tenet; manus è nube coronam Imperatori imponit.

✚ ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. Chriftus in fellâ fedens, dextram protendit, finiftrâ Evangeliorum librum tenet: fuprà IC XC. *Ducang.*

ΑΛΕΞΙΩ ΔΕϹΠΟΤΗ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ. Imperator cum pallio τετραγύρω ftans, dextrâ tenet narthecem, finiftrâ globum crucigerum; manus è nube coronam Imperatori imponit.

✚ ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. Chriftus fedens, finiftrâ geftat librum Evangeliorum, dextrâ elatâ & expansâ benedicentis ritu: fuprà IC XC. *Brandenburg.*

ΑΛΕΞΙΩ ΔΕϹΠΟΤΗ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ. Imperatori ftanti cum labaro & orbe crucigero è nube emicans dextra benedicit.

ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. Chriftus fedens: fuprà IC XC. *Regius.*

## *NUMISMATA Æ. II.*

ΑΛΕΞΙϹ ΔΕϹΠΟΤΗϹ. Imperator Alexius ftans labarum tenet dextrâ, ut videtur, globum verò finiftrâ cum cruce.

ΜΡ ΘΥ. Virginis Mariæ typus. *Fouc.*

ΑΛΕΞΙΟϹ ΔΕϹΠΟΤΗϹ. Alexius ut fuprà.

ΑΓΙΟϹ ΓΕΩ. (1) hoc eft Γεώργιος. Caput nimbo cinctum, ad pectus cum tunicâ & pallio, dextrâ tenet veluti palmam aut gladium. *Bau.*

(1) Nummi hice duo tam ad Alexium Comnenum Ifaaci Angeli fratrem, quàm ad Alexium hunc pertinere poffunt.



# IRENE DUCÆNA.

IRENE DUCÆNA, Andronici Ducæ filia, Joannis Ducæ Cæsaris, Constantini Ducæ Imperatoris fratris, neptis, altera Alexii Imperatoris uxor fuit: prioris enim, quæ Argyro nobili & præpotenti viro nata erat, mentionem idcirco non facimus, quod privato nupsit, maritoque adhuc privato extincta est. Irene ex Alexio tres filios, & quatuor sequioris sexûs procreavit. Mares fuere Joannes Imperator, Andronicus, qui contrà Turcos viriliter pugnans, in ipso ætatis flore occubuit, & Isaacius à quo Imperatores Trapezuntini genus ducunt. Filiarum natu maxima fuit Anna Cæsarissa, quam mater præcipuâ caritate complexa est: alteri nomen Mariæ fuit, quæ Gregorio Gabræ desponsa, deinde Nicephoro Catacaloni nupsit: tertia Eudocia Constantino Jasitæ collocata est, à quo pessimè & contrà generis dignitatem habita, soluto matrimonio, in Monasterium concessit: postrema Theodora, uxor fuit Constantini Angeli, nobilis Philadelphiensis, à quo Angelorum, qui imperium post Comnenos obtinuerunt, stirps profluxit. Uxorem suam Alexius initio non admodum dilexisse fertur, quod vulgivagâ venere oblectaretur: postea tamen eam summo in honore habuit, imò Imperii administrationem ei permisit, quod cum Nicephoro Bryennio Annæ filiæ conjugi post Alexii mortem asserere destinasset, in Joannis & Isaacii filiorum odium incurrit: ac deinde Joanne imperante in Monasterium concessit, ubi mutato nomine Xene appellata est.

# JOANNES II. COMNENUS.

JOANNES COMNENUS, Alexii Imperatoris, & Irenes Ducænæ filius, natus est anno Christi 1088. quatuor annos natus, Imperator à patre appellatus, huic fatis functo successit die 15. Augusti anni 1118. invitâ, ut ferunt, matre, quæ Imperium genero Bryennio asserere conabatur. Principem hunc patre aliquanto commodiorem, benigniori etiam in bellis fortunâ usum constat; tametsi Gallis & Venetis infestus, aliquot ab his clades acceperit. Quinto Imperii anno Scythas & Hungaros Istrum transgressos profligavit, tum Persarmenios in Asiâ, de quibus etiam eodem more, quo antea Joannes Zimisces de Bulgaris triumphavit, effigiem scil. B. Virginis, quadrigis albis impositam solenni pompâ in urbem revehens. In Asiâ deinde plurimis victoriis clarus, Antiochiam usque pervenit, ut à Raimundo Principe urbem illam ex pacto reciperet; quâ spe frustratus, quòd Latini eam urbem à se Pontificis & Imperatoris nomine teneri causarentur, pervastato illius agro, per Ciliciam reversus est. Ubi in venatu sagittam intento arcu dirigens, ejus cuspide toxico illitâ manum perstrinxit. Ita grassante paulatim veneno periit die 8. Aprilis anni 1143. cum annos 24. menses octo, & aliquot dies imperasset. Cum filios quatuor ex Irene Hungarâ suscepisset, ho-

rum natu maximus Alexius, quem pater ad Imperii communionem vocaverat, in Asiaticâ expeditione periit: hujus frater Andronicus, cum funus in urbem Regiam duceret, eandem fati inclementiam expertus est: ita duo Joanni superstites filii fuere; sed horum majorem Isaacium, quòd in credulitatem propensior videretur, privatum vivere passus est, Imperiumque Manueli tradidit.



## *NUMISMATA AUREA.*

Iω ΔΕCΠΟΤ ω ΠΟΡΦΥΡΟΓ. Imperator cum loro stans, dextrâ tenet crucem geminam longiorem, lævâ volumen: à sinistris Deipara coronam Imperatori imponit: ad ejus caput ΜΘ ΘV.

IC XC. Christus sedens, sinistrâ librum Evangeliorum tenet, dextrâ elatâ & expansâ benedicentis ritu. *Brandenburg.*

Iω ΔΕCΠΟΤΗ. Imperator cum stemmate crucigero, cui manus è nube coronam imponit, dextrâ volumen, sinistrâ crucem geminam longiorem tenet, quam Deipara porrigit, ad cujus caput scripti characteres ΜΡ ΘV.

IC XC. Christus sedens typo quo suprà. *Brandenburg.*

Iω ΔΕCΠΟΤ. ΘΥ ΜΡ. Imperator & Deipara crucem tenent.

IC XC. Christus sedens. *Regius. Fontaine.*

Iω ΔΕCΠ. ΠΟΡΦ. Deipara stans dextram imponit Despotæ.

IC XC. Christi sedentis effigies. *Regius. MMA.*

Iω ΔΕCΠΟΤ ΠΟΡΦ. Imperator cum loro stans, dextrâ labaro innixus, sinistrâ globum crucigerum tenet; ejus capiti Deipara coronam imponit.

IC XC. Christus in cathedrâ sedens, dextram protendens, sinistrâ librum Evangeliorum tenet. *Ducang.*

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

Iω ΔΕCΠΟΤΗ & ex alterâ parte Ο ΑΓΙΟΣ. Imperator cum pallio & stemmate crucigero stans, unà cum Sancto Georgio, qui sinistrâ gladium gestat, crucem geminam longiorem tenet.

IC XC. Christus sedens, sinistrâ librum Evangeliorum tenet, dextrâ elatâ & expansâ benedicentis ritu. *Brandenburg.*

## *NUMISMATA Æ. II.*

Iω. ΔΕCΠΟΤΗC. Stans ipse crucem tenet dextrâ, globum verò cruce insignitum sustinet sinistrâ.

IC XC. Christi stantis figuræ typus. *Fouc.*

Iω ΔΕC ΠΟΡΦΥΡ. Imperator dextrâ crucem, lævâ globum crucigerum tenet, à sinistris sedet Deipara manibus expansis in throno sublimiori.

ΜΡ Θ. Deipara sedet cum nimbo circà caput, dextrâ elatâ: ante eam stant tres figuræ viriles supplicum ritu, cum cucullis & pileis. *Bau.*

## *NUMISMATA Æ. III.*

Iω ΔΕCΠΟΤ. Τω ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝ. Imperator stans paludatus, dextrâ sceptrum, lævâ globum crucigerum tenet.

IC XC. Christus stans librum Evangeliorum tenet. *Regius.*

Iω ΔΕCΠΟΤΗC ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. Imperator cum loro stans, dextrâ crucem, sinistrâ globum crucigerum tenet.

IC XC. Christus stans librum Evangeliorum tenet. *Ducang.*

ΙΩ ΔΕϹΠΟΤ ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. Imperator cum paludamento, dextrâ sceptrum, sinistrâ globum crucigerum tenet.
ΜΡ ΘΥ. Deipara manibus protensis. *Ducang.*

ΙΩ ΔΕϹΠΟΤ ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝ. Imperator ut suprà.
ΜΡ ΘΥ. Deipara stans manibus protensis. *Regius.*

### *Numismata incerti metalli & incerti moduli.*

Ιω ΔΕϹΠΟΤ. Imperator cum stemmate crucigero, cui manus è nube coronam imponit, sinistrâ crucem geminam longiorem tenet, quam Deipara porrigit; ad cujus caput scripti characteres ΜΡ ΘΥ.
ΙϹ ΧϹ. Christus in cathedrâ sedens, dextram protendens, sinistrâ librum Evangeliorum tenet. *Ducang.*

## IRENE.

IRENE Ladislai Hungariæ Regis filia, Joanni Comneno nupsit ante annum 1105. ante nuptias verò Pyrisca appellata videtur. Marito filios quatuor, ac filias tres peperit: filiarum natu maxima Maria Joanni Rogerio Cæsari, Italo, & ex eâdem qua Capuani Principes, familiâ collocata est: aliarum nomina silentio prætermisere Scriptores: alteram tamen scribunt convenisse in manum Stephano Contostephano, qui apud Corcyram circà annum 1160. periit, ac deinde Corcyræ dominio donatam fuisse: tertiam verò nupsisse Theodoro Vatatzæ, cujus operâ Manuel Imperator variis in bellis usus est. Filiorum natu maximus Alexius, Imperator à patre appellatus, ipso adhuc superstite, febri correptus, diem clausit extremum Attaliæ: hujus frater Andronicus, cum funus in urbem vehi curaret, & ipse ex morbo obiit: tertius Isaacius fuit, cui minimum natu filium Manuëlem in capessendo Imperio prætulit, quòd Isaacius in iracundiam & crudelitatem propensior videretur. Irene marito adhuc superstite è vivis excessit anno 1124. & in Monasterio à se ædificato, tumulo data est.

## MANUEL COMNENUS.

MANUEL COMNENUS, Joannis & Irenes filius, Isaacio fratri, licet natu minor, in successione Imperii prælatus est à parente, quo extincto summæ rerum præesse cœpit anno 1143. mense Aprili. Ejus Principis munificentiam Willelmus Tyrius prædicat; nullum unquam eo subdolum magis, nullumque Christianis rebus, quæ ad Latinos spectabant, iniquiorem constat vel ex Niceta Græco Scriptore: hujus enim fraude ac perfidiâ deletos esse prodit Conradi Germanorum Imperatoris, ac Ludovici Francorum Regis, dum Turcarum potentiam eversum irent, exercitus. Quam Latini nominis injuriam ultus est Siciliæ Rex Rogerius, qui Græciæ litora classe circunvectus, latè cuncta vastavit. Venetis etiam infestus, eorum legatum contrà jus gentium violavit, & aliquot Dalmatiæ urbes occupavit, quas cum Veneti recepissent, horum armis pressus Manuel, pacem denique redemit. Funestissimum etiam bellum cum Turcis gessisse dicitur, in quo penè captus est: postremo eò amentiæ venit, ut Saracenorum dogma tantum non adscisceret.

Cum longiora ſibi Imperii ſpatia polliceretur, è vivis exceſſit menſe Septembri anni 1180. in ipſoque exitu Monaſticum habitum induit, ac Matthæus dictus eſt. Sexageſimum ætatis annum attigiſſe dicitur: imperavit verò annos 37. & ſex fermè menſes.

## NUMISMATA AUREA.

MANΥΗΛ ΔЄСΠΟΤ Ϫ ΠΟΡΦΥΡΟΥ. Imperator paludatus cum coronâ ex margaritis ſtans, dextrâ tenet crucem geminam longiorem, ſiniſtrâ globum cui inſiſtit crux pariter gemina; ex alto manus ei coronam lauream imponens.

☓ ΚЄ ΒΟ. Chriſti imberbis protome ſiniſtrâ volumen tenentis: à dextris in areâ IC. à ſiniſtris XC. *Brandenburg.*

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠΟΤΗС Τῷ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤῷ. Imperator ſtans cum narthece, & orbe crucigero.

ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. Chriſti effigies, ſuprà quam IC XC. *Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Imperator ſtans ut ſuprà, cui manus è nube emicans benedicit.

ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. Typus omnino ut ſuprà. *Regius.*

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠΟΤΗ Ϫ ΠΟΡΦΥΡΟΓЄΝΝΗΤῷ. Imperator paludatus, dextrâ narthecem tenet, ſiniſtrâ globum, cui inſiſtit crux gemina, manus è nube coronam Imperatori imponit.

ΚЄ ΒΟΗΘЄΙ. Chriſti protome, ſiniſtrâ volumen tenentis: à dextris in areâ IC. à ſiniſtris XC. *Ducang.*

## NUMISMATA Æ. II.

IC XC Ο ЄΜΑΝΟΥΗΛ. Protome Chriſti imberbis, tenentis librum Evangeliorum.

ΜΑΝΥΗΛ. (1) Imperator ſtans cum loro, dextrâ tenet narthecem, lævâ globum crucigerum: à ſiniſtris ſtans Deipara, ſuprà quam ΜΡ ΘΥ. coronam Imperatoris capiti imponit. *Brandenburg.*

(1) Inſcriptionem ſequentem jam exhibuimus lib. VII. Antiq. CP. uni è turribus Regiæ urbis inſculptam.

ΑΝΕΚΑΙΝΙΣΘΗ ΕΠΙ ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΟΥ ΦΙΛΟΧΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΥΙΟΥ ΕΝΝΙ * ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΟΥ ΚΟΜΝΕΝΟΥ ΕΝ ΕΤΕΙ ΦΚΟΜΒ.

Ibidem alteram etiam propoſuimus, quæ extat CP. ſuprà columnam Porphyreticam: ea ſic habet,

ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΕΡΓΟΝ ΕΝΘΑΔΕ ΦΘΑΡΕΝ ΧΡΟΝΩ
ΚΑΙΝC ΜΑΝΟΥΗΛ ΕΥCΕΒΗC ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.

## NUMISMATA Æ. III.

MANΥΗΛ ΔЄСΠΟΤ. Manuelis protome, dextrâ narthecem, ſiniſtrâ globum crucigerum tenentis.

IC XC. Figura Chriſti. *Ducang.*

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠΟΤΗС. Imperator ſtans, cum loro, dextrâ longiori nartheci innixus, lævâ globum crucigerum tenet.

IC XC. Chriſtus ſtans cum libro Evangeliorum. *Ducang.*

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠΌΤΑ. Imperator cum loro ſtans, dextrâ narthecem, ſiniſtrâ globum crucigerum ſuſtinet.

IC XC. Chriſtus ſtans cum libro Evangeliorum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IC XC. Chriſti protome. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΜΡ ΘΥ. Deiparæ protome. *Regius.*

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠΟΤ. Imperator ſtans, dextrâ geſtat crucem, ſiniſtrâ volumen.

ΜΡ ΘΥ. Deipara ſtans ſiniſtrorſum, manibus erectis ad cœlum, è quo manus erumpit. *Ducang.*

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠΟΤ. Manuelis protome, dextrâ narthecem, ſiniſtrâ globum crucigerum geſtantis.

ΜΡ ΘΥ. Deiparæ protome, manibus expanſis. *Ducang.*

Ⓐ ΓЄΩΡΙΟС. S. Georgius, dextrâ gladium, ſiniſtrâ clypeum tenet.

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠΟΤ. Manuelis protome, dextrâ narthecem, ſiniſtrâ globum crucigerum geſtantis. *Ducang.*

Eadem epigraphe cum eodem S. Georgii typo.

ΜΑΝΥΗΛ ΔЄСΠ. Caput Manuelis ut ſuprà. *RE.*

NUMISMATA

## NUMISMATA ÆREA
*incerti moduli.*

MANѴHA ΔЄC..... Imperator cum corona ex margaritis, dextrâ tenet narthecem, finiſtrâ globum crucigerum.

O ΓЄΩΡΓΙΟΣ. Protome S. Georgii, dextrâ ſpiculum, ſiniſtrâ clypeum tenentis. *Brandenburg.*


MANѴHA ΔЄCΠOT. Imperator paludatus cum ſtemmate crucigero, dextrâ tenet narthecem in quo crux, ſiniſtrâ globum crucigerum.

Sine epigraphe. Protome Chriſti imberbis, dextrâ tenentis crucem geminam longiorem. *Brandenburg.*




## IRENE.

IRENE Berengarii Comitis Sultzpacenſis Bavari filia, ac Gertrudis quæ Conrado Imperatori nupſit, ſoror, Manuëli collocata eſt anno 1143. à Conrado ipſo, ac tum primum Irene appellari cœpit, cum virgini nomen Berthæ fuiſſet. Ejus filia Maria Belæ Hungarorum Regis filio, qui deinde Alexius appellatus eſt, deſponſa eſt; ſed diremptis ſponſalibus, in manum convenit Rainerio, alteri Willelmi Montisferrati Marchionis filio, cui Manuel Theſſalonicenſem Provinciam dedit, cum Cæſaris titulo: ſed Mariam & Rainerium veneno ſublatos Alexii Imperio ferunt. Irene ipſa obiit ſub annum 1158. & in Monaſterio Pantocratoris condita eſt.



## MARIA.

MARIA altera Manuelis Comneni uxor, & Alexii II. mater, Raimundo Pictavino Principe Antiocheno & Conſtantiâ nata eſt. Marito ſuperſtes Alexii filii, & rerum publicarum curam ſuſcepit. Sed quòd Alexio Comneno Protoveſtiario, Manuelis Imperatoris patrueli, non ſine ſtupri ſuſpicione, impenſiùs faveret, arreptâ occaſione Andronicus Comnenus purpuram induit, Mariamque ſuffocavit ſub menſem Auguſtum anni 1183.



## ALEXIUS II. COMNENUS.

ALEXIUS COMNENUS Manuelis & Mariæ filius, anno 1167. ut ſcribit Albericus; ut Codinus, anno 1169 die 10. Septembris natus eſt, & à patre biennio poſt diademate donatus eſt. Extincto parente, Imperium adminiſtrare cœpit anno 1180. menſe Septembri, ſub tutelâ matris, quæ cum impenſiùs faveret Alexio Comneno Proteveſtiario, Manuelis Imperatoris patrueli, procerum ſibi conflavit invidiam. Quibus Andronicus Comnenus Ducem ſe præbens, urbem cum exercitu ingreſſus eſt menſe Aprili anni 1182. Mariâque & Protoveſtiario in ordinem actis, Alexium ut ſummam poteſtatem ſecum communicaret, invitum compulit, ac poſtremo per ſummam perfidiam fauces ei elidi juſſit anno 1183. ſub menſem Octobrem. Ita imperium

ejus trium annorum fuit. Agnetem Ludovici VII. Francorum Regis filiam duxerat anno 1180.



## NUMISMATA Æ. III.

ΑΛΕΞΙΩ ΔΕCΠΟΤΗ Τω ΚΟΜ.... Imperator ſtans, dextrâ labarum, lævâ globum crucigerum tenet.

IC XC. Chriſti ſedentis effigies. *Fau.*

# ANDRONICUS COMNENUS.

ANDRONICUS COMNENUS Iſaacii Sebaſtocratoris filius, Alexii Imperatoris nepos, vir flagitiis coopertus, cum in Manuelis odium incurriſſet, diù exulavit, poſtea tamen Ponticæ oræ præfectus eſt. Manuele extincto, proceribus Ducem ſe præbens, qui nimiam Protoveſtiarii potentiam indignè ferebant, Conſtantinopolim cum exercitu ingreſſus eſt anno 1182. menſe Aprili, Alexiumque ut ſecum imperium communicaret, invitum adegit, ac poſtremo fauces ei elidi juſſit anno 1183. menſe Octobri. Ante exilium Andronicus ex uxore liberos duos Manuelem & Joannem ſuſcepit. Philippam deinde Raimundi Principis Antiocheni filiam matrimonio ſibi adjunxit, quam brevi dimiſit, Theodoramque conſanguineam in contubernio habuit, ex eâque Alexium & Irenem procreavit: ſed poſtquam Imperium adeptus eſt, Agnetem Alexii Imperatoris viduam uxorem duxit, puellam duodecim annos natam, ipſe jam grandis natu, ſimulque pellicem quandam habuit, cui nomen Marapticæ. Graviſſimas ejus ætate clades Imperio intulit Guillelmus Siciliæ Rex, præterea Iſaacius quidam Inſulam Cyprum invaſit: poſtremo cum Andronicus ob ſævitiam omnibus inviſus eſſet, Imperio dejectus eſt anno 985. menſe Septembri, captuſque, & per urbem camelo ſedens circunvectus manu abſciſsâ, oculóque effoſſo, laceratus à plebe periit. E duobus liberis, Manuelem, quod Agnetis nuptias reſpuiſſet, Sebaſtocratorem tantum appellavit; alterum, cui nomen Joanni, Auguſti titulo cohoneſtavit; ſed utrique effoſſio culi.

## NUMISMATA AUREA.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΕΝ Χω ΒΑCΙΛ. Deipara ſtans, ad cujus pedes procumbit Imperator.

Sine epigraphe. Figura Urbis Conſtantinopolitanæ, cum quinque portis, ad latera ejus quæ infrà eſt deſcribuntur characteres P. P. niſi prima litera fuerit C. ut per CP. Conſtantinopolis deſignetur. In medio nummo viſitur Deiparæ figura, manibus expanſis. *Ducang.*

## NUMISMATA Æ. II.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ IC XC. Andronicus ſtans labarum tenet dextrâ, aliud quiddam ſiniſtrâ demiſſâ; Jeſus-Chriſtus adſtans benedictionem impertitur dextrâ, Evangeliorum verò librum tenet ſiniſtrâ.

MP ΘV. Virginis Mariæ ſtantis typus. *Fouc.*

## *NUMISMATA ÆREA*
## *incerti moduli.*


ΑΝΔΡΟΝΙΚΟϹ. Imperator ſtans, dextrâ narthecem, ſiniſtrâ globum tenet: à ſiniſtris Chriſtus Imperatoris capiti coronam imponens, hinc & inde IC XC.

ΜΡ ΘΥ. Deiparæ ſtantis effigies, utrâque manu Chriſti icunculam in coronâ ex margaritis tenentis. *Brandenburg.*

# AGNES.

AGNES Ludovici VII. Francorum Regis filia, Alexio Comneno Manuelis Imp. filio nupſit anno 1180. die 2. Martii, novem circiter annos nata: eam deinde Andronicus Comnenus in matrimonium ſuum tranſire coëgit: poſtremo Theodoro Branæ, qui unus ferè è proceribus Græcis, Latinis regiam urbem obſidentibus ſe adjunxit, collocata eſt, eique filiam peperit, quæ Narjoto de Tociaco, nobili Franco nupſit, ac fortaſſe etiam eum Branam, cujus filiam uxorem duxit Conſtantinus Palæologus Michaëlis Imperatoris frater.

*ALIQUOT Angelorum Numiſmata in tabulâ æreâ exhibuit Ducangius; hæc pro more noſtro repræſentamus.*




# ISAACIUS II. ANGELUS.

ISAACIUS ANGELUS, Andronici filius, Conſtantini & Theodoræ Comnenæ nepos, Andronico Comneno à plebe interempto, Imperator eſt appellatus anno 1185. die 12. Septembris. Siculorum claſſem vicit ad Strymonem, captis illius præfectis Richardo & Balduino: ſed Inſulam Cyprum ab Iſaacio tyranno claſſe fruſtrà repetiit: præterea cum Bulgaris, qui Ducibus Petro & Aſane regio genere ortis fratribus, ab Imperio defecerant, pa-

rum secunda bella gessit, cum Hæmimontis castella præsidiis suis occupare initio neglexisset: postremo cum Fridericum Ænobarbum per Thraciam Asiamque Palæstinam petentem, conatus esset intercludere, magno suo damno illius arma in se concitavit. Cum annos 9. menses 8. summæ rerum præfuisset, Imperium illi cum oculis ereptum est ab Alexio fratre anno 1195. die 8. Aprilis. Carcere deinde liberatus ab Alexio filio, Imperium aliquot menses cum eo administravit, sed eo quoque Alexii Ducæ Murtzuphli perfidiâ interfecto, præ dolore extinctus est mense Februario anni 1204. Prioris ejus uxoris, è quâ Alexium genuit, nomen & familiam reticuere: altera Belæ Hungariæ Regis filia, apud suos Margareta, à Græcis Maria appellata est: hanc decennem Isaacius uxorem duxit, ex eâque Manuelem, qui Imperator nomine tenus fuit, procreasse fertur. Isaacio verò mortuo, Margareta Bonifacio Marchioni Montisferrati, & Thessalonicæ Regi nupsit.

## *NUMISMATA AUREA.*

ΙΣΑΑΚΙΟΣ ΒΑΣΙΛ. Isaacius stans, crucem oblongam tenet dextrâ: à sinistris stat Angelus.

ΜΡ ΘΥ. Deipara sedens à fronte, manibus elatis & expansis. *Fontaine.*

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

ΑΓΙΟΣ ΑΡΧΓΙЄ. Imperator paludatus stans, cui S. Michaël longiorem narthecem porrigit.

ΜΡ ΘΥ. Deipara in sellâ sedens, cum figurâ Christi in clypeo. *Ducang.*

## *NUMISMATA Æ. II.*

ICAAKIOC ΔЄCΠΟΤ. Imperator stans dextrâ crucem tenet, sinistrâ volumen.

ΜΡ ΘΥ. Deipara stans manibus expansis. *Regius.*

ICAAKIOC ΔЄCΠΟΤ. Imperator cum loro stans, cui Archangelus Michaël crucem porrigit: à sinistris hi characteres Χ/Μ Ι.

ΜΡ ΘΥ. Deipara in cathedrâ sedens, cum figurâ Christi in clypeo. *Ducang.*

## *NUMISMATA Æ. III.*

ICAAKIOC ΔЄCΠΟΤΗC. Imperator paludatus stans, dextrâ crucem, sinistrâ volumen tenet: suprà è nube prodit manus capiti Imperatoris stemma imponens.

ΜΡ ΘΥ. Deipara stans, palliata, manibus expansis, lunulæ insistens. *Ducang.*

# ALEXIUS III. ANGELUS.

ALEXIUS ANGELUS, Isaacii Imperatoris frater, eo conjecto in carcerem & excæcato, Imperium invasit anno 1195. die 8. Aprilis, & malè partâ dignitate potitus est annos 8. menses 3. dies 10. Bellum adversus Bulgaros infeliciter gessisse fertur. Erat Isaacio Imperatori filius Alexius, qui patre exauctorato, ad Philippum Germanorum Imperatorem, qui ejus sororem habebat in matrimonio, confugerat. Cujus Philippi hortatu Veneti Duce Dandulo, cum Balduino Flandrensi Comite, aliisque ad sacram militiam nomina professis principibus societatem ineunt adversus Alexium: ille verò cum per

contemptum hoſtium nullas ad reſiſtendum paraſſet copias, captâ incensâque urbe, Debeltum fugâ periit anno 403. ac dein poteſtate omni exutus; ac variis periculis conflictatus eſt: primum enim à Marchione Montisferrati captus, deinde in Theodori Laſcaris poteſtatem venit, à quo in carcerem conjectus, in eo reliquum vitæ exegit.

## *NUMISMATA Æ. III.*

ΑΛΕΞΙΟϹ ΔΕϹΠΟΤΗϹ. Imperator paludatus ſtans, dextrâ nartheci innixus, ſiniſtrâ globum crucigerum tenens. Ⲱ ΓΕΩΡΓΙΟϹ. S. Georgii protome, dextrâ ſpiculum tenentis. *Ducang.*

## *Nummus incerti metalli ac moduli.*

ΑΛΕΞΙΟϹ ΔΕϹΠΟΤΗϹ. Imperator cum pallio ſtans, dextrâ narthecem, ſiniſtrâ globum crucigerum. Ο ΓΕΩΡΓΙΟ. Protome S. Georgii dextrâ ſpiculum tenentis. *Brandenburg.*

# EUPHROSYNE.

EUPHROSYNE DUCÆNA Alexii Angeli uxor, è Nobiliſſimâ Camaterorum familiâ ortum ducebat. Marito filias tres peperit: prima Irene Alexio Palæologo nupſit: altera, cui Annæ nomen, bis nuptias iniit, primùm cum Iſaacio Comneno, qui in prælio contra Bulgaros pugnans occubuit, deinde cum Theodoro Laſcari: tertia verò, quæ natu maxima videtur fuiſſe, Stephano Serviæ Regi collocata eſt, qui ſuſceptis ex eâ aliquot liberis, adulterii inſimulatam Conſtantinopolim reduci curavit: deinde eam Alexius Ducas Murtzuphlus, non invitò patre, matrimonio ſibi adjunxit; poſtremo Leoni Sguro qui poſt captam à Latinis Conſtantinopolim Corinthum invaſerat, nupſit. Euphroſynem ſcriptores mirum in modum commendant, produntque eam marito in ordinem acto, in Artæ regione diem clauſiſſe extremum.


# ALEXIUS IV. ANGELUS.

ALEXIUS ANGELUS Iſaacii Imperatoris filius, patre ab Alexio patruo excæcato, ad Philippum Germanorum Imperatorem, qui ejus ſororem Irenem duxerat, confugit. Cujus hortatu Conſtantinopolis à Francis & Venetis expugnata eſt anno 1203. Parente dehinc reſtituto, Alexius ipſe Imperator appellatus eſt Kalendis Auguſti; ſed haud diu ejus potentia ſtetit; cum enim rerum, quas Francis ſpoponderat, ſatageret, ab Alexio Duca Murtzuphlo in carcerem conjectus eſt die 18. Januarii anni 1204. & gutture laqueo eliſo periit ineunte Februario menſe, cum menſes ſex, & octo dies imperaſſet.



# ALEXIUS V. DUCAS.

ALEXIUS DUCAS MURTZUPHLUS, è nobili Ducarum familiâ ortus, Alexium Angelum, à quo Protovestiarii dignitate ornatus erat, per summam perfidiam in carcerem compegit, ac deinde gutture eliso, interfecit sub initia anni 1204. sed scelerum pœnas haud multo postea luit; cum enim ex urbe Regiâ aufugisset, in Peloponneso captus, ac diris suppliciis cruciatus, miserè periit post aliquot menses.



# IMPERATORES LATINI.

*HACTENUS singulorum Imperatorum vitas singulis capitibus complexi sumus; idemque deinceps in cæteris Imperatoribus Græcis præstabimus; sed eorum Principum è Francorum gente, qui Constantinopoli imperarunt, Imperiive titulum, postquam inde ejecti sunt, ad posteros transmiserunt, vitas simul describere visum est, ne hoc opus in immensum cresceret.*

BALDUINUS, Balduini VIII. Flandriæ Comitis & Margaretæ Alsatic filius, primus Latinorum in Græciâ imperavit. Crucigeri aliquot nobiles, quorum Duces fuere Balduinus hic, & Bonifacius Montisferrati Marchio, Alexandriam barbaris eripere constituerant: quos cum Veneti apud se diutiùs retinuissent, Alexius Angelus Isaacii Imp. filius, ab Alexio patruo ejectus, opem eorum imploravit, eorumque animos ita commovit, ut mutato consilio Constantinopolim adorti sint. Alexio deinde in Imperium paternum restituto, cum crucigeri milites sese ad sacram expeditionem pararent, atrox nuncius eos perculit, adolescentem hunc in carcerem à Murtzuphlo conjectum, venenoque semel & iterum tentatum esse. Cujus facinoris indignitate permoti, Constantinopolim iterum obsessam ceperunt, &, quando ille cujus causâ tot pericula subierant, in vivis esse desierat, sub eorum adventum à Murtzuphlo trucidatus, Imperium Latino nomini asserere constituerunt. Igitur xv. virûm suffragiis electus est Balduinus hic anno 1204. die 9. Maii, ut nobilitate inter suos, ita pietate ac virtute præcipuus; sed ex Imperio, postquam illud cum sociis expeditionis partitus est, minimam partem retinuit; Veneti enim plerasque Insulas, Genuenses Cretam cepere, Bonifacius verò novum Thessalonicæ Regnum instituit; ad hæc Græci nobiles, qui è Constantinopolis clade evasere, novum Nicææ in Bithyniâ Imperium, præterea aliquot Principatus, sive Δεσποτίας fundaverunt. Quos cum armis urgeret Balduinus, Adrianopolimque obsideret, à Bulgaris, quos Græci fœdere sibi devinxerant, captus est, die 15. Aprilis anni 1205. ac sedecim menses in vinculis habitus, postremo diris suppliciis cruciatus periit.

HENRICUS Balduini frater, cum de ejus cæde Latini certiores facti essent, Imperator appellatus est mense Augusto anni 1206. bellumque anceps & varium cum Græcis & Bulgaris gessit; sed cum his deinde pacem composuit; è Græcis verò maximè infesti fuere Michaël Angelus Comnenus, ejusque frater Theodorus, à quibus distractæ, Thessalia, Epirus antiqua, Ætolia, captaque munitissima oppida, Joannina, Arta, Dyrrachium, Lepantus. Cum in Imperio non minore prudentiâ, quàm virtute annos fermè decem exegisset, vitâ excessit anno 1216. Balduini & Henrici sororem Iolantam duxerat

PETRUS de Curtenaio, Altisiodori Comes, qui accepto de Henrici morte nuncio, Romam adiit, Imperiique insignia ab Honorio Pontifice accepit anno 1216. die 9. Aprilis; indeque Venetis navibus delatus, Dyrrachium appulit. Hanc urbem se Venetis restituturum esse novus Imperator spoponderat, eamque acriter obsedisse fertur, sed frustrà, quippe quæ & naturâ loci & operibus munitissima esset, præterea fortissimo præsidio propugnaretur: quamobrem solutâ obsidione, pax inter Petrum, ac Theodorum Angelum convenit, nec jurejurando firmata solum, sed etiam literis commendata est: sed dum Thraciam petit, ab eodem Theodoro perfidiosè captus est in Albaniæ montium angustiis, cæsusque anno 1218. Petri filius fuit

ROBERTUS, qui auditâ patris cæde Constantinopolim petiit deviis itineribus ac latitans. Venetos impensè coluisse, eorumque tam forti, quàm fideli operâ usus fertur: ideoque cum Romam peteret, ut à summo Pontifice coronaretur, rerum administrationem Marino Michaëli Nobili Veneto commendavit; sed per ejus absentiam ingentes turbas dedit Nobilis quidàm Burgundus, cujus sponsam ab eo abductam uxorem duxerat Robertus; ille enim furore percitus, in regiam irrupit, dehonestatam naribus puellam cecidit, ejus matrem in mare præcipitem jecit. Sub idem tempus in Achaiâ morbo decessit Robertus, anno scil. 1228. cum regiam urbem repeteret. Huic successit alter Petri filius

BALDUINUS II. cui, quòd per ætatem tantæ rerum moli non videbatur idoneus, JOANNES BRIENNIUS socer adjutor datus est. Balduino Helenam filiam obtulerat Asanes Bulgariæ Rex, quem satis constabat, si copias suas cum Latinorum copiis junxisset, Græcorum Imperium facilè deletum iri; sed has nuptias, quas Veneti conciliaverant, proceres Franci quibus res sua quàm publica antiquior erat, disturbarunt; vicitque eorum sententia, qui juveni Principi collocandam esse Martham Joannis Jerosolymorum Regis, soceroque Imperium, donec Balduinus adolesceret, permittendum esse censuerunt. Sed Asanes, ubi se spretum esse comperit filiam Theodoro Lascari nuptum dedit, simulque vires, quibus Græcos oppugnaturus erat, in Latinos convertit. Hac tempestate multa oppida cum Francis, tum etiam Venetis erepta sunt, cum his fermè solis respublica niteretur; nec benigniori fortunâ usi sunt Latini, postquàm socero extincto, Balduinus solus imperare cœpit: imo, cum Francorum vires attritas cernerent Græci ac Bulgari, divisis copiis urbes expugnarunt; ac denique Constantinopolim ipsam adorti sunt. His malis accessit Venetorum defectio,

quos ut in fide retineret Balduinus, salutaris crucis partem, ac Philippum filium eis oppigneravit, templorum que donaria, ac plumbum ædium publicarum culminibus detractum vendidit. Solutâ obsidione Balduinus ad auxilia Principum Occidentis respexit, Italiamque petiit cum Raimundo Tolosano Comite: quod consilium ejus cum fortuna destituisset, infectâ rè in Thraciam rediit, exercitumque haud contemnendum confecit; sed interea dum Bosphori fauces insideret, urbem proditione recepit Michaël Palæologus die 25. Julii anni 1261. eoque tempore extinctum est Latinorum in Oriente Imperium, tametsi ex iis quidam postea Imperii titulum retinuerint, ut mox videbitur. Post captam urbem Balduinus cum Justiniano Patriarcha, raptim collectâ supellectile, ad Euripum se proripuit; inde in Eubœam delatus, Carolum I. Siciliæ Regem adiit, ejusque filiam filio suo despondit: promissâ Constantinopoli, si illius ope recuperare posset; sed re infectâ fatis functus est anno 1272. Hujus filius PHILIPPUS, Imperator CP. post hunc, nomine tenus fuit: cui CAROLUS Valesii & Andegavi Comes, Philippi III. Francorum Regis filius, successit, quòd Catharinam ejus filiam uxorem duxisset: Carolum excepit PHILIPPUS II. Tarenti Princeps, Caroli II. Siciliæ Regis filius, jure nempe Catharinæ uxoris, quæ Carolo ac superiori Catharinâ nata erat: ex hoc matrimonio nati aliquot liberi: primus omnium ROBERTUS, tertius PHILIPPUS III. uterque Imperator; horum soror Margareta, Francisco de Balcio Comiti Avelini nupsit, ex iisque prognatus JACOBUS, qui postremus omnium vanum Imperatoris titulum gessit, sub annum 1380.

# THEODORUS LASCARIS.

THEODORUS LASCARIS, vir nobilissimo genere ortus, antequam Constantinopolis in Latinorum potestatem venisset, Annam Comnenam Alexii Imperatoris filiam uxorem duxerat; quamobrem Græcis acceptus, præterea quòd virtutis specimina olim edidisset, Ducem iis se præbuit, qui Latinorum Imperium detrectabant: ac primum quidem Despotæ titulo contentus, postea Imperatorem se appellavit, coronamque Nicææ accepit à Michaële Autoriano Græcorum Patriarcha. Gravissimis difficultatibus conflictatum constat per decem & octo annos, quibus Græcis præfuit, cum eum non Latini solùm urgerent; sed etiam nobiles aliquot ex Angelorum familiâ Imperium dilacerarent, ac præterea Alexius ejus socer, Turcorum armis fultus, summam dignitatem repeteret: sed Alexius, deleto exercitu, captus est, & in Monasterium Nicææ detrusus; cum Latinis verò ancipiti marte pugnatum videtur, cum Bulgari Græcis se adjunxissent, Francorum vis deferbuisset; nam primum eorum impetum Theodorus vix sustinuit. Theodoro uxores tres fuere, prima, quam diximus, Anna, è qua natæ, Irene Joanni Vatatzæ nupta, Maria uxor Belæ IV. Hungariæ Regis, & Eudoxia quæ nobili cuidam Gallo post patris mortem collocata est. Post Annæ mortem, Philippam Rupini Armeniæ Principis filiam Theodorus liberis superduxit; sed eâ postmodum dimissâ, tertias nuptias iniit cum Mariâ Petri Altisiodorensis Latinorum Imperatoris filiâ, cum scilicet fœdus cum Latinis pepigisset. Vivendi finem fecit anno 1222. ætatis 46.

*NUMISMATA*




## NUMISMATA AUREA.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΘΕΩΔΩΡΟϹ ΡΩΜΑΙΩΝ Ο ΛΑϹΚΑΡ. Theodorus Lascaris Imperialibus vestimentis indutus, cum coronâ in tiaræ formam efficta, & nimbo circà caput, pulvino in quo aquilæ alis expansis depictæ sunt, insistens, dextrâ crucem, sinistrâ volumen tenet.

Christi monogramma in medio nummo: in imâ parte CON. *Ducang.*

ΘΕΟΔΩΡΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ ΚΑΙ ΑΥΤ ΡΩΜΑΙΩΝ ΛΑϹΚΑΡΙϹ. Theodorus Lascaris cum stemmate gemmato, & nimbo circà caput, cætera ut suprà, nisi quod dextrâ extensâ volumen tenet.

IC. XC. Christus à fronte, ad pectus cum tunicâ & pallio, cum nimbo in quo crux quadrata circà caput, dextrâ tantisper elatâ, sinistrâ codicem Evangeliorum tenet. *Ducang.*

# THEODORUS II. ANGELUS.

THEODORUS ANGELUS, Joannis filius, Constantini nepos, Isaacii & Alexii Imperatorum patruelis, vir haud dubiè fortissimus, post captam à Latinis Constantinopolim, Theodori Lascaris castra primum secutus est, deinde Michaëli fratri notho, qui sub idem tempus Thessaliam, Epirum antiquam, Ætoliam, præterea munitissima oppida, Joanninam, Artam, Dyrrachium, Lepantum invaserat, se adjunxit. Michaële extincto, Theodorus ditionis ejus hæres factus est, eamque variis urbibus, non Francis solùm, sed etiam Bulgaris ereptis auxit. Postremo cum Petrum Altisiodorensem Latinorum Imperatorem in Albaniæ montium angustiis fudisset, captumque in carcere, vel ut alii volunt, in acie interfecisset, Imperatoris titulum sibi adrogavit, coronamque ab Achridensi Archiepiscopo accepit in urbe Thessalonicensi, quam Demetrio Monferratensi ejus urbis & Provinciæ Regi eripuerat anno 1222. Novo hocce titulo auctus, Hadrianopolim, & alia Thraciæ oppida Francis eripuit, exercitumque ad mœnia urbis Regiæ admovit; ac postremo Græcorum Imperium restituturus videbatur: sed eum denique Asanus Bulgariæ Rex mense Aprili anni 1230. devicit, captoque oculos

excussit. Interea porrò dum inter Bulgaros degeret Theodorus, Manuel ejus frater Thessalonicam ac pleraque alia invasit; sed redux Theodorus fratrem bello captum Attaliam relegavit, Imperatorisque titulum, quo in posterum abstinuit, transtulit in filium Joannem, quem haud multo post Joannes Vatatzes intrà Thessalonicam obsessum, in ordinem redegit, Theodoro adhuc superstite.

# JOANNES III. VATATZES.

JOANNES VATATZES, Didymoticho Thraciæ urbe oriundus, Helenam Theodori Lascaris Imperatoris filiam, ex Andronico Palæologo viduam uxorem duxit; soceroque extincto successit anno 1222. Ejus virtutem ac prudentiam commendant, nec immerito, Scriptores: illud tamen minùs commodè ab eo gestum est, quod fœdus à socero cum Latinis initum, sub ipsa Imperii initia dissolvit: quam levitatem duabus exercitûs cladibus expiavit sub ipsis penè Constantinopolis mœnibus, cum ad eam urbem, Bulgarorum auxiliis fultus, propiùs admovisset. Hujus porrò virtute assertum Imperio, quicquid ferè distraxerant nobiles aliquot ex Angelorum familiâ; sed cum tres ac triginta annos imperasset, vivendi finem fecit anno 1255. die 30. Octobris. Ex Helenâ Theodorum, qui maternum Lascaris nomen suscepit, procreaverat; Helenâ verò extinctâ, Annam, sive Constantiam Friderici II. Imperatoris filiam notham, & Manfredi Siciliæ Regis sororem, novercam liberis superduxit, cujus famulam, Marcesinam nomine Vatatzes deperiisse dicitur.

# THEODORUS III. LASCARIS.

THEODORUS LASCARIS, Joannis Vatatzæ, & Irenes Lascaris filius, Imperium paternum suscepit ineunte Novembri anni 1255. illudque annos 3. ac menses 10. tenuit; sed immaturâ morte obiit anno ætatis 36. Christi 1259. mense Augusto. Uxorem vivo adhuc patre duxerat, Helenam Asani Bulgariæ Regis filiam, è quâ liberos tres sequioris sexûs, & Joannem suscepit, cui Imperium moriens tradidit.

# JOANNES IV. LASCARIS.

JOANNES LASCARIS Theodori & Helenæ Bulgaræ filius, sextum, ut scribit Gregoras, ut Acropolita, octavum, ut denique Pachymeres, novum ætatis annum vix adeptus, Imperium paternum suscepit mense Augusto anni 1259. sub tutelâ Musalonis Protovestiarii, viri singulari prudentiâ præditi. Sed Musalone in ipsa æde sacra Michaëlis Palæologi factione interempto, Michaël Imperium usurpavit, pupillo, cujus se tutorem in speciem aliquot menses prætulerat, excæcato, & in quoddam Bithyniæ castellum relegato, ubi vitam produxit usque ad Andronici Senioris tempora.

*IN Palæologorum ſtemmate Ducangius exhibet nummum quem ad Michaëlem Palæologum pertinere exiſtimat, & alterum Uroſii Regis: utrumque hîc repræſentamus.*




# MICHAEL VIII. PALÆOLOGUS.

MICHAEL PALÆOLOGUS, Andronici Magni Domeſtici filius, præclarus bello Dux, cum Muſalonem Joannis Imperatoris tutorem in ipsa æde ſacrâ interfici curaſſet, Joanni deinde ipſi oculos eruit, eoque in quoddam Bithyniæ caſtellum relegato, Imperatoriam coronam Nicææ accepit ineunte anno 1260. Latinos deinde acriter perſequutus, Guillelmum Achaiæ Principem ſpoliavit, belloque captum tandiu in vinculis tenuit, donec ſe Malvaſiæ caſtello munitiſſimo redimeret: nec multo poſt Conſtantinopolim ipſam per abſentiam Balduini Latinorum Imperatoris recepit, die ſcil. 25. Julii anni 1261. ſed Venetis armis preſſus, Imperio facilè deturbari potuit, niſi Genuenſes obſtitiſſent, quibus Peram urbem donavit. Initis dein induciis, Lugdunenſi Concilio, quod Gregorius Pontifex indixerat, Legatos ſuos deſtinavit, ibique Græci Latinis reconciliati ſunt, Nicænumque, ut vocant, ſymbolum amplexi ſunt: ſed inde Michaël tantam invidiam contraxit, ut nec morienti juſta perſolverint, & locum ſepulturæ negarint Græci ſacerdotes. Obiit die 11. Decembris anni 1282. cum annos fermè 23. imperaſſet. Ejus uxor Theodora, filia fuit Joannis Ducæ, neptis Iſaacii fratris Joannis Vatatzæ. Ex eâ liberos ſeptem, mares quatuor, tres ſequioris ſexûs procreavit. E maribus Manuël puer obiit, Andronicus patri ſucceſſit: at Conſtantinus, quem pater præcipuâ caritate complectebatur, in carcerem ab Andronico conjectus eſt: Theodorus omnium poſtremus privati habitu vixit. Tres filiæ collocatæ ſunt, Irene quidem Joanni Aſano Bulgariæ Regi, Eudocia Joanni Comneno Trapezuntino Imperatori, Anna Michaëli Ducæ Michaëlis Angeli filio.

## *NUMISMATA ÆREA incerti moduli.*

MIchaël Palæologus, cujus caput stemmate pessimè efficto cinctum est, ad pectus cum veste gemmis & margaritis distinctâ, dextrâ tenet crucem, sinistrâ globum crucigerum.

VICTORIA. Ædificium quoddam tribus arcubus, & turribus instructum. *Ducang.*

# ANDRONICUS II. PALÆOLOGUS.

ANDRONICUS PALÆOLOGUS, Michaëlis & Theodoræ filius, vivo parente coronatus, Imperium post ejus mortem administrare cœpit exeunte anno 1282. statimque concordiam à patre cum Latinis initam dissolvit, quòd eam apud suos invidiosam esse cerneret, & auxiliis quæ à Pontifice ad castigandos contumaces petierat, destitutus esset. Uxorem vivo adhuc patre duxerat Annam Stephani V. Hungariæ Regis filiam, è quâ liberos duos suscepit, Michaëlem quem Augustum appellavit, & Constantinum quem Macedoniæ ac Thessalonicæ præfecit, mox, incertum quâ de causâ, illi iratus, acerrimè exagitavit, ac denique in Monasterium concedere coëgit. Post Annæ mortem, alteras nuptias iniit cum Irene Guillelmi VI. Marchionis Montisferrati filiâ, è quâ nati liberi quatuor, Joannes qui sub annum 1308. obiit Demetrius, qui cum in patris offensionem incurrisset, in aulam Serviæ Regis se recepit; Simonis quæ eidem Serviæ Regi Stephano Dragutino collocata est, & Theodorus cui Marchionatus Montisferrati ex testamento avi materni obtigit anno 1305. Sed ex iis liberis, qui Imperio destinatus erat Michaël, aecepto de Manuelis filii cæde nuntio, mœrore contabuit Thessalonicæ anno 1320. deinque civilibus bellis arsit Græcia. Cum enim Michaëlem Catharum, Constantini alterius filii filium nothum ad Imperium evehere vellet Andronicus, Andronicus ejus è Michaële nepos Genuensium armis fultus, bellum avo intulit, qui cum rem publicam aliquandiu Venetis auxiliis sustinuisset, postremo prægravantibus opibus Bulgarorum, qui se Andronico Jun. adjunxerant, Imperium abdicavit anno 1328. privatusque obiit die 13. Februarii anni 1333. cum sex fermè suprà quadraginta annos imperasset.

# MICHAEL IX. PALÆOLOGUS.

MICHAEL PALÆOLOGUS Andronici Imperatoris & Annæ filius, Imperator à patre appellatus est die 21. Maii anni 1295. ac primum quidem Asiæ copiis præfectus est, deinde Thessalonicensem Provinciam regendam accepit. Ibi cum Manuelem filium à fratris Andronici satellitibus interfectum audiisset, mœrore confectus interiit anno 1320. die 12. Octobris. Ejus uxor Leonis II. Armeniæ Regis filia, Ricta apud suos dicebatur, sed Græci Xenen vel Mariam appellavere: liberos ei quatuor peperit, Manuelem scil. & Andronicum; Annam, quæ primum Thomæ Angelo

Principi Epiri & Acarnaniæ, deinde Thomæ Cephaleniæ Comiti nupsit; & Theodora, quæ Sweſtiſlao, deinde Michaëli Straſcimiro Regibus Bulgariæ collocata eſt, iiſque extinctis Conſtantinopolim rediit, & Sanctimonialis habitum induit.

## ANDRONICUS III. PALÆOLOGUS.

ANDRONICUS PALÆOLOGUS, ad diſcrimen avi Junior dictus, Michaëlis & Mariæ Armenæ filius fuit. Patre extincto, in conſortium Imperii adſcitus eſt ab avo die 2. Februarii anni 1325. ſed adverſus eundem haud multo poſt rebellavit, ancepſque & varium aliquandiu bellum geſſit, cum huic Genuenſes & Bulgari faverent, avum tutarentur Veneti: poſtremo Conſtantinopolim clam ingreſſus anno 1328. avum ſenectute jam confectum abdicare coëgit. Præclaris virtutibus præditum fuiſſe Andronicum teſtantur ſcriptores, ſed eas præpoſtera ambitio fœdavit. Obiit die 25. Junii anni 1341. cum undecim circiter annos ſolus imperaſſet. Ex Irene priori uxore, quam Cantacuzenus Ducis Brunswicenſis filiam fuiſſe ait, nullos liberos reliquit: ſed eâ mortuâ, alteram uxorem duxit, Joannam ſcil. Amedæi V. Comitis Sabaudiæ filiam, è qua nati præter Joannem Imperatorem, Manuel, & Theodorus, duæque filiæ, quarum una Michaëli Azani Alexandri Bulgariæ Regis filio collocata eſt, altera Franciſco Gattiluſio, Nobili Genuenſi. Filii tutelam ſuſcepit Joanna, & Conſtantinopoli obiit; ſed ejus funus Aſſiſium in ædem S. Franciſco ſacram delatum eſt.

## STEPHANUS DUSCIANUS.

STEPHANUS DUSCIANUS Stephani Serviæ Regis filius, cum in bello adverſus Bulgaros fortiter ſe geſſiſſet, utriuſque Zentæ Præfecturâ donatus eſt à parente; eoque haud multo poſt, incertum an filio invito, à proceribus Servianis in carcerem conjecto & ſuffocato, Regnum Serviæ ſuſcepit ſub annum 1333. Hujus Principis liberalitatem & munificentiam celebrant Scriptores, iiſque virtutibus quæ Principem decent ornatum, præterea ſuæ ætatis Ducum præſtantiſſimum fuiſſe teſtantur. Mortuo Juniore Andronico Palæologo, Macedoniam depopulatus eſt, deinde Joannem Cantacuzenum, qui ſe Imperatorem appellaverat, auxiliis juvit, exactumque Imperii finibus in Serviam recepit: mox tamen cum Joanne Palæologo fœdus iniit: ſed flagrante civili inter Græcos bello, Acarnaniam, Macedoniam, Theſſaliam invaſit, oppidaque univerſa præter unam Theſſalonicam cepit: ac tum demum Romaniæ, Sclavoniæ & Albaniæ Imperatorem ſe appellavit anno 1340. eoſdem qui in aulâ Conſtantinopolitanâ obtinebant, Magiſtratus inſtituit, ſimulque ordinem militarem ſub titulo S. Stephani, quem Raguſinorum legatis contulit. Cæterum in iis bellis quæ contra Græcos, Hungaros, Boſinenſem Banum, & Turcos per ſe, aut per Præfectos geſſit, recenſendis non immorabimur: hoc unum monuiſſe ſufficiet, tot ferè victoriis, quot præliis nobilitatum ejus imperium fuiſſe; atque hoc unum huic objici,

quod Summorum Pontificum, quibus sæpe ſpem dederat ſchiſmatis tollendi, expectationem Græcâ fide eluſerit. Cum Græcos bello petiturus cum octoginta hominum millibus in Thraciam pergeret, febre correptus, in urbe Deaboli obiit die 18. Septembris anno 1356. cum vix ætatis quintum & quadrageſimum attigiſſet, regnaſſetque annos 23.

# VROSIUS.

VROSIUS Stephani & Helenæ Bulgaræ filius, Rex à patre appellatus, hoc extincto, menſe Decembri anni 1356. Imperatoris titulum ſibi, perinde atque ille, adrogavit: ſed ſub ipſa initia bello appetitus à Siniſciano patruo, maximam Theſſaliæ partem amiſit; deinde plerique proceres præfecturarum ſibi commiſſarum dominatum in ſolidum arripuerunt: poſtremo cum Vucaſcino, quem regiâ dignitate, Imperatoriæ ſcil. obnoxiâ ornaverat, quique obſequium detrectabat, bellum inferret, captus & in Serviam abductus eſt, nec multo poſt fugam meditari inſimulatus, clavâ in caput impactâ interfectus eſt anno 1368. duodecimo ex quo imperare cœperat.

## *NUMISMATA ARGENTEA.*

VROSIVS S STEFAN. Vroſius ſtans à dextris cum tunicâ & pallio gemmis diſtinctis, crucem longam tenet unà cum Sancto Stephano ſtante à ſiniſtris cum tunicâ & pallio, & codicem Evangeliorum ſiniſtrâ ſuſtinente ad pectus: inter crucem & Vroſium REX. ſcriptum eſt.

IC XC. (1) Chriſtus cum tunicâ & pallio, ſedens à fronte in cathedrâ latiſſimâ gemmis exornatâ, utramque manum pallio involutam imponit Codici Evangeliorum genibus innixo: ejus caput ambit nimbus in quo crux quadrata: ad ejus latus ſiniſtrum ſtella, & altera in imâ parte. *Ducang.*

(1) Nummum præterea aureum Vroſii vidiſſe nonnulli teſtantur cujus ectypum in Cimelio Baudelotiano conſpexi: in eo Rex ſedet cum ſtemmate inſolenti, dextrâ crucem, lævâ globum crucigerum tenens; in ambitu legitur MONETA REGIS VROSI. averſa pars ſuperiori ſimillima eſt, niſi quod ad Chriſti latera ſtellarum loco lilia Francica expreſſa ſunt.

# JOANNES V. PALÆOLOGUS.

JOANNES PALÆOLOGUS, Andronici Jun. & Annæ Sabaudæ filius, Didymotichi natus eſt anno 1432. die 18. Junii. Patre extincto die 15. Junii anni 1441. imperare cœpit ſub tutelâ matris, & Joannis Cantacuzeni; qui cum Imperium aliquandiu concorditer adminiſtraſſent, poſtremo ſimultates inter eos exortæ ſunt, quòd Helenam filiam ſuam Joanni Cantacuzenus collocare volens, repulſam paſſus eſſet. Acerrimum inde bellum conflatum, quod anno 1447. pace commutatum eſt, cum Conſtantinopolim cepiſſet Cantacuzenus, ejuſque filiam Joannes uxorem duxiſſet: ſed haud diuturna concordia fuit. Cum enim Cantacuzenus ex pactis conventis alterum locum teneret, primum brevi uſurpavit, generumque id ægrè ferentem Regiâ urbe ejecit. Secutum quinquennale bellum, quo Imperii Orientalis vires attritæ ſunt, cum uterque Imperator auxilia undique corraſiſſet: denique captâ Turcorum ope Conſtantinopoli, Joannes Cantacuzenum Imperio ſe abdicare coëgit ſub an-

num 1355. ut quidem alii produnt, ipſe enim Cantacuzenus ſe ſponte ceſſiſſe teſtatur. Hac curâ defunctum Joannem altera poſt aliquot annos excepit, quod ejus filiorum natu maximus Andronicus in eum conſpiravit cum Joanne filio: quos cum in carcerem compingi juſſiſſet, inde poſt biennium elapſi ſunt Genuenſium Galatenſium operâ, eorumque, ac præterea Turcorum, & Siſmanni Bulgariæ Regis auxiliis fulti, bellum parenti intulerunt. Præclara hoc in bello facinora edidiſſe fertur Amedæus VI. Sabaudiæ Comes, cum Joanni Imperatori auxilium ferret: ſed pax denique inter patrem & filium in ſpeciem compoſita eſt, ac jurejurando firmata; cujus religionem aſpernatus Andronicus, Joannem patrem & fratrem Manuelem in eundem carcerem conjecit, in quo ipſe incluſus antea fuerat. In eo biennium exegiſſe fertur Joannes; poſtea verò inde elapſus, ad Bajazethum Turcorum Sultanum confugit: quod cum audiiſſet Andronicus, ſeu tæderet impietatis, ſeu quod vereretur, ne per occaſionem tumultuum civilium, Turci quod reliquum ſupererat Imperii pervaderent, patri ſummam poteſtatem reſtituit, ipſeque Selybriam conceſſit, impetratis aliquot ad vitæ ſubſidium oppidis. Joannem porrò deinceps Turcis obnoxium fuiſſe tradunt, ac poſtremo mœrore, podagræ doloribus, aliiſque morbis è libidinosâ vitâ contractis confectum obiiſſe anno 1391. cum annos fermè 52. imperaſſet. E priori uxore, Helenâ ſcil. Cantacuzenâ, liberos quinque ſuſcepit, Andronicum, de quo ſcripſimus, Manuelem Imperatorem, Theodorum Peloponneſi Principem, Demetrium, & Irenen quæ Baſilio II. Imperatori Trapezuntino collocata eſt. Poſt Helenæ mortem, cum Eudociam Alexii Imp. Trapezuntini filiam Manueli filio deſtinaſſet, ipſe ejus formâ captus, tametſi in ſenium vergens, & podagrâ laborans, uxorem eam duxit.


*Ad Joannem hunc pertinere videtur ſequens Inſcriptio, quam in VII. Antiq. CP. libro jam exhibuimus.*

✠ ΙωΑ ΕΝ Χω ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ.

# JOANNES VI. CANTACUZENUS.

JOANNES CANTACUZENUS, vir natalibus clarus, Magni Papiæ primum, deinde Magni Domeſtici dignitate auctus eſt ab Andronico Jun. qui eum denique moriens tutorem liberis ſuis delegit. Imperium aliquandiu commodè adminiſtraſſe fertur, ſed cum Helenam filiam ſuam Joanni pupillo collocare vellet, repulſam ab Auguſtâ paſſus, ſumma imis miſcuit; Imperatorque Didymotichi appellatus, bellum Joanni intulit, ac denique Conſtantinopolim proditione cepit die 8. Januarii anni 1447. Tum porro pax ei cum Joanne conveniſſe fertur eâ lege, ut Cantacuzeni filiam Joannes uxorem duxeret, Imperiumque communibus conſiliis & æquo jure adminiſtrarent; ſed Cantacuzenus alterum duntaxat locum obtineret. Quem ordinem cum Cantacuzenus invertiſſet, renovatum eſt bellum inter ſocerum & generum; qui corraſis undique auxiliis Imperii vires attrivere. Quinquennium illud perduraſſe ſcribunt plerique, ac poſtremo Turcorum ope receptâ Conſtantinopoli Joannem, Cantacuzenum ut ſe Imperio abdicaret, coëgiſſe ſub annum 1355. ſed ipſe Imperio ſe ſponte ceſſiſſe tradit.

Utcunque ea res ſe habeat, Cantacuzenus, poſtquam in ordinem redactus eſt, in Manganorum Monaſterium conceſſit, ibique purpuram lacernâ pullâ mutavit, & Joaſaphus nominatus eſt; ſed deinde in Batopedii Sacri-montis Monaſterio ſedem fixit. Extant ejus de Vitâ ſuâ Commentarii; eleganti ſtylo conſcripti. Ex Irene Andronici Aſanis Protoveſtiarii filiâ liberos aliquot ſuſcepit, Matthæum Imperatorem, Thomam, Manuelem Spartæ Ducem, Andronicum; Helenam quæ Joanni Imperatori nupſit, Mariam Nicephori Ducæ Acarnaniæ Principis uxorem, & Theodoram quæ Orchani Turcorum Sulano collocata eſt. Irene in Marthæ Monaſterium ſeceſſiſſe, mutatoque habitu, Eugenia appellata fertur.



## MATTHÆUS CANTACUZENUS.

MATTHÆUS CANTACUZENUS, Joannis filius, cum pater Imperium invaſiſſet, tametſi nullâ quidem nominatim dignitate donatus, honore tamen ſuprà Deſpotas elatus eſt, ut primus ab Imperatore eſſet: deinde verò Imperator appellatus eſt, & coronam à Philotheo Patriarcha accepit anno 1355. ſed potentia hujus haud diuturna fuit; pater enim poſt aliquot menſes in ordinem redactus eſt, ipſe cum dignitatem retinere armis niteretur, captus, libertatem etiam amiſit, primumque in Lemnum Inſulam, deinde in Peloponneſum amandatus eſt. Poſtea tamen, cum patris, ſuadentis ut vanum Imperii titulum deponeret, conſiliis obtemperaſſet, libertati reſtitutus eſt, ac Deſpotæ titulo ornatus. Ejus uxor fuit Irene, Demetrii Palæologi filia, Andronici Sen. neptis; ex eâ liberos aliquot ſuſtulit, Joannem Deſpotam, Demetrium Sebaſtocratora, præterea filias.



## ANDRONICUS IV. PALÆOLOGUS.

ANDRONICUS PALÆOLOGUS, Joannis Imp. & Helenæ Cantacuzenæ filius, Imperator à patre appellatus eſt; contrà quem deinde cum conſpiraſſet, in carcerem conjectus eſt. Ibi cum biennium degiſſet, Genuenſium Galatenſium ope elapſus, Turcorum & Bulgarorum auxilia conquiſivit, belloque vario & ancipiti geſto, tandem ſe induci paſſus eſt, ut certis conditionibus in obſequium rediret: verùm haud multo poſt patrem & fratrem adverſus inſidias incautos, in eundem carcerem conjecit, in quo ipſe incluſus fuerat; unde cum poſt biennium evaſiſſent, & ad Turcos confugiſſent, Andronicus, ſeu tæderet impietatis, ſeu quod vereretur ne per occaſionem tumultuum civilium, quod Imperii reliquum erat Turci pervaderent, patrem è fugâ revocatum in priſtinum ſtatum reſtituit, Selybriamque conceſſit, & jure ſuo in Imperium Manueli fratri ceſſit ſub annum 1373.



MANUEL

# MANUEL II. PALÆOLOGUS.

Manuel Palæologus, Joannis Imp. & Helenæ Cantacuſenæ filius, die 25. Septembris anni 1373. Imperator appellatus eſt, cum jus ſuum in eum ultrò transfudiſſet natumaximus frater Andronicus. Patre anno 1391. extinčto, ſolus Imperium ita adminiſtrare cœpit, ut appareret utiliſſimum Principem futurum fuiſſe, ſi res tranquilliores nactus eſſet; verum eâ tempeſtate maximè formidoloſa extitit Turcorum potentia, à quibus pleraque quæ ſupererant oppida expugnata ſunt. His acceſſit Joannis Andronici fratris filii defectio, qui Turcis ſeſe adjunxit, ab iiſque Selybriæ, cum eam urbem Manueli eripuiſſent, præfectus eſt. Publicam rem tamen aliquandiu ſuſtinuit Bucicaldus Franciæ Mareſcallus, quem Carolus VI. Francorum Rex cum copiis haud contemnendis Conſtantinopolim miſerat, ejuſque operâ Joannes Manueli patruo reconciliatus eſt. Eâ tempeſtate Manuelem Bucicaldus, ut ipſe in Italiam ac Franciam proficiſceretur, auxiliaque adverſus Turcos à Principibus Chriſtianis depoſceret, compulit. Igitur die 10. Decembris anni 1399. Venetâ claſſe iter aggreſſus, Joanni fratris filio, ita enim inter eos convenerat, rerum adminiſtrationem commiſit, Lutetiæque perhumaniter à Carolo Rege acceptus eſt. Hinc in Græciam redux, Joannem amovit, & in Lemnum Inſulam relegavit, eundem tamen haud multo poſt Theſſalonicæ, quam à Turcis receperat, principatu donavit: ſed deinde haud minoribus quàm antea difficultatibus conflictatus eſt, cum Turcorum res inſtauraſſet Amurathus, cui Muſtapham oppoſuerat Manuel, adeoque anno 1422. obſeſſa eſt à Turcis Conſtantinopolis, ac penè expugnata. Manuelem Petavius anno 1419. vitâ functum eſſe ſcripſit, eique nos in Imperio Orientali aſſenſum præbuimus: hoc ſcil. anno die 19. Januarii Joannem filium Imperatorem appellari cœpiſſe Phranzes ſcribit: Manuelem tamen vitam ad annum 1425. produxiſſe, ac tunc demum die 21. Julii obiiſſe ex apoplexiâ conſtat, cum ante biduum Monachi habitum ſumpſiſſet. Annos 77. ac dies 25. vixit, ex iis annos imperavit circiter 35. nam quod 32. ſcripſit Phranzes, idcircò ſcripſit, quia anno 1422. Manuel rerum adminiſtrationem filio reliquit, ac totum ſe ſacrarum ſcripturarum lectioni dedidit. Ingenium ejus, eruditionem, eloquentiam teſtantur ſcripta ejus à Leunclavio edita. Ex Irene uxore liberos octo procreavit, Joannem & Conſtantinum Imperatores, Theodorum Spartæ Principem, Andronicum Theſſalonicæ, Demetrium Peloponneſi, Thomam Achaiæ, Helenam quæ Lazaro Deſpotæ Serviæ collocata eſt, & Zoën, quæ poſt captam à Turcis Conſtantinopolim, Joanni Baſilidi Magno Moſcoviæ Duci nupſit.



# JOANNES VII. PALÆOLOGUS.

JOANNES PALÆOLOGUS, Andronici filius, post patris mortem Selybriâ potitus, Constantinopolim venit; indeque Manuelis patrui insidias veritus, ad Bajazethem confugit, ac Selybriæ præfectus est, cum illa urbs in Turcorum potestatem venisset. Patruo denique reconciliatus est, annitente potissimum Bucicaldo Franciæ Marescallo, sed eâ lege, ut interea dum Manuel in Europâ peregrinaretur, auxiliaque adversus Turcos conquireret, ipse rerum summæ Imperatoris nomine præesset. Die 4. Decembris anni 1399. Joannem in Regiam urbem receptum constat: eundem verò biennium, ac sex fermè menses imperasse nonnulli tradunt: ita anno 402. sub mensem Junium Palatio exactus videtur: quâ porrò de causâ odium Manuelis è Galliâ reducis incurrerit, incompertum est; hoc unum produnt Scriptores, in Lemnum Insulam relegatum esse; deinde tamen Thessalonicæ Principatu donatum esse.

# JOANNES VIII. PALÆOLOGUS.

JOANNES PALÆOLOGUS, Manuelis filius, Imperator à patre appellatus est anno 1419. die 19. Januarii: post triennium eidem rerum administratio commissa est; ac primum quidem Amurathem Turcorum Sultanum lacessivit; sed cum gravissimas clades accepisset, ipsamque Constantinopolim ægrè propugnasset, pacem à Turcis redemit eodem anno, quo solus imperare cœpit, hoc est anno 1425. Pacis deinde studiosissimum fuisse produnt Scriptores; sed cum omnia circà se ruere, Græcisque tam animum, quàm vires ad se tuendos deesse cerneret, ad Latinorum tandem auxilia respexit, concordiamque cum iis quacunque ratione inire statuit. Itaque Constantinopoli profectus anno 1438. cum Demetrio fratre, Josepho Patriarcha, aliisque ad septingentos Præsulibus, aut nobilibus viris, Venetias appulit; inde Ferrariam delatus, quo Latini Patres convenerant, postremò Florentiæ Eugenii Papæ communionem amplexus est mense Julio anni 1439. ejusque exemplum cæteri Græci secuti sunt, præter duos tresve quibus error veritate potior fuit. Postquam Constantinopolim rediit, bellum cum Demetrio fratre gessit; & ab hoc quidem quæsita Turcorum auxilia, & Constantinopolim obsessam fuisse traditur; sed brevi reconciliata inter eos gratia. Tres fuere Joannis uxores: prima Anna Magni Moscoviæ Ducis filia; hæc anno 1417. ex peste obiit: altera Joannis II. Marchionis Montisferrati filia, Sophia dicta est: eam Joannes duxit anno 1420. ac minori in honore habuit; quamobrem relicto marito, in Italiam rediit sub annum 1426. Postremo cum ex neutrâ conjuge liberos suscepisset Joannes, Mariam Alexii Comneni Imperatoris Trapezuntini filiam duxit mense Septembri anni 1427. ac ne sic quidem voti compos fuit; nam & Maria, nullâ sobole relictâ, excessit sub annum 1439. Joannes ipse ex podagrâ obiit anno 1448. die 31. Octobris, cum annos 57. menses decem & quindecim dies vixisset, imperasset verò annos 23. menses tres, & aliquot dies. Nummum sequentem Ducangius exhibet.




# CONSTANTINUS X· PALÆOLOGUS

CONSTANTINUS PALÆOLOGUS, quartus Manuelis filius, Dragasses ex materno cognomine appellatus, primùm regionum Ponti quæ ad Chazariam vergunt, deinde Peloponnesi Principatum obtinuit, huncque contra incursantes Turcos ægrè tutatus est; postremo Joanni fratri extincto successit sub exitum anni 1448. sed quòd se à Turcis circunventum, & in miserrimam conditionem suam Imperii majestatem nequaquam convenire cerneret, coronari noluit, tametsi pro justo Imperatore haberetur à Principibus Christianis. Sub ipsa Imperii initia Latinis iniquior, concordiam à Joanne fratre initam dissolvit; Isidori tamen Cardinalis operâ, ut eam instauraret inductus est; sed ejus consilia oppressit Mahometes II. Turcorum Sultanus, qui, postquam cætera quæ Imperio supererant oppida expugnasset, Constantinopolim ipsam obsedit anno 1453. ac post duos & quinquaginta dies cepit, die scil. 29. Maii. Constantinum in ipsâ expugnatione interfectum, ejusque caput hastæ impositum per castra Turcorum circunlatum esse constat: sed in cæde ejus narrandâ variant Scriptores: quidam, dum ad portam se recipit, fugientium trepidatione oppressum obiisse tradunt: alii, desperatis rebus, vim sibi inferre voluisse; tum reputasse id mortis genus in Christianum non convenire, suosque hortatum esse ut se ferro transfigerent; quod cum à nemine impetrasset, in confertam barbarorum aciem irruit, & hostili telo confixus periit. Nuptias bis inierat, primum cum Theodorâ Leonardi de Tocco Comitis filiâ, deinde cum Catharinâ Notarâ, Palæologo Catelusio Lesbi Principe natâ: utraque ante Constantinum excessit, & quidem nullâ prole relictâ.

# NUMMI ADDENDI.

*Pag. 6. in Diocletiano ante omnia Numiſmata aurea*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Caput Diocletiani laureatum.

ADVENTVS AVGVSTORVM. (1) Diocletianus & Maximianus laureati ac paludati, in equis phaleratis, adverſis frontibus: uterque ramum elatum dextrâ, ſcipionem ſiniſtrâ tenet. *Hard.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo: de nobili Auguſtorum duorum in Urbem adventu diximus in Diocletiani vita.

*Pag. 9. in Diocletiano col. 1. poſt lin. 15. adde*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

PIETAS AVGG ET CAESS. NN. (4) Figura muliebris ſtans puerulum in ulnis gerit: alter ſtat pro pedibus: in imâ parte TR. *E ſchedis Vaillant,*

(4) Epigraphe nova, nummus verò ſingularis eſt, & in Mediobarbo deeſt: ex typo facile intelligitur, pietatem Principum in pupillos commendari; ſed eâ de re non memini quicquam legere.

*Pag. 10. in Diocletiano ſummâ col. 1. adde*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

VOTIS ROMANORVM. (1) Duæ Victoriæ ſtantes, una tenent clypeum quadratum, in quo SIC XX SIC XXX. *E ſchedis Vaillant.*

(1) Omnia hoc in nummo nova ſunt; epigraphe, typus, ipſa vota nuncupandi ratio: nummus ſingularis eſt, nec apud Mediobarbum extat.

*Pag. 55. in Val. Maximiano col. 1. poſt lin. 10. adde*

IMP. C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Val. Maximiani leonis exuviis tectum.

IOVI CONSERVATORI AVG. (2) Templum in cujus atrio ſtat Jupiter, fulmen dextrâ, haſtam ſiniſtrâ tenens; ad pedes aquila: in templi epiſtylio IOVIVS AVG. *Maſſeus.*

(2) De hoc nummo nonnulla diximus in Bibliotheca Nummaria, monuimuſque in templi epiſtylio legendum fuiſſe IOVI OMVC. Deeſt hic nummus in Mediobarbo, & rariſſimus, imò ſingularis eſt.

*Pag. 76. in Val. Maximiano ſummâ col. 1. adde*

DIVO MAXIMIANO SEN IMP. Caput Maximiani velatum ac laureatum, ad humeros.

REQVIES OPTIMOR MERIT. Typus ut ſuprà: in imâ parte ARS. *E ſchedis Cham,*

*Pag. 80. in Val. Maximiano col. 2. poſt lin. 2. adde*

IMP MAXIMIANVS AVG. Maximianus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

VOTIS XX. (1) Duo Imperatores togati paterâ libant ad tripodem: qui à dextris eſt, ſcipionem Conſularem tenet; alter, bacillum Imperatorium. *E ſchedis Cham.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

*Pag. 91. in Val. Conſtantio ante cætera Numiſmata Lat. Æ. II. adde*

IMP CONSTANTIVS P F AVG.

ADLOCVTIO AVG N. (1) Imperator paludatus ſtans adloquitur cohortes, quarum coronâ cingitur: pone eum Præfectus Prætorio; coram, duo captivi manibus poſt tergum revinctis. *E ſchedis Vaillant.*

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, deſideraturque in Mediobarbo: cuſus profecto, cum hoſtibus cæſis Conſtantius caſtra repetiiſſet.

*Pag. 118. in Carauſio, ante cætera Numiſmata Æ. III. adde*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carauſii radiatum.

# NUMMI ADDENDI.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator ſtans, dextrâ caduceum, lævâ cornucopiæ gerit. *Hard.*

(1) Nummus hic, ſi quidem rectè deſcriptus ab Harduino ſit, ſingularis eſt ob typum, qui hîc tantum occurrit.

*Ibid. col. 2. poſt lin. 5. adde*

IMP C CARAVSIVS P F AVG. Caput Carauſii ut ſuprà.

FORTVNA RAEDVX. (5) (ſic) Figura muliebris rotæ inſidens, dextrâ temonem tenet, lævâ cornucopiæ gerit: in imâ parte SPC. *Collegii.*

(5) Nummus ſingularis, apud Mediobarbum deeſt.

*Pag. 121. in Allecto, ante cætera Numiſmata Æ. III. adde*

IMP C ALLECTVS P F AVG. Caput Allecti radiatum.

AEQVITAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, bilancem dextrâ, cornucopiæ lævâ gerit: à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte ML. *Hard.*

*Ibid. col. 2. poſt lin. 5. adde*

IMP C ALLECTVS P F AVG. Caput Allecti radiatum, ad pectus cum paludamento.

LAETITIA AVG. Triremis cum remigibus: in imâ parte Q C. *Brandenburg.*

*Pag. 149. in Maxentio poſt omnia Numiſmata aurea, adde*

MAXENTIVS P INV AVG. Caput Maxentii galeatum.

VICTORIA AETERNA AVG N. (6) Imperator ſedens, cui Victoria ſtans globum porrigit. *E ſchedis Vaillant.*

(6) Typus hic novus cum hac epigraphe conjunctus; nummus ipſe ſingularis eſt.

*Pag. 163. in Maximino ante omnia Numiſmata aurea, adde*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

FELICITAS SAECVLI CAESS NN. (1) Duæ Victoriæ tenent coronam, in quâ VIC CAES. *E ſchedis Vaillant.*

(1) Epigraphe hæc in Maximino tantum occurrit; nummus ſingularis eſt, deſideraturque in ſerie Mediobarbi.

*Pag. 182. in Licinio col. 2. poſt lin. 4. adde*

LICINIVS AVG.

VICTORIA AETERNA PRINCIPIS N. (4) Duæ Victoriæ clypeum tenent ſuper aram in quâ VOT X. *E ſchedis Vaillant.*

(4) Epigraphe nova: nummus deſideratur in Mediobarbo, & ſingularis eſt.

*Pag. 246. in Conſtantino col. 2. poſt lin. 17. adde*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

PIETAS AVG. (5) Imperator ſtans, dextrâ ſublevat figuram muliebrem capite turrito procumbentem: hinc ſtat Roma galeata, inde Victoria quæ Imperatorem coronat. *E ſchedis Vaillant.*

(5) Typus hic novus; nummus verò ſingularis eſt, & in Mediobarbo deſideratur.

*Pag. 247. in Conſtantino col. 2. poſt lin. 17. adde*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

REPARATIO TEMPORVM. (4) Imperator in navi. *E ſchedis Vaillant.*

(4) Typus hic tum primum occurrit: nummus ſingularis eſt, & deſideratur in ſerie Mediobarbi.

*Pag. 256. in Conſtantino col. 1. poſt lin. 19. adde*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

REPARATIO SAECVLI. (2) Conſtantinus ſeminudus inſidens thoraci, haſtæ adni-

(2) Typus idem, qui in nummis GLORIA SAECVLI VIRTVS CAESS. epigraphe nova, quæ docet reparationis vocem longè alio intellectu accipiendam eſſe quàm ab acutiſſimo Harduino accepta ſit: ille enim, quia nummi Conſtantii, aliorumque hujus ætatis Principum epigraphen præferunt, FEL TEMP REPARATIO. idcirco finxit Conſtantinum per octo annos inerti otio marcuiſſe; reparari enim tempora non

xus finiſtrâ, dextram protendit ad figuram militarem, quæ phœnicem illi offert dextra: juxtà figuram militarem tigris. *E ſchedis Vaillant.*

potuiſſe, niſi Rempublicam deſidiâ ſuâ Principes peſſumdediſſent: itaque reparationem intelligit rei amiſſæ, ut olim vox hæc uſurpata eſt. Sed hoc in nummo reparationem ſæculi pro renovatione accipi neceſſe eſt, quia nimirum Cæſares paternas virtutes orbi repræſentarent, & *terrorem paternum, quo omnis barbaria intremuerat, ad nomen ſuum derivare cœpiſſent.* Alioqui laus Cæſaris qui hîc exhibetur Phœnicem Auguſto offerens, in contumeliam Auguſto ipſi verteret. Inde colligi poteſt, Felicium temporum reparationem in Conſtantii nummis prædicari, non quod amiſſa antehac eſſent Felicia tempora, ſed quod illo imperante tam felix Reſpublica eſſet, quàm fuerat ſub Conſtantino.

*Pag.* 375. *in Conſtantio col.* I. *poſt lin.* II. *adde*

DN CONSTANTIVS P BEA C. Caput Conſtantii coronâ gemmatâ cinctum, ad humeros.

Sine epigraphe. (2) Stella intrà coronam lauream. *E ſchedis Hard.*

(2) Nummus hic ſingularis eſt.

*Pag.* 412. *in Decentio ante omnia Numiſmata maximi moduli, adde*

IMP DECENTIVS NOB C.

VICTORIA AETERNA. Victoria ſtans cum Imperatore ex adverſo. *E ſchedis Vaillant.*



# INDEX
# INSCRIPTIONUM
## QUÆ AUGUSTORUM ET AUGUSTARUM, Cæſarum ac Tyrannorum capita in nummis Latinis, Græcis, Ægyptiacis ambiunt.

### DIOCLETIANUS.


DIOCLETIANVS AVG.
DIOCLETIANVS AVGVSTVS.
DIOCLETIANVS P F AVG.
IMP DIOCLETIANVS AVG.
IMP DIOCLETIANVS P AVG.
IMP DICLETIANVS P AVG. 26.
IMP DIOCLETIANVS PIVS AVG.
IMP DIOCLETIANVS P F AVG.
IMP C DIOCLETIANVS P F AVG.
IMP C DIOCLETIANVS P P AVG. 18.
IMP C VAL DIOCLETIANVS AVG.
IMP C VAL DIOCLETIANVS P AVG.
IMP C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.
IMP C C VAL DIOCLETIANVS AVG.
IMP C C VAL DIOCLETIANVS P AVG.
IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG.
IMP C C VAL DIOCLETIANVS P F AVG. 27.
IMP C M VAL DIOCLETIANVS P F AVG. 42.
IOVIO DIOCLETIANO AVG. 13.
VIRTVS DIOCLETIANI AVG. 8.
DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. 8.
IMPP DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AVGG. 6. 14.
IMPP DIOCLETIANO ET MAXIMIANO COSS. 14.
IMPP DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO C C S S. 7.
DN DIOCLETIANO AETER AVG. 16.
DN DIOCLETIANO BEATISS. *al.* BEATISSIMO. 42.
DN DIOCLETIANO FLICISS. 35.
DIOCLETIANO SEN AVG. 35.
DN DIOCLETIANO FELICISSIMO SENI. 15.
DN DIOCLETIANO FELICISS SEN AVG. 22.
DN DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN AVG. 22. 25. 42.
DN DIOCLETIANO BEATISSIMO SEN AVG. 23. 42.
DN DIOCLETIANO BAEATISSIMO SEN AVG. 23.
DN DIOCLETIANO BEATISSIMO SENI AVG. 14.
DN DIOCLETIANO P F S AVG. 23. 42.

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CEB. 38.
Α Κ Γ ΟΥΑ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CEB.
Α Κ Γ ΟΥΑΛ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CEB.


### ACHILLEUS.


ΑΥΤ Κ Α ΕΠΙΔ ΑΧΙΛΛΕΟC ΕΥC ΕΥΤ CEB. 44.


### VAL. MAXIMIANUS.


VAL MAXIMIANVS NOB CAES. 55.
MAXIMIANVS AVG.
MAXIMIANVS AVGVSTVS.
MAXIMIANVS P F AVG.
IMP MAXIMIANVS AVG.
IMP MAXIMIANVS P AVG.
IMP MAXIMIANVS PIVS AVG.
IMP MAXIMIANVS IVS AVG. 67.
IMP MAXIMIANVS P F AVG.
IMP MAXIMIANVS P FEL AVG.
IMP C MAXIMIANVS AVG.
IMP C MAXIMIANVS P AVG.
IMP C MAXIMIANVS P F AVG.
VAL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C VAL MAXIMIANVS AVG.
IMP C VAL MAXIMIANVS P AVG.
IMP C VA MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C VAL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C C VAL MAXIMIANVS P AVG. 71.
IMP C C VAL MAXIMIANVS P P AVG. 71.

# INDEX INSCRIPTIONUM.


IMP C M A MAXIMIANVS AVG.
IMP C M A MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C M AVREL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C M VAL MAXIMIANVS AVG.
IMP C M VAL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP M AVR VAL MAXIMIANVS AVG.
IMP M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C M A VAL MAXIMIANVS AVG.
IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS AVG.
IMP C M A VAL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C M AVREL VAL MAXIMIANVS P F AVG.
IMP MAXIMIANVS AVG COS IIII. 55.
VIRTVS MAXIMIANI AVG. 51. 55. 84.
MAXIMIANVS SEN P F AVG. 48.
IMP MAXIMIANVS SEN AVG. 56.
DN MAXIMIANO SEN AVG. 57. 64.
DN MAXIMIANO BEATISSIMO SEN. 67.
DN MAXIMIANO BEATISSIMO SEN AVG. 65. 84.
DN MAXIMIANO BAEATISSIMO SEN AVG. 65.
IMP MAXIMIANO FELICISSIMO SEM AVG. 64.
DN MAXIMIANO FELICISSIMO SEM AVG. 55.
DN MAXIMIANO FELICISS SEN AVG. 65.
DN MAXIMIANO FELICISSIMO SEN AVG. 64. 65. 84.
DN MAXIMIANO P F S AVG. 54. 58. 59. &c.
DIVO MAXIMIANO OPTIMO. 84.
DIVO MAXIMIANO SEN FORTISSIMO. 84.
DIVVS MAXIMIANVS SEN FORT IMP. 84.
DIVO MAXIMIANO SEN FORT IMP. 53. 73. 76. 84.
DIVO MAXIMIANO SEN P OPTIMO. 76.
DIVO MAXIMIANO SEN OPTIMO FORT IMP. 84.
DIVO MAXIMIANO PATRI MAXENTIVS AVG. 56.
IMP MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO PATRI. 56.

ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. 80.
Α Κ Μ ΟΥΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ.
Α Κ Μ Α ΟΥΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ ϹΕΒ.


## EUTROPIA.


GAL VAL EVTROPIA AVG. 86.


## ÆLIANUS.


IMP C L AELIANVS P F AVG. 86.


## VAL. CONSTANTIUS.


CONSTANTIVS N B. 93.
CONSTANTIVS CAES.
CONSTANTIVS CAESAR.
CONSTANTIVS N C.
CONSTANTIVS NOB C.
CONSTANTIVS NOB CAES.
CONSTANTIVS NOBIL C.
CONSTANTIVS NOBIL CAES.
DN CONSTANTIO NOB C. 91. 93. 96.
C VAL CONSTANTIVS NOB C. 104.
FL VAL CONSTANTIVS N C.
FL VAL CONSTANTIVS NOB C.
FL VAL CONSTANTIVS NOBIL C.
FL VAL CONSTANTIVS NOB CAE.
FL VAL CONSTANTIVS NOB CAES.
FL VAL CONSTANTIVS NOB CAESAR.
VIRTVS CONSTANTI NOB C. 98. 100.
CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS N N C. 96.
CONSTANTIVS P F AVG.
IMP CONSTANTIVS AVG.
IMP CONSTANTIVS P AVG.
IMP CONSTANTIVS P F AVG.
IMP CONSTANTIVS P FELIX AVG.
IMP CONSTANTIVS PIVS FEL AVG.
IMP CONSTANTIVS PIVS P AVG. 96.
IMP C CONSTANTIVS P F AVG.
IMP C FL V CONSTANTIVS P F AVG. 96.
IMP C FL VAL CONSTANTIVS P F AVG. 97. 101. 110.
CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS AVGG. 96.
DIVO CONSTANTIO AVG. 94. 101. &c.
DIVO CONSTANTIO OPT IMP. 110.
DIVO CONSTANTIO PIO. 94. 101. &c.
DIVO CONSTANTIO PIO PRINC. 105. 106. 110.
DIVO CONSTANTIO PIO PRINCIP. 110.
DIVO CONSTANTIO PIO PRINCIPI. 107.
..... CONSTANTIO COGN MAXENTIVS AVG. 94.
IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO COGNAT. 94. 110.
IMP MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO ADFINI. 94. 104.


ΚΩΝϹΤΑΝΤΙΟϹ

# INDEX INSCRIPTIONUM.

ΚΩΝϹΤΑΝΤΙΟϹ Κ. 109.
ΦΛ ΚΩΝϹΤΑΝΤΙΟϹ Κ.
ΦΛΑ ΚΩΝϹΤΑΝΤΙΟϹ Κ.

## HELENA.

FL HELENA AVGVSTA. 112. 113. 114.
FL AELENA AVGVSTA. 114.
FL IVL HELENAE AVG. 112.
FL IVLI HELENAE AVG.
FL IVLIA HELENA AVGVSTA.

## THEODORA.

FL MAX THEODORA AVG. 115.
FL MAX THEODORAE AVG. 115.

## CARAUSIUS.

CARAVSIVS AVG.
IMP CARAVSIVS AVG.
IMP CARAVSIVS P AVG.
IMP CARAVSIVS P F AVG.
IMP CARAVSIVS P P AVG. 119.
IMP CARAVSIVS P I I AVG. 118. 119.
IMP C CARAVSIVS A. 119.
IMP C CARAVSIVS AVG.
IMP C CARAVSIVS F AVG.
IMP C CARAVSIVS P AVG.
IMP C CARAVSIVS I I AVG. 119.
IMP C CARAVSIVS P F AVG.
VIRTVS CARAVSI. 117.

## ALLECTUS.

IMP C ALLECTVS P F AVG.
IMP C ALECTVS PIVS FEL AVG.
IMP C ALLECTVS P F I AVG. 121.

## SEVERUS.

SEVERVS NOB C.
SEVERVS NOB CAES.
SEVERVS NOB CAESAR.
SEVERVS NOBILIS C. 125.
SEVERVS NOBILISSIMVS C. 125.
SEVERVS NOBILISSIMVS CAES. 125. 127.
FL VAL SEVERVS NOB C.
FL VAL SEVERVS NOB CAES.
FL VAL SEVERVS NOBIL C. 125. 128.
FLA VAL SEVERVS NOB C. 124.
IMP SEVERVS AVG.
IMP SEVERVS P F AVG.
IMP C SEVERVS P F AVG.
IMP FL VAL SEVERVS P F AVG. 127.
IMP C FL VAL SEVERVS P F AVG. 125.

## GAL MAXIMIANUS.

MAXIMIANVS CAE. 132.
MAXIMIANVS CAES.
MAXIMIANVS CAESAR.
MAXIMIANVS N C.
MAXIMIANVS NOB C.
MAXIMIANVS NOB CS. 137.
MAXIMIANVS NOB CAES.
MAXIMIANVS NOBIL C.
MAXIMIANVS NOBIL CAES.
MAXIMIANVS NOBIL CAESAR.
GAL MAXIMIANVS CAES. 136.
G VAL MAXIMIANVS CAES. 136. 137.
G VAL MAXIMIANVS NOB C. 136. 137.
GAL VAL MAXIMIANVS N C. 139. 144.
GAL VAL MAXIMIANVS NOB C.
GAL VAL MAXIMIANVS NOB CAES.
MAXIMIANVS IVN AVG. 133.
IMP MAXIMIANVS AVG.
IMP MAXIMIANVS IVN AVG. 135. 139. 140.
IMP MAXIMIANVS P F AVG.
IMP C MAXIMIANVS P F AVG.
GAL MAXIMIANVS P F AVG. 134. 135. 140. 144.
IMP GAL MAXIMIANVS P F AVG. 145.
GAL VAL MAXIMIANVS P F AVG. 137.
IMP C GAL VAL MAXIMIANVS IVN AVG. 144. 145.
IMP C GAL VAL MAXIMIANVS P F AVG. 135. 139. 140. 144. 145.
IMP CAES C GAL VAL MAXIMIANVS P F AVG. 131.
DIVO GAL MAXIMIANO AVG. 141.
